
3 1761 06835504 9

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

RECUSI.

LAMPERTI MONACHI HERSFELDENSIS OPERA.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1894.

LAMPERTI
MONACHI HERSFELDENSIS
OPERA.

RECOGNOVIT

OSWALDUS HOLDER-EGGER.

ACCEDUNT
ANNALES WEISSENBURGENSES.

INEST TABULA.

HANNOVERAE ET LIPSIAE.
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1894.

HANNOVERAE, TYPIS CULEMANNORUM.

HOC TOMO CONTINENTUR:

Tabula speciminis scripturae ad p. LIX.

PRAEFATIO.

Cum exhausta priore editione Annalium Lamperti bibliopola peteret, ut nova pararetur, iam non priorem illam recudere placuit, quae licet egregie suo tempore elaborata fuerit, nunc tamen tot libellis de scriptis Lamperti editis ita obsolevit, ut lectoribus iam non satisfacere possit, sed penitus retractatam et correctam eam exhibere visum est. Etiam duos reliquos libellos eiusdem auctoris addendos esse duximus, cum quia Annalibus recte usurus his carere non poterit, tum quia Vitam Lulli nunc primo integram exhibere possumus, dolentes, quod libelli de Institutione ecclesiae Herveldensis eadem tantum fere fragmenta proponenda habeamus, quae iam ante quinquaginta annos in collectione nostra edita sunt.

I. De vita et scriptis Lamperti.

Nomen monachi illius celeberrimi, quem quatuor libellis res gestas enarrasse constat, a nullo scriptore, nulla notitia medii aevi nobis traditum est, demum extremis annis saeculi XV. in codicibus S. Petri Erphesfurtensibus et a monacho eiusdem monasterii Nicolao de Sygen, tum ab aliis eodem fere tempore et primis saeculi XVI. annis, videlicet ab Andrea abbate S. Michaelis Babenbergensis, Iohanne Trithemio abbate S. Iacobi Wirziburgensis, Hieronymo Emser, Wigando Gerstenberger, auctore Antiquitatum Erphesfurtensium Variloqui, Lamperti nomen auctori Annalium fuisse adnotatum est. Atque Iohannes Trithemius et Paulus Lang in Chronico Citizensi ab eodem Lamperto libellum de rebus gestis monasterii Hersfeldensis editum esse retulerunt[1]. Quae testimonia omnia attuli 'Neues Archiv' XIX, p. 169—182, colligens exinde non quidem ultra omnem dubitationem constare verum nomen auctoris memoriae traditum esse, nec tamen quidquam argumenti haberi, cur id reiciamus. Tum ostendi ab omnibus auctoribus et in omnibus notitiis prae-

1) Moneo in inscriptione Inst. Herveld. non servata (infra p. XXX, n. 4) aut nomen integrum aut litteram initialem eius L. eos legere potuisse.

dictis nominis formam Lamperti, quam iam editioni nostrae praefigendam esse duximus, non Lamberti, quae hucusque in usum recepta erat, traditam esse. Denique monui cavendum esse, ne Ekkebertum auctorem Vitae S. Haimeradi, quem quidem eodem fere tempore monachum coenobii Hersfeldensis fuisse constat, quo praedicti libelli conscripti sunt, eorum etiam auctorem credamus, cum is longe alius indolis vir evadat, quam is cui ex traditione Lamperti nomen inditum est, quamvis multae locutiones Lampertinae in Vita Haimeradi inveniantur, quamvis Ekkebertus eosdem auctores antiquos, Sallustium, Sulpicium Severum, Horatium prae ceteris lectitasse eorundemque dictis sermonem suum exornasse deprehendatur, quorum tot vestigia in scriptis Lamperti inveniantur [1].

1) *Praeter ea quae 'N. Archiv' XIX, p.* 181. 206. *et infra p.* 350, *n.* 6. *attuli haec praesertim dicta Lampertina notanda sunt in Vita S. Haimeradi, SS. X, p.* 598 *sqq.: c.* 32. definierunt . . . omnia extrema, persecutionem etiam infidelium, si immineret, experiri. *Et Sallustianum illud* extrema omnia experiri *persaepe in scriptis Lamperti occurrit (cf. 'N. Archiv' IX, p.* 308*), atque V. Lulli c.* 27. *habet:* Sed ego . . . nullam persecutionis, si ea immineret, tempestatem gravem . . . duco. — *V. Haim. c.* 32. vidit clare virum veneranda canitie in vestitu candido sibi assistere = *V. Lulli c.* 9: vidit assistere sibi beatum *B.* stola pontificali . . . amictum, vultu quoque ipso ac veneranda canicie quiddam divini splendoris preferentem; *cf. Ann. infra p.* 227, *l.* 26. 249, *l.* 6. — *V. Haim. c.* 12: quomodo corpus suum ieiuniis et vigiliis maceraverit = *Ann., infra p.* 243, *l.* 23: Crebris ieiuniis corpus suum macerabat. — *V. Haim. c.* 2: unicum predicandae sanctitatis exemplar = *V. Lulli c.* 6: unicum in orbe terrarum sanctitatis exemplar *(cf. 'Neues Archiv' XIX, p.* 206*).* — *V. Haim. c.* 10: suaeque devocionis et flagrantis animi in Deum evidens ibidem dedit indicium = *V. Lulli c.* 5: pro eo quod . . . evidens mihi dederit spectaculum sanctitatis suae; *c.* 4: Cumque . . . cepisset experimenta conversationis eius et flagrantis in Deum animi. — *V. Haim. c.* 10: locum edificiis, opibus, magnitudine, gloria, preterea . . . divinis laudibus . . . florentissimum = *Inst. Herv., infra p.* 343, *l.* 28: quantum brevi adoleverit diviciis, magnitudine, gloria; *V. Lulli c.* 19: opes monasterii, quae profecto erant florentissime; *c.* 14: quod rem publicam . . . pacatissimam atque fama, opibus, edificiis, moribus, legibus ornatissimam . . reliquerit; *Ann., infra p.* 278, *l.* 3: regnum, quod . . . bonis omnibus florentissimum accepit. — *V. Haim. c.* 19: Propius medullis accipe quae praedico tibi = *Ann., infra p.* 152, *l.* 33: nisi ad vivum propiusque medullas mucro adigatur = *Horat. Epist. I,* 10, 28: Certius accipiet damnum propiusque medullis. — *V. Haim. c.* 10: virum Dei iam in caelis cum Christo regnantem; *c.* 39: Dominus . . . quantam illis gloriam contulerit, iam in caelo regnantibus secum = *V. Lulli c.* 21: insectatur cum Christo regnantem *(cf. p.* 128, *l.* 8*). Plura etiam afferre possem, sed sufficiant haec. Licet enim plura afferantur, erunt tamen singulae ac sparsae sententiae concordantes. At Ekkeberti sermo, politus quidem atque ornatus, simplicior est, ut etiam his locis concordantibus*

Cum ne nomen quidem auctoris certo certius nobis traditum sit, per se intelligitur nihil aliud de eo relatum esse, nisi quod ipse in libris suis narravit seu quod ex illis de auctore elucet. Ut ipse infra p. 73 *sq. dicit, Lampertus a.* 1058, *Mart.* 15. Meginheri abbatis *Hersfeldensis* conversationem aemulatus, *rei familiaris cura abiecta, habitu monachali ab eo suscepto, in monasterium Hersfeldense Deo serviturus receptus est. Iam die Septembris* 16. *vel* 18. *vel* 19. *eiusdem anni a Liutpoldo archiepiscopo Mogontino in oppido Ascafnaburg*[1] *presbyter consecratus est. Hinc apparet eum tunc triginta aut plurium annorum natum ante a.* 1028. *fuisse, cum canones virum tricenario minorem natu presbyterum consecrari vetarent*[2]. *Porro inde elucet antea eum clericum, iam diaconum ordinatum fuisse, et cum curae rei familiaris mentionem fecerit, eum e gente haud infima, copiosa ac locuplete, fortasse nobili, ortum fuisse recte procul dubio animadversum est*[3]. *Sed ubi haec gens floruerit, ignoratur. Thuringicam quidem eam fuisse quidam coniecerunt*[4], *cum plurima de Thuringis in Annalibus retulerit, huic genti maxime studium ac favorem impenderit. Ac sane pateret, cur Lampertus Saxonibus Thuringisque contra regem tanto studio faverit, si parentes cognatique eius inter Thuringos regi rebelles fuissent. At hoc pro certo statui nequit, immo tam e gente Hassiaca vel Franconica quam Thuringica Lampertus ortus fuisse potest. Si formas nominum ab eo usitatas cum iis cartarum Hersfeldensium et Fuldensium contuleris, apparebit plerasque cum his concordare, in Lampertinis autem aliquantulo plura elementa dialecti Germaniae superioris quam in illis inveniri*[5]; *unde nescio an efficere*

probatur, stilo Lampertino artificiosius expolito, elegantiore, magis contorto. Ac multa dicta Lamperti, ab hoc in omnibus libellis usurpata ac repetita, in Vita Haimeradi non inveniuntur. Summe igitur cavendum est, ne quid procacius, ne quid temere ex talibus dictis concordantibus efficiatur.

1) *Quia in editione principe (infra p.* 74, *n.* b*) hoc loco* a Scafnaburg *perperam legebatur, Lambertus Schafnaburgensis a Lud. Schradino auctor annalium falso vocatus est, quod nomen usque in nostrum saeculum viguit.* 2) *Hoc W. Wattenbach, 'Geschichtschr.' ed.* 2, *Lambert p. VIII. adnotavit. Cf. Gratiani Decr. I, dist.* 78, *in cuius cap.* 5. *tamen permissum est, ut necessitate exposcente viginti quinque annos nati presbyteri consecrarentur.* 3) *Wattenbach l. l. p. VII; 'DGQ.' ed.* 5. *II, p.* 89. 4) *Th. Knochenhauer, 'Gesch. Thüringens in der Karol. u. Sächs. Zeit' (Gotha* 1863*) p.* 195; *A. Lefarth, 'Lambert von Hersfeld' (Düsseldorf* 1871*) p.* 6; *Wattenbach, 'DGQ.' ed.* 5. *II, p.* 85. *Quod F. X. Krause, Lamberti Ann. praef. p. XII sq. nullo iure contenderat, Lampertum Transrhenanum fuisse, iam L. F. Hesse, SS. V, p.* 134. *reiecit.* 5) *Vide quae 'N. Archiv' XIX, fasc.* 2. *hac de re exposui.*

possis, ut eum in Franconia natum aut ibi aliquantum temporis moratum esse conicias.

Neminem latere potest Lampertum in Annalibus magnum studium praestitisse rebus in episcopatu Babenbergensi gestis. Praeter Annonem Coloniensem archiepiscopum neminem verbis tam exquisitissimis coluit quam Guntherum episcopum Babenbergensem[1]*, cuius corporis habitum describens ostendit se eum bene novisse, quem a.* 1065. *in Ungaria e Terra Sancta reversum* heu! immatura morte praeventum *planxit, quem mortuum* omnium qui eum noverant planctibus exceptum *in patria esse dixit. Visionem, quam hic Guntherus, tunc cancellarius regni Italici, a.* 1056. *de obitu Heinrici imperatoris ac quorundam principum regni habuisse dicitur, Lampertus (infra p.* 68*) narravit, vel tunc igitur vel paulo post Gunthero familiaris fuisse videtur. Guntherus in Babenbergensi ecclesia, ut ipse Lampertus dicit, adoleverat, canonicus maioris ecclesiae ibidem fuerat, a.* 1056. *post Annonem ordinatum archiepiscopum Coloniensem praepositus SS. Simonis et Iudae Goslariensis constitutus, paulo post a.* 1057. *episcopus Babenbergensis ordinatus est*[2]*. Praeter Heinricum regem Lampertus neminem acriore odio persecutus est quam Guntheri successorem, Herimannum episcopum Babenbergensem. Ut huic odio satisfaceret, longam ac fusam verbosamque narrationem composuit*[3]*, quomodo hic a Gregorio papa excommunicatus ac ab episcopatu remotus sit, latius exponens, qua, cum monachus monasterii tunc moeniis inclusus pauca de his rebus gestis comperta haberet, paucis his compertis uberrima commenta sua admiscuit, delectatus calamitate viri regi familiarissimi. Qua in narratione deprehenditur situm locaque urbis Babenbergensis non ignorasse, bene novisse ecclesiam S. Iacobi ab ecclesia S. Petri maiore tantum spatio XXX passuum disiunctam fuisse (infra p.* 204*). Omnium hominum summe coluit ac veneratus est Lampertus Annonem archiepiscopum Coloniensem. Huius gloriam in astra extulit, huius sanctitatem, sapientiam, iustitiam exquisitissimis verbis vel contra verum*[4]

1) *Infra p.* 99. 2) *Cf. Meyer von Knonau, 'Jahrb. Heinrich IV.' I, p.* 22. 3) *Infra p.* 203—210. *Cf. p.* 99 *sq. de eo episcopo ordinato.* 4) *Quod ut perspicias, vel hoc exemplum repetam hoc loco, quod iam infra p.* 243, *n.* 2. 358. *quodammodo indicavi. Idem quod Lampertus V. Lulli c.* 1, *infra p.* 307 *sq., de Lullo commentus est:* Corpus suum quottidianis pene ieiuniis in servitutem redigebat, *repetivit infra p.* 243. *de Annone dicens:* Crebris ieiuniis corpus suum macerabat et in servitutem redigebat. *At monachus Sigebergensis in Vita Annonis I,* 5,

praedicavit. Quae hic ambitione, avaritia, ira motus nequiter vel perfide vel crudeliter in re publica egit aut cauto silentio texit aut purgare atque excusare conatus est. Mihi equidem persuasum habeo ad tantam venerationem huius viri Lampertum non alio modo adduci potuisse, quam eo quod in eius familiaritatem pervenerit, antequam inter monachos Hersfeldenses reciperetur[1]. *Anno autem ut Guntherus praedictus in ecclesia Babenbergensi adolevit, in scola Babenbergensi ab Eilberto, postea episcopo Mindensi, litteras edoctus est*[2], *ibi postea maioris ecclesiae canonicatum adeptus ipse scolam rexit*[3]. *His perpensis facere non possum, quin coniciam Lampertum ipsum ecclesiae Babenbergensis clericum fuisse, in scola Babenbergensi, quae* tunc temporis disciplinae, religionis ac studii fervore cunctis in Germania praepollebat[4], *sive cum Annone et Gunthero, sive, quod magis arridet, ab Annone litteras edoctum esse, cum sane non nisi in scola quadam tunc florentissima tam egregiam eruditionem, qua ille imbutus erat, adipisci potuisset*[5]. *Ad-*

reliqua hac parte laudum Annonis pie descripta, hoc non verum esse sciens immutavit ita: Ieiuniis non adeo quam legitimis se macerabat, sciens scriptum: 'Omnia munda mundis' *etc. Post praedicta scripsit Lampertus:* Pernoctabat plerumque in orationibus et per aecclesias, uno tantum puero contentus comite, nudis pedibus discurrebat, *mutuatus quaedam horum verborum e Sulp. Sev. Vitae Martini c.* 21. *(Martinus)* sacramentis militaribus implicatus est, uno tantum servo comite contentus. *At hagiographus Sigebergensis, qui, quod bene notes, non historiam, sed panegyricum scripsit, exhorruit tamen hoc mendacium, imminuens illud hoc modo:* Pernoctabat plerumque in orationibus et per aecclesias p a u c i s a c c e r t i s c o m i t i b u s, i n t e r d u m uno tantum puero contentus, discurrens nudis pedibus . . . flens procedebat.

1) *Th. Lindner, 'Anno II. der Heilige' p.* 69, *cui assentitur Lefarth l. l. p.* 8, *coniecit Lampertum a.* 1071. *in monasterio Sigebergensi vel Salfeltensi vidisse (Lefarth dicit etiam primo vidisse) Annonem monachos foventem ideoque veneratione eius imbutum esse. Sed hunc in illis monasteriis tunc affuisse minime constat nec facile credendum est, cum demum post a.* 1072. *in monasterium Sigebergense se recepisse dicatur (infra p.* 246*). In Salfeltensi monasterio longe a diocesi eius distante cum saepe moratum esse nemo retulit. In monasterio Hersfeldensi quidem Lampertus vidit Annonem compluries, ut a.* 1072, *Dec. (infra p.* 139. 354*), a.* 1075, *Febr.* 2, *Vita Annonis II,* 24, *SS. XI, p.* 496, *sed archiepiscopi brevi tempore ibi morati veneratione Lampertum tunc captum esse vana ac futilis videretur coniectura.* 2) *Infra p.* 242; *Vita Annonis I,* 1. 9, *l. l. p.* 467 *sq.* 487. 3) *Vita Annonis I,* 2, *l. l. p.* 468. 4) *Hezilo episcopus Hildenesheimensis Cunonem nepotem suum scolae Babenbergensi erudiendum tradidit; Sudendorf, Registrum II, nr.* 24, *p.* 29. *Cf. Wattenbach, 'DGQ.' ed.* 5. *II, p.* 163 *sq.* 5) *Lefarth l. l. p.* 6 *sq. Lampertum in ipsa scola Hersfeldensi a Meginhero litteras edoctum esse coniecit. Sed nihil minus indicant verba ipsius*

dam Lampertum dixisse, quod nemo praeter eum retulit, in proelio ad Unstrut fluvium commisso Suevis et Baioariis fugientibus milites Babenbergenses signa Saxonibus intulisse (infra p. 220*), quorum etiam aliis locis mentionem fecit (infra p.* 209 *sq.* 240*). Notandum quidem est Annonem e scola Babenbergensi ab Heinrico III. imperatore in palatium evocatum, a.* 1054. *post Heziloncm episcopum Hildinesheimensem ordinatum praepositum SS. Simonis et Iudae factum esse, ideoque Lampertum aut in palatio aut Goslariae*[1] *in familiaritatem et Guntheri et Annonis venire potuisse, sed minus probabile est, Lampertum quondam in curia regis moratum esse, qui tam ignarus rerum publicarum evadat. Indulgeant lectores, precor, his coniecturis, quae num a vero longe an prope absint, quidem diiudicari nequit. Tamen hanc etiam addam. Quis scolam Babenbergensem post Annonem regendam susceperit, ignoramus*[2]. *Sane tantae eruditionis fuit Lampertus, ut non indignus videatur, qui post Annonem magister scolae Babenbergensis institui potuisset.*

Monasterium Hersfeldense usque ad saeculum XI. magis opulentia ac divitiis quam eruditione incolarum, ubertate scriptorum claruit. Nam cum Bunoni abbati eiusque monachis in votis esset, ut vita Wigberti in hoc monasterium translati conscriberetur, a Lupo tunc in monasterio Fuldensi litteris incumbente hoc impetraverunt, qui a. 836. *libellum conscriptum eis transmisit*[3]. *Successori quidem eius Brunwarto abbati (*840—875*) monachus quidam Hersfeldensis Vitam S. Wigberti metricam dedicavit, quae periit, sed haec stilo nimis barbaro conscripta fuisse dicitur*[4]. *Nihil de sequentium abbatum studio litterarum, nihil de libris in hoc monasterio saeculo IX. conscriptis nobis traditum est. Demum circa medium saec. X. monachus quidam Hersfeldensis libellum de miraculis S. Wigberti simplici modo conscripsit*[5]. *Etiam annalium brevium exemplari a monasterio Fuldensi allato hoc saeculo additis paucissimis quae in*

Lamperti in Ann., infra p. 73, *neque loco a Paulo Langio de scola Hersfeldensi sub Meginhero abbate florente ex Inst. Herveld. exscripto, infra p.* 350, *quidquam legitur, quod hoc suadeat. Ceterum monendum est Meginherum non scolae magistrum, sed abbatem fuisse. Quis sub eo scolam Hersfeldensem rexerit, ignoramus.*

1) *Lampertum quondam Goslariam vidisse satis probabile est; cf. infra p.* 261, *l.* 20 *sq.*

2) *A.* 1058—1071. *eam Meginhardus scolasticus rexit.*

3) *SS. XV,* 1, *p.* 36—43.

4) *Cf. Wattenbach, 'DGQ.' ed.* 6. *I, p.* 241.

5) *SS. IV, p.* 224—228.

monasterio Hersfeldensi enotata erant conditi annales breves ampliati et usque ad a. 983. continuati sunt; qui quidem perierunt, sed a multis postea exscripti sunt. Tum Gozbertus abbas (970—984) magnam librorum copiam acquisirit[1], qui cum tota bibliotheca Hersfeldensi saec. XVII. perierunt. De rebus gestis autem non plura, praeter ea quae recensuimus, conscripta fuisse patet ex eo, quod Lampertus dixerit de priorum abbatum historia se nihil litteris inditum reperisse[2]. Litterarum studium, quod iam aliquantulum revixerat, sub Gozberti successore Bernhario extinctum est[3], abbate et monachis dissolute non in monasterio, sed in quacumque possessionum abbatiae cuique placuit viventibus[4]. Post Bernharii obitum Godehardus abbas Altahensis ab Heinrico II. rege abbatiam Hersfeldensem regendam suscepit, qui ad eam a Willigiso archiepiscopo Mogontino perductus vitam regularem restituit, brevi tempore ad optimum statum eam reformavit. Tunc etiam studium litterarum tam laete effloruit, ut iam sub successore eius Arnolfo abbate (1012—1031) scola Hersfeldensis celebris haberetur, regente eam usque ad a. 1034. Albwino magistro[5], quo docente Wolfherius et Boto Hildinesheimenses, Ratmundus nepos Godehardi episcopi[6], Otloh monachus S. Emmerammi Ratisponensis[7], Bruno, qui postea episcopatum Tullensem, denique sedem apostolicam vocatus Leo IX. adeptus est[8], Sigewardus quoque, ut videtur[9], litteris studuerunt. Tunc Diodericus monachus Hersfeldensis Illationem S. Benedicti[10] et Commentarium epistolarum catholicarum novi testamenti composuit[11]. Etiam Meginhero abbate (1035—1059) scolam Hersfeldensem tantae fuisse famae, ut aliorum monasterio-

1) Infra p. 348. 2) Infra p. 347. A. 1038. quidem omnia aedificia monasterii Hersfeldensis incendio deleta sunt (infra p. 54. 350), sed bibliotheca tunc servata esse videtur, cum Lampertus libros a Gozberto abbate acquisitos viderit. 3) Inde evenit, ut annales ultra a. 983. non deducerentur. 4) Attamen Ricbertus monachus, qui abbatiam regendam suscipiente Godehardo ex ea cessit, in tantum litteris imbutus erat, ut scolam in civitate Merseburgensi, postea in ecclesia Ordorfensi regere posset; Wolfhere, Vita Godehardi prior c. 13, SS. XI, p. 177. 5) Ann. Hildesh. a. 1034, ed. G. Waitz p. 39. 6) Prol. in Vitam Godehardi priorem et posteriorem, SS. XI, p. 167 sqq. 196 sqq. 7) Othloni Lib. Vis. 5, SS. XI, p. 378. 8) Quod quidem tradit nota addita ad Ekkehardi Chron. a. 1053, SS. VI, p. 196, allata a Wattenbach, 'DGQ.' ed. 5. II, p. 88, n. 1. Sed Wibertus in Vita Leonis hoc non dixit. 9) Cf. SS. XV, 1, p. 411. 10) Mabillon, Acta SS. ord. S. Bened. IV, 2, p. 50—55. 11) Cf. Wattenbach, 'DGQ.' ed. 6. I, p. 418; ed. 5. II, p. 100, n. 3; G. Schepss in 'N. Archiv' XIX, p. 221.

rum incolae illuc litteris imbuendi mitterentur, et fratres Hersfeldenses in laribus philosophiae obversati longe transmitterent odorem noticiae suae, *testatur Lampertus*[1].

In horum igitur societatem Lampertus a. 1058. *receptus est, sive pio religionis fervore seculum aversatus, sive, quod fortasse propius a vero abest, vivendi ratione atque institutione naufragio facto conquassatus vitae secularis taedio captus sit. Certe tantopere animus eius commotus ac percussus erat, ut non sibi satisfaceret tradendo se, ut ipse credebat, servitio Dei, sed ab oppido Ascafnaburg, ubi presbyter consecratus erat, a.* 1058. *Sept., non reversus in monasterium suum, inscio etiam Meginhero abbate in Terram Sanctam profectus est per Ungariam et Bulgariam, in cuius confinio tempore nativitatis Domini a.* 1058. *morabatur*[2]. *A.* 1059. *die Sept.* 17, *qui est S. Lamberti dies festivus, ei in monasterium reverso venia data est inobedientiae a Meginhero abbate, qui eum comiter ac benigne suscepit.*

Prorsus ignoramus, quid sequentibus annis Lampertus in monasterio gesserit, quo officio functus sit. Sed verisimillimum est, quod W. Wattenbach coniecit[3], *eum scolam abbatiae rexisse. Hanc enim etiam Ruthardo et Hartwigo abbatibus floruisse patet, cum Ekkebertus monachus huius coenobii in prologo Vitae Haimeradi*[4], *quam inter a.* 1074. *et* 1090. *composuit, testetur multos tunc ibi extitisse monachos praeclari ingenii,* educatos in faustis penetralibus philosophiae, *cum etiam Rudolfus abbas S. Trudonis commoratus aliquando apud Fridericum abbatem Hersfeldensem (*1091—1099*)* liberalium artium apud fratres *huius monasterii* studiosam efficaciam *admiratus sit*[5]. *Sane autem etiam inter hos adprime eruditos fratres, inter quos eminuit is ignotus monachus, qui a.* 1092/3. *librum de unitate ecclesiae conservanda conscripsit*[6], *nemo facile inveniri potuisset, qui aptior scolae regendae fuisset quam Lampertus. Et bene explicaretur, unde evenerit, ut Ekkebertus tot floribus stili Lamperti usus sit*[7], *si ab hoc magistro edoctus fuisset.*

1) *Infra p.* 350, *ubi summam loci a Paulo Langio exscripti monachus Hamerslebensis male reddidit verbis:* Scolam instituit, *cum Meginhardus non scolam Hersfeldensem instituerit, sed eam iam florentem foverit.* 2) *Infra p.* 74. *Ekkebertus, Vita Haimeradi c.* 32, *SS. X, p.* 606. *tradit quondam Meginfridum praefectum (burggravium) Magdeburgensem cum multis aliis Hierosolymam profectum esse. Nescio an eorum socius fuerit Lampertus.* 3) *'Geschichtschr.' ed.* 2, *Lambert p.* XII. 4) *SS. X, p.* 598. 5) *Gesta abb. Trudon. I,* 5, *SS. X, p.* 232. 6) *Libelli II, p.* 173—284. 7) *Quos supra p.* VIII. *et*

Meginhardo abbati, quem summis laudibus Lampertus celebravit, a. 1059, *die Sept.* 26, *paucis diebus postquam ille in monasterium rediit, defuncto substitutus est die Nov.* 8. *ab Agnete imperatrice, nescimus quibus principibus intercedentibus*[1], *Ruthardus abbas, quondam (a.* 1046—1050*) abbas Corbeiensis, a qua abbatia criminum quorundam accusatus remotus erat. Minime in huius abbatis familiaritate versatus est monachus noster, qui frigide ac parum verecunde de eo iudicaverit. Laudavit quidem eum hominem adprime litteratum, eloquentissimum, prudentem, qui bene res abbatiae administraverit, sed vituperavit eum, quod* imperare, non imperari *noverit, quod regulae S. Benedicti praecepta minus stricte servaverit*[2]. *Lampertus enim, nescio an in seculo frustratus spe fortunam adipiscendi, rigidi animi fuit, severus austerusque, laudator temporis acti, cui cuncta nova displicebant, omnia recenti tempore in deterius ruere videbantur*[3]. *Cum ea quae habemus opera conscribebat, iam in tantum monachus erat, ut cogitata ac sensa mentis eius angustiis monachicis circumscripta atque inclusa essent. Cum monachorum officium esset regulam S. Benedicti sequi, huius praecepta summe colebat, neque his quidquam novi addi, quidquam remitti approbavit. Cum igitur Anno archiepiscopus Coloniensis a.* 1070. *ex Italia reversus monachos Fructuarienses secum ductos in monasteriis suis Salefeltensi et Sigebergensi instituisset, qui artiorem vivendi normam sequebantur, Lampertus ad haec monasteria profectus*[4] *et quatuordecim septimanas in iis moratus, ut instituta ac ritus novorum monachorum addisceret, non adeo ea comprobavit,* consuetudines *coenobiorum Germaniae* regulae S. Benedicti melius congruere *arbitratus*[5].

Monachus iam Lampertus nihil tantopere dilexit ac coluit, quantum monasterium suum Hersfeldense, prosperitatem

'N. Archiv' XIX, p. 181 *sq. attuli. Ekkebertus ante Vitam Haimeradi etiam alios libellos composuerat, cum in prologo Vitae Haimeradi dixerit:* tam grandis materiae silvam non presumebam aliquando attingere, sed in humilium rerum arbustis scribendi operam insumere consueveram.

1) *Cf. Vit. Lulli c.* 19, *infra p.* 333: abbatem quem principes regni iusserint habemus.

2) *Infra p.* 76. 197. 353.

3) *Vita Lulli c.* 19, *infra p.* 333, *l.* 6. 7; *Inst. Herveld. prol., infra p.* 343 *sq.*

4) *A Ruthardo abbate se eo missum esse Lamp. ipse non dixit, sane etiam Annonis hortatu vel ea qua olim cum eo usus erat familiaritate commoveri potuit, ut eius novos monachos visitaret. Etiam Coloniam civitatem Lampertus aliquando vidisse coniciendum est, cum eius situm et ecclesias intra atque extra moenia sitas novisse appareat infra p.* 186—193.

5) *Ann. a.* 1071, *infra p.* 132 *sq.*

atque gloriam eius ita zelatus, ut ira ac furore motus inveheretur in omnes, qui ei vel leviter nocuisse viderentur, etiam post multos annos delectatus misera morte, quam Wernherus comes subiit, qui villam Hersfeldensem a rege vel potius ab Adalberto archiepiscopo Bremensi impetrasset[1]*; post viginti annos fabulatus Burchardum I. episcopum Halberstatensem, qui decimarum reditibus monasterium Hersfeldense privare voluisset, misera morte expirasse iniuria ipsius recognita*[2].

Itaque non mirum est, quod ingenium suum et egregiam, qua praeditus erat, scribendi facultatem ad res abbatiae suae adverterit. Ac primo quidem intra decennium 1063—1073. *proprio motu, neque a Ruthardo abbate neque ab alio quopiam admonitus*[3]*, sed incitatus ad hoc, ut videtur, lecta Vita Bonifatii, fundatoris monasterii Fuldensis, nuper ab Othlono in monasterio Fuldensi conscripta*[4]*, Vitam Lulli archiepiscopi Mogontini, fundatoris monasterii Hersfeldensis, composuit. Hoc eleganti libello edito nescio an Hartwigus monachus Hersfeldensis commotus sit, ut iam tunc Lampertum commoneret, ut etiam historiam monasterii Hersfeldensis conscriberet. Certe hoc tunc non peregit.*

Mense Ianuario anni 1072. *Ruthardus abbas morbo correptus per XI menses aegrotavit. Tunc mense Decembri Heinrico rege cum Annone archiepiscopo, cui rex tunc summa rei publicae negotia administranda delegaverat, in monasterium Hersfeldense adveniente, Ruthardus die Dec.* 11. *abbatia ultro se abdicavit et ab rege impetravit, ut Hartwigus monachus Hersfeldensis ipsi substitueretur abbas*[5]*. Quis scit, anne Lampertus ipse tunc speraverit se abbatiam adepturum esse? Sane fuit tanti ingenii, tanta scientia litterarum imbutus, ut facile ambitione capi, facile hanc spem concipere potuerit. In libello de institutione ecclesiae Herveldensis ipsi Hartwigo abbati dicata dixit Lampertus, ut paucis verbis a monacho Hamerslebensi exscriptis traditum habemus, Annonem gratam habuisse ordinationem Hartwigi. Sane notandum est hoc Lampertum in Annalibus minime repetivisse. Non facere possum, quin credam Annonem Lam-*

1) *Ann. a.* 1064. 1066, *infra p.* 92. 101; *cf. Meyer von Knonau, 'Jahrb. Heinrich IV.' I, p.* 485, *n.* 177; *'N. Archiv' XIX, p.* 183 *sq.* 2) *Ann. a* 1059, *infra p.* 75 *sq.; Inst. Herveld., infra p.* 352 *sq.* 3) *Quod ex eo patet, quod hic libellus prologo careat, neque in epilogo, quo de consilio suo hunc librum conscribendi auctor disserit, quenquam alloquatur.* 4) *Cf. 'N. Archiv' IX, p.* 293 *sq.* 5) *Infra p.* 138. 354.

perto quondam familiarem fuisse et favisse. Nonne igitur fieri potuisset, ut hic tunc Lampertum abbatem ordinare moliretur, demum, cum rex hoc concedere noluisset, consentiret, ut Ruthardus abbas constitueretur? Non dicam ita rem gestam esse, quod nimis temere diceretur. Sed moneo iam quindecim diebus post Ruthardum abbatem constitutum Annonem offensum his quae plurima praeter aequum et bonum fiebant in palacio, *ut ait Lampertus infra p.* 140, *curiam regis et negotia publica administranda reliquisse, controversiam igitur quandam tunc inter regem et archiepiscopum ortam esse. Porro iam facile esset intellectu, si res ita gesta esset, unde Lampertus acerbissimum odium in regem conceperit, quod ab hoc demum momento potissimum in Annalibus effudit, unde evenerit, ut hic cum Hartwigo abbate non bene concordaret, ut videbimus. In coniectura quidem haec posita sunt, ac longe abest, ut haec vera credam, sed perpendere ea atque animo considerare licere arbitror.*

Paucis mensibus post Hartwigum abbatem constitutum in synodo Erfurtina (a. 1073, *Mart.* 10*) controversia composita est, quae iam per multos annos inter Liutpoldum ac Sigefridum archiepiscopos Mogontinos et abbatias Fuldensem Hersfeldensemque de decimis Thuringiae habebatur, rege pacem inter partes conciliante. Quam rem gestam ita Lampertus in Annalibus narravit*[1]*, ut se ira atque indignatione excanduisse ostenderet, quod pacto illo abbatia Hersfeldensis quosdam decimarum reditus archiepiscopo Mogontino concessos perdidisset, ita haec exposuit, ut rei male gestae culpam omnem in Hartwigum abbatem conferret, unde iam perspicimus eum cum hoc abbate in simultate quadam fuisse.*

Tunc demum Lampertus carmen versuum hexametrorum, quod periit, composuisse videtur, quo res monasterii Hersfeldensis recenti tempore gestas, eas praesertim, quae male abbatiae cessisse ipsi videbantur, breviter enarravit[2].

1) *Infra p.* 141—144. *Cf. Ausfeld, 'Lambert von Hersfeld und der Zehntstreit' p.* 59—74; *'N. Archiv' XIX, p.* 185—190. 2) *Inst. Herv. prol., infra p.* 345. *Paulo ante Inst. Herv. hoc carmen scriptum fuisse ipsa verba Lamperti suadere videntur, quae nihil contineant, quo hoc ante longius temporis spatium factum esse indicetur. — Albertum Pannenborg hunc locum male interpretatum obstinate contendere ac pertinaciter asseverare Carmen de bello Saxonico a Lamperto compositum esse breviter hoc loco monuisse sufficit; qui etiam eo usque ineptiarum processit, ut hoc Carmen ornatum Lamberti auctoris nomine in publicum nuper emitteret. Libellos hac de re conscriptos vide enumeratos in praefatione mea Carminis, SS. XV,* 2, *p.* 1214 *sqq.; SS. R.G. p. V sqq. Praeter eos vide F. Stolle, 'Ist Lambert von Hersfeld der Verfasser des*

Ex ipsius verbis conicere licet eum hoc carmine res suo tempore gestas, ab a. 1058. *videlicet vel ab obitu Heinrici III. imperatoris*[1] *a.* 1056, *inter has praesertim controversias de reditibus decimarum cum Burchardo episcopo Halberstatensi et cum archiepiscopis Mogontinis habitas exposuisse. Sed in carmine* plurima falsa pro veris scripsisse *fratres Hersfeldenses Lamperto crimini dederunt, optimo sane iure, si eo modo atque in Annalibus controversiam de decimis exposuisset, si non vera, sed quae sibi excogitaverat, ut in Vita Lulli enarrasset, si studio ac ira raptus vera commentis suis obruisset ut in Annalibus. Hac vituperatione fratrum commotus perturbatusque animo, recordatus etiam se ab Hartwigo quondam monitum esse, ut hoc opus susciperet, anno* 1074. *duobus brevibus libellis historiam monasterii Hersfeldensis conscriptam prologo praemisso Hartwigo abbati dedicavit. Cuius libri initium tantum integrum ad nos pervenit, reliquarum partium exigua tenuiaque exstant fragmenta.*

Iam tunc Lampertus cum aliis fratribus Hersfeldensibus non bene concordasse videtur[2], *cum hi eum falsi arguerent, sed mox crevit augebaturque dissensio inter Lampertum et abbatem ceterosque fratres. Nam exorta rebellione Saxonum ac Thuringorum, abbas fratresque Hersfeldenses fideliter partes regis adiuverunt, quamvis possessiones multas abbatiae in Thuringia sitas rebelles depraedari minati sint, quamvis monasterium multa a rebellibus et a militibus regis in villis suis collocatis pateretur*[3]. *Etiam cum rex a papa a.* 1076. *excommunicatus, cum Rudolfus a.* 1077. *a principibus quibusdam rex electus esset, abbatia Hersfeldensis fidelissime cum Heinrico rege contra adversarios eius stetit*[4] *et per totum bellum Saxonicum eius partibus favit. Sed Lampertus odio acerbissimo in regem concepto, nescimus utrum inde quod ab eo iniuria aliqua affectus esse sibi videretur*[5],

Carmen de bello Saxonico' in 'Hist. Jahrbuch' XIII, p. 440—469; *quae ipse disserui 'N. Archiv' XIX, p.* 196—213. *et commentationem meam 'Lambert der Dichter' ibid., p.* 371 *sqq.* 1) *Nota eum alterius libelli Institutionis Herv. exordium ab obitu Heinrici III. imperatoris sumpsisse, quamvis in priore libello iam res a.* 1058. *et* 1059. *gestas narrasset. Cum ea quae in prologo dixit se res* moderno tempore *gestas carmine comprehendisse contuleris cum iis quae ipse haec quasi interpretatus infra p.* 348, *l.* 12—15. *scripsit:* haec, quae nostris temporibus geruntur, lamentando . . . subnectamus, *hisce verbis argumentum carminis indicatum esse iam paene certum habebis.* 2) *Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 210—212. 3) *Infra p.* 159. 177. 344. 4) *Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 182—209. 5) *Cf. supra p.* XVI *sq.*

an quod rex et Anno archiepiscopus, quem auctor noster intime coluit, inter se dissiderent ac discordarent, an quod parentes eius inter adversarios regis essent, cum his sentiebat ac rebellibus principibus studebat. Itaque is qui a. 1074. dixerat regum res gestas scribere se nolle nec posse, cum monasterii moeniis inclusus non satis gnarus sit harum rerum hominumque qui in re publica magnas partes agebant, post Rudolfum regem electum magnum opus composuit, quo regum praecipue gesta enarravit, hoc sibi potissimum proposito, ut ostenderet Heinricum regem iusto iure ac merito propter scelera ac flagitia eius, propter crudelitatem ac rem publicam male administratam regno privatum, optimo iure et ex aequo Rudolfum regem electum esse. De hoc celeberrimo libro infra iam plura dicam.

Ignoramus, num Lampertus hunc librum ipse in publicum emiserit, utrum eo edito, quo abbas et fratres Hersfeldenses utique offensi essent, in hoc monasterio remanserit, an eiectus sit[1], utrum brevi post mortem obierit, an longo tempore superstes fuerit. Nemo scriptorum medii aevi viri tam insignis, tam conspicui unquam mentionem fecit.

II. De Vita Lulli.

Vitam Lulli[2] archiepiscopi Mogontiacensis, fundatoris monasterii Hersfeldensis, a Lamperto compositam esse, quod anno 1883. demonstravi in 'N. Archiv' IX, p. 285—320, iam omnes qui nuper de Lamperto scripserunt consentiunt[3]. Quod intra decennium a. 1063—1073. factum esse ex eo apparet, quod Lampertus iam Othloni librum de vita S. Bonifatii inter a. 1062. et 1066. conscriptum ad eam componendam adhibuerit et in libello de institutione Herveldensis eccle-

1) Quod quidem credi posset; cf. 'N. Archiv' XIX, p. 169. 2) Retinuimus hanc formam a Lamperto usurpatam et iam usitatissimam, cum in epistolis et aliis monumentis variae formae occurrant: Lul, Lulla, Lullo, Lullus, Lulus, Lullonus. 3) Mabillon codicem Gemblacensem nactus, in quo Vita S. Lulli detruncata et breviata continebatur, eam in Gemblacensi monasterio scriptam opinatus, Sigebertum historiographum eius auctorem esse suspicatus est, Acta SS. Bened. III, 2, p. 392. 400; quod P. I. van Hecke, Acta SS. Oct. VII, p. 1051, refellens, recte coniecit auctorem fuisse monachum Hersfeldensem; quod, si Vitam integram habuisset, iam certissime probare potuisset. Nam in integra Vita auctor cum aliis tum in c. 19. apertissime Hersfeldensis conventus membrum se prodit his verbis: Huius privilegii (a Karolo M. monasterio Hersfeldensi dati) nos modo cassos tantum apices tenemus etc. — Codicis Gemblacensis apographum nunc exstat Parisiis inter schedas Mabillonianas nr. 226 (Résidu St. Germain); cf. 'Archiv' VIII, p. 321.

siae a. 1074. *composito iam* libellum de vita sancti Lulli editum *et exscripserit et laudaverit*[1].

Pervenit ad nos, ut 'N. Archiv' IX, p. 285—291. *ostendi, codex autographus Lamperti vel potius adversaria, in quibus auctor sua manu textum Vitae Lulli mente conceptum primo exaravit. Hic codex*

1) *nunc servatur in bibliotheca Maihingensi serenissimi principis de Oettingen-Wallerstein, signatus I.* 2 *(Lat.).* 4⁰. 29, *cui recenti tempore compaginato insunt f.* 1—20. *Gunzonis epistola ad Augienses fratres manu saec. X. scripta, f.* 28—42. *Decreta concilii Lateranensis a.* 1215. *saec. XIII. exarata aliaque saec. XIV. post addita*[2]. *Haec vero scripta recenti demum aetate cum Vita Lulli, quae f.* 21—27. *comprehendit, coniuncta sunt, cum membranae qualitate et forma, scriptura, ornatu longe ab ea et inter se differant. Folia Vitam Lulli continentia sunt formae fere quadratae, sed inaequalis*[3], *membranarum diversae qualitatis inter se non cohaerentium, aut spissarum, asperarum, male levigatarum, aut subtilium et sulcatarum. In quibus una manu quidem, longis lineis usque ad laceros margines perductis*[4], *arcte et concinne*[5], *sed formis litterarum inaequalibus, modo maioribus, modo minoribus, libellum paulatim, non uno ductu exaratum esse*[6] *apparet. Permulta aut inter scribendum aut*

1) *Infra p.* 347, *l.* 15 *sq. Huic tempori etiam optime conveniunt verba Vitae c.* 19: caeterum abbatem quem principes regni iusserint habemus, *nam a principibus regni non nisi Heinrico IV. rege nondum adulto, antea et postea ab ipsis regibus abbates instituebantur. Inter a.* 1056—1074. *nempe bis abbates Hersfeldenses creati sunt, a.* 1059. *Ruthardus, a.* 1072. *Hartwigus (cf. Ann., infra p.* 76. 139; *Inst. Herv., infra p.* 353 *sq.). Denique conveniunt huic tempori etiam formae litterarum codicis autographi, de quo mox dicetur. P. I. van Hecke, l. l. p.* 1052, *quidem statuit Vitam ante a.* 1040. *conscriptam esse, cum auctor prioris quidem translationis corporis S. Lulli a.* 852, *sed non alterius a.* 1040 *(infra p.* 56*) mentionem fecerit. At non oportuit, ut auctor secundam translationem, qua ossa Lulli in novae basilicae crypta, altera incendio a.* 1038. *deleta, reposita sunt, narraret, cum de ea nil memoria dignum referendum haberet.* 2) *Codex antequam recenter compaginatus esset, plura continuisse videtur; quae nunc continet, alio ordine connexa erant; cf. 'N. Archiv' VII, p.* 173, *nr.* 10, *ubi minus recte de aetate scripturae Vitae Lulli iudicatum est.* 3) *Longitudinis sunt* 17—18 *cm., latitudinis* 12—13½ *cm.* 4) *Sed folia* 21. *et* 23. *sola lineis distincta sunt, reliqua non, et in illis sunt lineae fol.* 21: 23, *fol.* 21'. *et* 23: 24, *fol.* 23': 30. *Reliqua folia continent lineas* 28. 29. 33. 34. 39. 40. *Scripturae specimen vide in tabula 'N. Archiv' IX. data.* 5) *Permultis compendiis usus est scriba. Ubique* ę, *nunquam* ae *scriptum est. Nonnulli accentus inveniuntur, quos retinui. Sermonis articuli optime ubique signis distincti sunt, quae semper fere retinere licuit.* 6) *Etiam nonnullae sententiae paucorum verborum ab aliis praecedentibus et sequenti-*

paulo post alio atramento subfusco, sed manu scribae emendata sunt, alia vel supra lineas vel in margine addita, alia in lineis, aliis erasis, correcta, quibus omnibus certo certius cognoscitur scribae et emendatoris manum esse auctoris, eius adversaria his foliis nobis servata esse[1]. Codex infeliciter manum rudis lectoris saec. XV. passus est, qui multa dilucide pulchreque ac correcte scripta, quae ipsi minus legibilia videbantur, delevit ac quae ipsi videbantur, inter quae nonnulla ineptissima, superlevit vel in margine vel supra lineas foede illevit, multas litteras vetustate detersas suo atramento renovavit, menda bene scriptis inferens[2], quae silentio praetermisi. Ita evenit, ut paucis locis veras lectiones, cum codicem huc transmissum exscriberem, nonnisi ope apographi Altahensis, de quo mox dicetur, cognoscere potuerim. F. 27'. novem tantum lineis scriptis, reliquo spatio paginae vacuo relicto, media in sententia imperfecta scriba pennam deposuit.

Ex apographo huius codicis, dempta extrema sententia imperfecta, integro descripti sunt codices:

1a) Monacensis bibl. regiae Lat. nr. 9506 (Altah. sup. 6), membr., fol. max., fol. 23, col. 2 — fol. 28, col. 1, qui est quartus tomus magni legendarii Altahensis, Vitas sanctorum mensium Octobris, Novembris, Decembris continens, manu saec. XII. pulchre et splendide magnis litteris exaratus[3].

1b) Monacensis bibl. regiae Lat. nr. 22244 (Windb. 44), membr., fol. max., saec. XII, quintum volumen magni legendarii Windbergensis, Vitas sanctorum Oct. 1 — Nov. 17. continens, inter quas fol. 60'—68. Vitam Lulli[3].

In horum duorum codicum archetypo iam omnia fere additamenta et emendationes codicis 1 recepta erant. Quorum varias lectiones alicuius momenti adnotavi, ut demonstrarem, qua ratione codex 1 in apographo illo descriptus fuerit. Etiam capitum divisionem in his codicibus institutam recepi, cum animadverterem recte iis locis capita incipi, qui in codice 1 nota marginali cap̄ vel signo ·|· indicati erant.

bus ita litterarum formis differunt, ut cognoscere mihi videar auctorem, praecedentibus scriptis, diutius aliquantulo meditatum esse, antequam iterum calamum adponeret. 1) Quod etiam apparet ex eo, quod capitum divisio nondum instituta est, sed aliquoties in margine cap̄ scriptum vel signum ·|· adpositum est, quibus novum caput incipiendum esse auctor indicavit. Aliis locis forte eadem nota margine rescisso periit. 2) Etiam litteras superpositas verborum ordinem mutandum indicantes complures, ipsi non intellectas, impie erasit. 3) Cf. 'N. Archiv' IX, p. 546. 642 sq.; SS. XV, 1, p. 18. 44.

Cum his codicibus in omnibus haud dubie conveniunt codices magni legendarii Austriaci, qui Vitam Lulli continent, 1*c) Zwetlensis nr.* 14, *membr. saec. XIII, et* 1*d) Mellicensis M* 7, *membr. saec. XV, quippe qui in iisdem verbis atque* 1*a.* 1*b desinant (cf. 'Archiv' X, p.* 646. 655. *VIII, p.* 724*);* 1*e) Monacensis bibl. regiae Lat. nr.* 18171 *(Teg.* 171*), saec. XV, qui referente G. Waitz b. m. paucis verbis superius quam* 1*a—d desinit.*

Iam cum priorem editionem Vitae Lulli praepararem, animadverteram in codice 1 *quaedam signa inveniri, neque tamen, quid iis indicatum sit, in hoc codice apparere, iisdem vero locis in codice Erlangensi, de quo mox dicetur, additamenta quaedam legi ea ratione concepta, ut a nemine nisi ab auctore Vitae ipso haec postea inserta esse pateat. Haec etiam docui sermone non dicam Lampertino, sed quo nemo nisi Lampertus uti potuisset, conscripta esse, ut iam nulla dubitatio relinquatur, quin haec in scidulis membranaceis, quae perierint, codici autographo affixis postea addita sint*[1]. *Is tunc solus scrupulus remanebat, quod in hac recensione Vitae Lulli extrema capita, quae in codice autographo* 1 *leguntur, omissa essent. Quem scrupulum ita eximendum esse arbitratus sum, ut conicerem hanc Vitae recensionem in codice Erlangensi ex exemplari monachis Fuldensibus a fratribus Hersfeldensibus transmisso descriptam esse, in quo extrema capita ideo omissa essent*[2], *quod auctor in eis petulanter in monachos Fuldenses invectus esset, praesertim cum animadverterem codice Erlangensi collectionem Vitarum sanctorum Fuldensium contineri. Hoc iam pro certo haberi poterit. Nam nactus alium codicem Vitam Lulli continentem, quem tunc quidem exstare noveram, sed casu adverso obveniente exscribere non potueram, inveni eadem ipsa additamenta, quae in Erlangensi codice leguntur, praeterea autem extremam partem libelli, quam in nullo alio codice adhuc legeram. Cum enim codex Lamperti autographus in primo miraculo in translatione S. Lulli facti media sententia abrupta desinat, in hoc codice et hoc miraculum ad debitum finem perductum est, et alia quatuor miracula addita sunt. Insuper etiam extremo capite auctor exponit, quo consilio ad*

1) *'N. Archiv' IX, p.* 314—317. *Nullo iure F. Stolle in 'Hist. Jahrbuch' XIII, p.* 444. *in dubio reliquit, num additamenta codicis Erlangensis ab ipso Lamperto conscripta sint.* 2) *Omissa sive a monachis Hersfeldensibus, ne Fuldenses offenderentur, sive a Fuldensibus, ne quae in ipsorum invidiam ibi legebantur, ab ipsis describerentur.*

Vitam hanc conscribendam adductus, quibus fontibus in ea componenda usus sit. Haec capitula ab ipso Lamperto conscripta esse vel caeco patebit[1]. *Et in his multo acrius quam in codicis autographi extremis capitibus in monachos Fuldenses, aemulos gloriae sancti Lulli, invectus est. Patet iam nunc post codicem autographum* 1 *alterum autographum a Lamperto pure descriptum esse, in quo et extrema capita de miraculis S. Lulli adiecerit et iterum quaedam sermonem expoliendo correxerit, quae consensu codicum* 2*a. b cognoscuntur*[2]. *Codices alterius recensionis sunt:*

2*a) Treverensis bibliothecae civitatis nr.* 1151, *vol.* IV (= 965), *membr. fol. max., saec. XIII, quartus tomus magni legendarii S. Maximini Treverensis, Vitas sanctorum scilicet mensis Octobris continens, inter quas f.* 66^{c} — 75^{c}. *Vitam Lulli integram,* 164 *foliorum duabus columnis exaratorum, litteris magnis initialibus pulchre depictis*[3].

2*b) Erlangensis bibliothecae universitatis nr.* 321 (*antea* 268), *membr. fol. min., saec. XIII, olim 'liber sancte Dei genitricis virginis Marie in monasterio Fontis-salutis' vel 'Halesbrunnen', qui Vitas S. Bonifatii auct. Othlono et discipulorum eius, Sturmi, Burchardi, Lulli f.* 78'—89', *Wigberti, Gregorii, Leobae, continet*[4]. *Sed Vitae Lulli alterius recensionis tantum capita* 1—18. *praebet*[5], *omissis capitibus* 19—27, *in quibus multa in invidiam monachorum Fuldensium dicta sint.*

Alteram hanc recensionem Lampertus iam perfecerat, cum a. 1074. *libellum de institutione Herveldensis ecclesiae conscriberet, cum iam in ea repetiverit, quae in additamento recensionis* 2. *Vitae Lulli dixerat*[6].

1) *Vide quae exposui 'N. Archiv' XIX, fasc.* 3. 2) *Lectionem codicum* 2*a. b ab* 1 *differentem aut in textum recepi, cum nulla dubitatio mihi restaret, quin Lampertus ipse eam in* 2 *correxerit, aut litteris latius positis insignitam adnotavi.* 3) *Cf. 'Archiv' VIII, p.* 600. *De hoc legendario vide 'N. Archiv' XVIII, p.* 618 *sqq. In hoc codice Vitae Lulli capita non divisa sunt, ubique iam* e *simplex pro* ae *scriptum est. Multa leviora menda scribae huius minus eruditi, quae nullius momenti sunt, in ea parte, quam codex* 1 *praebet, non adnotavi.* 4) *Cf. SS. II, p.* 365; *XV,* 1, *p.* 37. 44. 65. 120. 5) *Capita non divisa sunt in hoc codice. Ubique, exceptis duobus locis, iam* e *pro* ae *scriptum est, nonnunquam* s *pro* ss *et vice versa* ss *pro* s, *ut* iusionem, procesu, subpossitis, *quae etiam in aliis huius codicis Vitis occurrunt.* 6) *Infra p.* 347, *l.* 19—21.

Habes igitur hoc stemma codicum Vitae Lulli:



Primo in lucem prodiit Vita Lulli in multo breviorem libellum contracta in Legenda sanctorum Lovanii a. 1485. *per Ioannem de Westphalia edita, mihi non visa. In quam formam hic libellus procul dubio in ipso monasterio Hersfeldensi breviatus est, cum certissime constet hanc etiam recensionem ex codice Maihingensi autographo Lamperti descriptam esse, quippe quae multis locis quae primo in eodem scriptae erant lectiones, neglectis emendationibus post illatis, exhibeat*[1]. *Sed bene notandum est primum miraculum, in* 1 *abruptum, paucis verbis in hac legenda ad finem perductum esse, verbis his consentientibus cum codice* 2*a, qui tamen ubique lectiones emendatas codicis* 1, *non priores, praebet.*

Apographum codicis Erlangensis patribus Bollandianis a G. H. Pertz transmissum edidit P. I. van Hecke in Actis SS., Oct. VII, p. 1083—1090, *cui fine carenti subiunxit extremam partem legendae Lovaniensis in brevissimum contractam. Capita* 1—22. *edidi SS. XV,* 1, *p.* 132—149, *nunc demum integrum hunc libellum exhibeo, capitibus* 23—27. *ex solo codice* 2*a editis*[2].

In clausula libelli ipse dicit Lampertus, quibus fontibus usus Vitam Lulli composuerit, de quo iam aut nihil aut perpauca incerta traditione comperta habere poterat: Ego mihi, *ait,* eam tantum operam iniunxeram, ut de Vita sancti Bonefatii, sanctae Lyobae, Sturmionis abbatis, item et ex cyrografis et decretis principum, qui ea tempestate Galliis presidebant, quaeque in memoriam huius

1) *Cf. 'N. Archiv' IX, p.* 291. 2) *Cum additamenta alterius recensionis et capita* 23—27. *in antiquis codicibus, aut* 2*a. b, aut* 2*a solo, tradita sint, nolui eorum orthographiam ad eam, quam Lampertus in cod. autographo secutus est, in omnibus reducere. Tantum* ae *restitui pro* e *simplici iis locis, quibus Lampertus eo uti solitus est. Praeterea pauca verba contra codicum fidem scripsi, quae in notis indicavi. Quae Lampertus secundis curis addidit uncis inclusi, quo haec facilius lector percipiat, sed diserte moneo haec omnia ab ipso Lamperto scripta esse.*

viri dicta excerperem et ea quasi disiecta historiae membra in unius libelli corpusculum congererem. *Et revera ex Willibaldi et Othloni*[1] *Vitis S. Bonifatii et Passione S. Bonifatii auctore canonico S. Victoris Moguntino*[2], *Eigilis Vita Sturmi abbatis Fuldensis*[3], *Ruodolfi Fuldensis Vita Leobae*[4], *praeterea vero etiam ex Lupi Vita Wigberti Fritislariensis*[5], *quam omisit, collegit quae de Lullo episcopo in iis tradita erant. Revera etiam duo saltem diplomata Karoli Magni adhibuit*[6], *quorum unum etiam diserte attulit*[7]. *Sed iam in his Lampertum deprehendimus hominem non dicam minus veracem, minus veritatis amantem, sed impudenter mentientem. Ante ea verba, quae modo attuli, postquam dixit se conscium sibi esse se invidiam sibi conflaturum (monachorum Fuldensium) his quae in laudem Lulli composuerit:* Illud tantum, *ait*, sibi a me responsum habeat iniquus ille quicumque est calumpniator, me non rudem cudere materiam, sed in qua et alii scriptores iam ingenia sua detriverint; malignum me fuisse interpretem, si quid ab aliis scriptoribus traditum, quod modo ad rem attineat, ego aut odio motus aut gratia silentio pre-

1) *Licet eum non citaverit, tamen nonnulla scripsit, quae nonnisi ex Othloni Vita S. Bonifatii sumere potuit, ut c. 2. quae de Cunihilt, matertera Lulli, dicit. Facile crediderim Fuldensis fundatoris Vita nuper conscripta monachos Hersfeldenses, aemulos Fuldensis gloriae, incitatos esse, ut et sui fundatoris Vita componeretur, praesertim cum Fuldenses de Lullo nonnisi mala loquerentur. Ita etiam Lampertum ad conscribendam historiam Hersfeldensem* perpulit laeta cuiusdam Fuldensis abbatis historia *(infra p. 345, l. 4—8).* 2) *Lampertum etiam hanc, editam SS. II, p. 353 sqq., legisse non certo certius apud me constat, licet sint quae hoc suadeant. Cf. infra p. 313, n. 3. 315, n. 2. 320, n. 2. 322, n. 1. Pleraque vero quae ibi leguntur ex Othloni libello discere potuit.* 3) *SS. II, p. 366 sqq.* 4) *SS. XV, 1, p. 118—131.* 5) *SS. XV, 1, p. 36—43.* 6) *Cf. infra p. 329, n. 1. 332, n. 1. 3. 4.* 7) *Etiam registrum praediorum quod vocatur Breviarium S. Lulli legit. Epistolas Lulli et ad eum datas non legit, ne quidem exstare novit. Neque etiam Meginhardi Fuldensis libellum de S. Ferrutio nec Wandalberti Miracula S. Goaris, quibus pauca de Lulli rebus gestis relata erant, neque epitaphium Lulli, infra p. 355. editum, adhibuit. — Refellendus est Wenck, 'Hess. Landesgesch.' II, p. 289. 291, qui Lampertum obiurgat, quod quae in archivo Hersfeldensi continebantur non consuluerit ideoque initia Hersfeldensis coenobii male comperta habuerit, cum fundationem eius a. 736. ex annalibus antiquis adscripserit. Hunc enim annum fundationis Hersfeldenses consulto ac scite ex Vita Sturmi posuerunt, ubi c. 13. 11. relatum est Sturmum a. 744. et nono post cellam Hersfeldiae constructam anno Fuldam migrasse. Cellam Hersfeldensem igitur a. 736. circiter aedificarit, quam rem initium coenobii sui accipientes, Hersfeldenses — sane ex sententia clericorum medii aevi —, ut sua ecclesia Fuldensi antiquior haberetur, effecerunt.*

terissem(!). Rerum fides potissimum apud illos erit(!!). *Mirum quam callide, quam audacter hoc dictum sit! Nihil se omisisse dixit eorum, quae illi scriptores de S. Lullo tradiderint. Hoc verum quodammodo. Sed non sine nimia impudentia fidem eorum quae ipse ubere ac verbose narravit illis referre potuit. Paucissima ac tenuissima ex Vitis S. Bonifatii et Leobae de ortu et iuventute Lulli, de eo in Germaniam profecto, episcopo ordinato discere potuit, attamen ipse longam, uberrimam, elegantem narrationem harum rerum composuit (c. 1—7), omnia fere praeter perpauca, ea praesertim omnia, quae in laudem Lulli dixit, commentus vel mutuatus ex Sulpicii Severi Vita Martini aliisque Vitis sanctorum. Porro (c. 8—10) commentus est*[1] *tam familiarissime Pippinum regem usum esse consiliis Lulli, ut eius nutu cuncta negotia regni disponerentur, quod falsissimum esse non ignoramus; Bonifatium iam a Frisonibus necatum in somno Lullo apparentem eum monuisse, ut corpus ipsius in monasterium Fuldense transferret, Lullum ipsum in Fresiam profectum esse, ut hoc iussum perficeret, cum auctores Lamperti retulerint Lullum alios eo misisse ad hoc peragendum*[2]. *Quae de translatione S. Bonifatii (c. 11. 12) narravit aut confinxit, quamvis auctores eius contraria retulissent, aut quae ex eorum relatione assumpsit in laudem ac gloriam Lulli vertit. Dehinc iam ut exponeret quae inter Lullum et monachos Fuldenses acta sint (c. 13. 14), Vitam Sturmi solum fontem habuit. Sed cum in hac Lullus vir ambitiosus, dominandi cupidus, nequam depictus esset, qui improbe ac foede omnia conatus sit, ut monachos Fuldenses potestati suae subiceret, Lampertus omnia quae in invidiam Lulli Eigil scripserat in eius favorem laudemque convertit, non nisi feroci Sturmi abbatis animo Fuldensium et Lulli lites ortas esse commentus, Lullum mansuetudine, benignitate, clementia, ut feroces monachorum animos placaret, conatum esse. Tum iis paucis quae de fundatione monasterii Hersfeldensis e Vita Sturmi et ex diplomatibus regis comperta habuit, multa coniectata et commenta admiscuit (c. 15. 16. 18. 19). Translationi S. Wigberti enarrandae (c. 17) Vita S. Wigberti ei praesto fuit. Sed ne ea quidem, quae in domestici huius sancti Vita tradita erant, adulterare verecundatus est Lampertus, ut gloriam sancti Lulli augeret. Cum enim in Vita*

1) *Quae quidem eum commentum esse mihi persuasum habeo, licet p.* 318, *n.* 2. *admiserim horum quaedam in monasterio Hersfeldensi tradita esse.*
2) *Sed cf. p.* 320, *n.* 2.

Wigberti relatum esset Albuinum episcopum Buraburgensem monitum esse, ut ossa Wigberti in monasterium Hersfeldense transferret, hic Lullo idem ter praeceptum esse ementitus est. Patet igitur iam, cur Vitam Wigberti omnibus monachis Hersfeldensibus lectitatam ac cognitam inter fontes suos non indicaverit, ne videlicet falsitatis ab eis argueretur, quod carmine illo composito postea ei contigit. Atque falsi reus Lampertus etiam in iis quae de Leoba (c. 20) scripsit deprehenditur. Minus culpae ei dare vellem, quod c. 6. dixit S. Bonifatium soli Lullo praecepisse, ut corpus Leobae Fuldae in ipsius sepulchro sepeliendum curaret, cum Ruodolfus in Vitae Leobae c. 17. eum Lullo et monachis Fuldensibus id mandasse scripserit. Sed is, ut monachos Fuldenses mandati S. Bonifatii neglecti argueret, callide ac perfide: Illud, *ait,* integra fide affirmaverim, quod in monasterium Fuldense delata sit nec tamen unum cum ossibus beati Bonifacii sepulchrum, sicut ipse edixerat, occupaverit, *quamvis legisset Vitae Leobae c. 21, quo Ruodolfus narrat Leobae corpus Fuldam translatam esse, exponit, cur fratres Fuldenses eam non in S. Bonifatii sepulchro sepelierint, veriti scilicet hoc aperire, retulit ossa eius ab Eigile abbate consentiente archiepiscopo Mogontino translata esse. Sane haud fideliter, haud pie Lampertum hoc fonte usum esse dicemus. Quae idem de obitu Albuini et Lulli episcoporum (c. 21) tradit num ipse commentus sit*[1]*, quod equidem opinor, an quaedam eorum in monasterio Hersfeldensi tradita fuerint, diiudicari nequit. In hoc capite Lampertus dixerat se miracula Lulli narraturum esse, sed cum vere relata narranda non haberet, lassatus fatigatusque, ut videtur, tot tantisque commentis, relatione primi miraculi incepta pennam ad tempus deposuit, quod codice autographo et codicibus ex hoc descriptis docemur.*

Paulo post vero, cum sermonem concepti libelli expoliret, Lampertus animadvertens se nihil fere de rebus publicis tempore Lulli gestis scripsisse, tribus additamentis de Karolo maiore domus, Pippino rege et fratre eius Karlomanno, Karolo Magno et fratre eius Karlomanno regibus libellum auxit, ad ea componenda adhibitis Einhardi Vita Karoli Magni et Reginonis Chronico[2]*. Bene notandum est, quo-*

1) *Quod quidem eo probabilius habebitur, quod Lampertus in clausula Vitae, ubi fontes suos enumeravit, minime dixit se quidquam ex traditione Hersfeldensi accepisse.* 2) *Hoc in usum ab eo vocatum esse ex iis quae de proeliis Karoli maioris domus et Sarracenorum retulit, praesertim ex numero interfectorum Sarracenorum adnotato (c. 3) elucet.*

modo his fontibus usus sit: Quae Regino de altera victoria Karoli Martelli dixerat, ille nimis temere in maius extulit[1]. *Tum vero legas attento animo additamentum capitis* 14. *Einhardus c.* 3. *paucis verbis caute ac verecunde simultatem inter Karlomannum et Karolum fratres ortam esse significaverat. Hoc loco lecto Lampertus longam narrationem commentus est, qua Karolo optimo, leni, benigno, strenuo opposuit Karlomannum ferocem, ambitiosum, inconsultum, hoc solum appetentem, ut fratrem potentiorem regno eiceret. Utroque loco collato iam perspicies, quam verax rerum gestarum scriptor Lampertus fuerit, qui hoc modo fontibus suis usus sit.*

Denique iam resumptis viribus etiam quatuor miracula adiecit, quae se narraturum esse c. 21. *pollicitus erat. Haec omnia quin ipse adinvenerit, nemo dubitabit. Primo enim narravit Gerhelmum monachum Hersfeldensem in translatione S. Lulli saxo vulneratum meritis S. Lulli efficientibus miraculose sanatum esse. At primo capite Miraculorum S. Wigberti Gerhelmus monachus Hersfeldensis meritis S. Wigberti efficientibus ex aquis Fuldae fluvii ereptus esse dicitur. Num credes duos Gerhelmos monachos Hersfeldenses, alterum medio saec. IX, alterum saec. X, miraculose servatos esse? Non facile. Lampertus Gerhelmi nomen ex Miraculis S. Wigberti improvide assumpsit. Postremo retulit Bisonem monachum Fuldensem S. Lullum blasphematum, ut tanti sceleris poenas solveret, in Fuldae fluvii aquis periclitatum, tum recognito peccato, sancto Lullo suppliciter invocato servatum esse, videlicet ut unus ipsorum Fuldensium monachorum, etiam Lamperti tempore Lulli memoriam* petulanti lingua insectantium *(c.* 21*), sanctitatem eius recognovisse ac vita sua servata probasse videatur. Hoc sane haud male excogitatum. Sed Lampertus prudentius ementiri, aliquid novi adinvenire, non tam incaute miraculum monachi ex aquis Fuldae fluvii erepti ex eodem primo capitulo Miraculorum S. Wigberti mutuari debuisset, ex quo nomen Gerhelmi modo assumpsit.*

En habes virum, qui ne cogitatione quidem unquam percepit, quid sit vere res gestas scribere. Non ignoro multa hagiographis indulgenda esse, non nescio multos sanctorum Vitas conscripsisse, quorum nihil praeter nomen compertum habebant. Sed hi plerumque simplicius piis cantilenis consuetis decantatis gloriam sanctorum suorum celebrare conati, non tanta calliditate ac versutia usi, non tanta audacia

1) *Cf. infra p.* 310, *n.* 4.

quae in aliis libellis ad rem legerant invertere ac pervertere ausi sunt. Aequum est etiam Lamperto multa condonare quae panegyristarum more in gloriam sancti sui adinvenit, vel conscius sibi veritatem excessisse, sed cur, quaeso, narrationem illam controversiae Karoli et Karlomanni regum commentus est, nisi raptus studio artem stili sui ostentandi, nisi delectatus contraposito, hic viro optimo, illic pessimo eleganter depicto? Admiror ingenium singulare illius temporis viri, qui perpauca et nimis abrupta, quae de sancto Lullo comperta habuit, tanta arte rebus rerumque causis coniectatis coniunxit, amplificavit, exornavit, modo piis laudibus, modo orationibus confictis, tanta subtilitate, tam fuso, tam eleganti sermone enarravit, ut libellum concinnum ac venustum, quem nemo sine delectatione leget, componeret, sed quantum studio eleganter enarrandi impensum, tantum veritati detractum esse nemo non videbit. Repetam oportet, quod iam olim dixeram: Si omnes fontes, quibus Lampertus ad Vitam Lulli componendam usus est, periissent, hic libellus maximi haberetur, multi multa vel omnia vera certaque esse crederent, quae in eo relata sunt, cum revera pleraque commenta eo contineantur. Ergo homo adprime litteratus, perfectus scriptor, sed levissimus historicus, scriptor rerum gestarum nullius auctoritatis, nullius fidei ex hoc examine evadit Lampertus.

Haec longius exponenda duxi, cum quia animadvertebam ea quae iam olim ad hanc rem spectantia attuleram[1] *ab iis etiam neglecta esse qui de fide Lamperti Annalibus danda nuper scripserunt, tum quia extrema parte Vitae Lulli inventa iam plura ac certiora hac de re dici potuerunt. Codice autographo et codicibus alterius recensionis iuvantibus quasi inducimur in cellam Lamperti, intuemur eum libellum concipientem, expolientem, amplificantem, abruptum perficientem ac discimus, quomodo hic libros suos elaboraverit.*

III. De libello de institutione Herveldensis ecclesiae.

Summe dolendum est, quod libellus de institutione Herveldensis ecclesiae integer ad nos non pervenerit, nam cum nova quaedam discamus, quae alibi Lampertus non scripsit, ex his etiam exiguis fragmentis, quae supersunt, et plura nova integro libello servato doceremur et cognosceremus, quo-

1) *'N. Archiv' IX, p.* 319.

modo diiudicandae sint quaedam narrationes Annalium eiusdem auctoris. Nam nonnulla in hoc libro Hartwigo abbati dedicato retulisse videtur, quae postea, cum simultas inter eum et hunc abbatem crevisset, cum abbas Heinrico regi, ipse rebellibus faveret, alia ratione narrasse iure credetur. Sed cum tres codices hunc libellum continentes etiam ineunte saeculo XVI. extitisse noverimus, nullus eorum servatus est. Sola habemus fragmenta, quae monachus Hamerslebensis a. 1513. ex eo excerpsit, quae continet codex Guelferbytanus Aug. 76. 30. fol., chart., f. 25—27'[1], primo ex eo edita ab I. I. Madero, Vetustas, sanctimonia, potestas atque maiestas . . . ducum Brunsvic. ac Lyneburg. (Helmstadii 1661) = Antiquitates Brunsvic. (Helmstadii 1661. et iterum editae ibid. 1678) I, p. 149—158; melius iterum edita a G. Waitz, SS. V, p. 136—141[2]. Quae codice iterum summa cum liberalitate collato a V. Cl. O. de Heinemann, praefecto bibliothecae Guelferbytanae, aliquantulo emendatiora exhibere possumus[3].

Monachus Hamerslebensis prologum[4] et initium prioris libri (usque ad p. 349, l. 1. nostrae editionis) integra descripsisse videtur. Nam in his partibus omnia concinna ac plana sunt, nihil desideratur, ubique ipsius Lamperti stilus, ipsius verba deprehenduntur. Abhinc ex prioris libri reliqua parte perpauca, ex altero libro, cuius exordium Lampertus ab obitu Heinrici III. sumpsit, et qui multo maioris nobis pretii esset quam prior liber, paucissima monachus Hamerslebensis excerpsit, cum in eodem codice Chronicon Gozecense et excerpta Annalium Pegaviensium, praemisso eis titulo libelli de fundatione coenobii Bigaugiensis, in quibus plura de rebus tempore Heinrici IV. gestis legi ipse adnotavit, excerpta quoque Ekkehardi Chronici describeret[5],

1) *Vide de hoc codice 'Archiv' XI, p.* 310—313. 2) *Ex hoc tomo recusa sunt a Migne, Patrol. Lat. CXLVI, col.* 1031 *sqq.* 3) *Orthographiam codicis, qui ubique fere* e *simplex pro* ae, *plerumque* ci *pro* ti *habet, in iis partibus, quibus verba Lamperti continentur, ad rationem ab eo usitatam reduximus. — Verba quae ipse monachus Hamerslebensis addidit, Georgium Waitz secutus, litteris inclinatis scripsi et uncis inclusi.* 4) *Sed cum omisisse patet inscriptionem, quae haec procul dubio verba continebat:* Domno Hartwigo patri *etc., cum in prologo auctor patrem alloquatur, cuius antea in excerptis nostris mentio non facta est.* 5) *Cf. SS. X, p.* 141. *XVI, p.* 233 *sq. VI, p.* 13. *Eum Annales Lamperti legisse, quod Wattenbach, 'DGQ.' ed.* 5. *II, p.* 92. *coniecit, vel etiam ex his quaedam in excerptis Inst. Herveld. adnotasse, quod falsissime F. Stolle, 'Hist. Jahrbuch' XIII, p.* 447. *contendit, nec patet neque omnino credi potest, cum nihil ex Annalibus sumptum inter excerpta*

cum etiam Lampertum falsitatis arguens in iis quae de Burchardo I. episcopo Halberstatensi retulit non multum auctoritatis narrationibus eius tribuisse videatur. Quomodo hic textum libelli prioris breviaverit, docemur tribus locis a Paulo Langio in Chronico Citizensi exscriptis, iam a Georgio Waitz editioni priori et infra p. 350—352. subnotatis. Etiam Wigandum Gerstenberger saec. XVI. in. hunc Lamperti libellum[1] legisse, sed perpauca ex eo, et quidem ex priore libro solo, sumpsisse, quae infra p. 350—352. adnotavi, ostendi 'N. Archiv' XIX, p. 173—176[2].

Nec monachus Hamerslebensis nec Gerstenberger compertum habuerunt nomen auctoris libelli, quem exscripserunt, sed duos locos eius Paulus Lang nomine Lamperti auctoris insignitos attulit, et chronicam monasterii sui Lampertum scripsisse testatur Iohannes Trithemius in Chronico Hirsaugiensi[3] et Annalibus Hirsaugiensibus[4]. Cum quidem Paulus Lang, discipulus eius, nomen auctoris a Trithemio discere potuerit, huic autem in tali re nulla fides danda sit, dubium haberi posset, num hi verum retulerint. Sed indole, stilo, ratione dicendi, ipsis rebus narratis evidentissime idem auctor deprehenditur libelli de instit. eccl. Herveld., qui Vitam Lulli et Annales composuit, sive Langius et Trithemius nomen eius in codice Instit. Herveld. legerint, sive nomine auctoris Annalium ab Erphesfurtensibus accepto illum libellum ab eodem auctore conscriptum esse recte coniecerint.

eius, quae codex Guelferbytanus continet (cf. 'Archiv' XI, p. 310—313), inveniatur, immo hos eum minime legisse apparet ex eo quod post Ekkehardi excerpta adnotaverit (cf. Leibnitii SS. R. Brunsvic. I, p. 710) f. 30': Puto Lambertus vocatur auctor, monachus Hersfeldensis, nobilis historiografus, sic illum nominat Ieronimus Emser in Vita Bennonis episcopi. Si tamen sit iste. Si enim legisset Lamperti Annales, cognovisset ex his locos ab Emsero allatos sumptos esse (cf. 'N. Archiv' XIX, p. 172), non ex Ekkehardi Chronico. 1) Quem vocavit 'Cronike von Hersfelt'. 2) Ad versus imaginibus abbatum Hersfeldensium in castello Eichen depictis subscriptos componendos, quos edidit Winkelmann, 'Warhafte Beschreibung der Fürstenthümer Hessen und Hersfeld' (Bremen 1690) p. 259 sqq., hunc libellum adhibitum esse non apparet. Series abbatum Hersfeldensium, quae legitur in codice Monacensi Lat. nr. 1211 (Teg. 218), saec. XVI in., f. 47. excerpta est ex excerptis Stephani Leopolder ex Lamperti Annalibus, quae bibliothecarius Tegernseensis in eodem codice (2a infra) descripsit. 3) Basileae 1559. p. 67 = Io. Trithemii opera ed. M. Freher (Francofurti 1601) II, p. 54: qui inter caetera ingenii sui opuscula monasterii chronicam, brevem quidem, sed non inutilem, composuit. 4) (S. Galli 1691) I, p. 202: qui inter caetera ingenii sui opuscula scripsit Chronicon monasterii sui Hirsfeldensis, breve quidem, sed non inutile. Cf. 'N. Archiv' XIX, p. 176—180.

Brevem hunc libellum fuisse Trithemius optimo sane iure dixit. Nam antiquiorem monasterii sui historiam Lampertus parum accurate, quin etiam levissime tractarit. Ipse quidem dixit[1] se de prioribus abbatibus usque ad Gozbertum (970—984) nihil litteris inditum reperisse, sed pauca quidem, praesertim quo tempore quisque monasterium rexerit, ex Annalibus Hersfeldensibus, quos postea in maiore libro exscripsit, cognoscere potuisset, alia lectis diplomatibus et cartis in archivo Hersfeldensi servatis, quorum nonnulla iam ad Vitam Lulli componendam adhibuerat, addidicisset. Sed ipse studio historici penitus carens atque alienus parum curabat antiqua tempora, solo studio rerum suo tempore gestarum, quo motus iam carmen illud deperditum composuerat, ad hunc libellum conscribendum incitatus est, ut ipse bis dixit[2], hoc sibi consilio potissimum proposito, ut calamitates, quibus monasterium suo tempore oppressum esse ipsi videbatur, exponeret. Itaque quae de monasterio Hersfeldensi fundato in Vita Lulli scripserat breviata repetivit, hoc ipso libello laudato[3], dein mera nomina succedentium sibi abbatum enumeravit, perpaucis additis de libris et ornamentis ab his acquisitis, quae etiam suo tempore exstantia vidit. Quae de Gozberto abbate deposito leguntur, ita repugnant veritati, ut dubius haerere possis, num ipse Lampertus tam insulsa scripserit, an monachus Hamerslebensis ea corruperit[4], sed equidem Wilhelmo Wattenbach assentior[5], qui monet tam parum diligentem Lampertum fuisse in rebus antiquis indagandis, ut facile tantam confusionem facere potuerit. Plura

1) Infra p. 347, l. 27—35; cf. prol., infra p. 345, l. 9—12. 2) Prol., infra p. 345, l. 12—14. et p. 348, l. 23—27. 3) Infra p. 347, l. 25. 26. Perperam neque ulla sana ratione nisus dixit F. Stolle, 'Hist. Jahrbuch' XIII, p. 447. monachum Hamerslebensem e Vita Lulli quaedam excerpsisse et iis quae ex Inst. Herveld. sumpserat inseruisse, neglectis iis quae iam G. Waitz, SS. V, p. 139, l. 21. recte dixerat, tum iis quae ipse 'N. Archiv' IX, p. 294 sq. 313 sq. et W. Wattenbach, 'DGQ.' ed. 5. II, p. 92. exposueramus. Rationi consonum atque perspicuum non solum est Lampertum suum librum ad enarrandam fundationem monasterii exscripsisse, sed etiam ipse in prologo (p. 343, l. 27 sqq.) Vitae Lulli verbis usus dixit se infra narraturum ea quae infra e Vita Lulli exscripta sunt. Et verba, quibus Vita Lulli l. l. citatur (Haec . . . libellus de vita sancti Lulli editus . . . explicat) ipsissimi sunt Lamperti, utpote qui iisdem verbis Vitam Wigberti laudaverit (c. 17. sicut editus de vita eius libellus indicat), mutuatus eos cum tot aliis a Sulp. Severo, qui Epist. I. habet: libelli mei, quem de vita beati viri Martini edidi. 4) Penitus reiciendum est quod W. de Giesebrecht, 'DKZ.' ed. 5. I, p. 847. proposuit, p. 349, l. 7. pro Ludolfo legendum esse Lothario, cum Ludolfus iam antea nominatus sit. 5) 'Geschichtschr. 2. Ausg.', Lambert p. XXVII, n. 2.

iam de sequentibus abbatibus tradidit, comperta, ut videtur, narratione monachorum natu maiorum. Wolfherii enim Vitas Godehardi eum legisse[1] *minime credo, cum nonnulla eorum quae de Bernhario et Godehardo abbatibus narrat cum illis non consentiant. Sed de dedicatione ecclesiae reaedificatae a.* 1040. *inscriptionem vel notitiam ex more conscriptam legisse videtur. Reliqua iam ipse praesens in monasterio vidit: quorum cum tam exiguas reliquias habeamus, tamen cognoscimus eum inter alia potissimum controversias de decimis cum episcopis Halberstatensi et Mogontinis habitas tractasse. Cum ab exeunte saec. X. reges sibi succedentes adnotaverit, eorum feliciter vel male gesta enarrare noluit, dicens se monasterii moeniis inclusum harum rerum minus gnarum*[2]. *Sed nescio an haec ideo potissimum praetermiserit, quod se aliter sentire de rebus publicis sciret quam Hartwigum abbatem*[3], *Heinrici IV. regis amicum, cui hunc librum dedicarit. Neque etiam facere potuit, quin Heinrici IV. gesta omnino omitteret, immo ex brevissimis libri II. excerptis elucere videtur eum plura hoc libro de regni negotiis quam de monasterio suo retulisse, Annonem, cuius nomen quater in paucis lineis occurrit, strenue rem publicam administrantem celebrasse, verius autem quam in Annalibus de hoc regis tutore retulisse*[4], *regem iuvenem levitatis et tyrannidis*[5] *— multo quidem cautius ac lenius quam in Annalibus — arguisse, magnopere doluisse, quod rex Annoni regni gubernacula eripuisset, ut iam elucere videatur Lampertum iam tunc eadem de rege sensisse, quae postea in Annalibus enunciavit, neque tamen in libro Hartwigo abbati dedicato hunc animi motum ostendere ausum esse.*

Iam F. Stolle[6] *et ego*[7] *ostendimus hunc libellum a.* 1074.

1) *Quod quidem censet S. Hirsch, 'Jahrb. Heinrich II.' I, p.* 363, *n.* 2. 2) *Infra p.* 348, *l.* 15 *sqq.* 3) *Hoc ideo credi posset, quod in Inst. Herveld. Heinricum III. imperatorem summis laudibus extulerit, cuius gesta in Annalibus infestiore animo narravit et de quo ibi acerbiora iudicia protulit (infra p.* 71*), sed ne ibi quidem in his constans; cf. p.* 135, *l.* 34. 4) *Cf. Meyer v. Knonau, 'Jahrb. Heinrich IV.' I, p.*288, *n.* 100. 5) *Nempe similem eum evasisse dixit Roboam regis, qui adolescentum consilio usus iugum gravius quam pater Salomon populo imponere minatus sit (*3. *Reg.* 12*). Conicere posses Lampertum iam hoc loco quasi occulte dicere voluisse, quod Ann. p.* 71. *dixit, etiam Heinricum III. ut Salomonem grave iugum principibus imposuisse.* 6) *'Hist. Jahrbuch' XIII, p.* 441—446. *Quae idem p.* 446 *sq. attulit, ut probaret loco saepe citato (p.* 354, *l.* 4. Cuius laudem *etc.) Annonem, non Hartwigum dictum esse, nullius momenti, immo perperam dicta sunt, cum non animadverterit his verbis monachum Hamerslebensem sententiam Lamperti, non ipsius, reddidisse.* 7) *'N. Archiv' XIX, p.* 377 *sq.*

paulo post pacem Gerstungensem factam (Febr. 2) perfectum esse, cum Lampertus in eius prologo se adhuc animo perturbatum commotumque ostendat damnis villis Hersfeldensibus Ian. 27 — Febr. 2. eiusdem anni ab exercitu regio illatis, cum dixerit abbatiam Hersfeldensem assentiri nolle suggestioni Saxonum ac Thuringorum rebellium, qui, ut ipse Ann. p. 159. retulit, a. 1073. Aug. abbati Hersfeldensi denuntiaverant, ut cum ipsis coniuraret, minati villas Hersfeldenses in Thuringia sitas depraedari[1], nisi in hoc consensisset, quod post a. 1074. scribi non potuisset; cum denique Ruthardi abbatis a. 1074, Iun. 9. defuncti obitus a monacho Hamerslebensi non adnotatus sit.

IV. De compositione et fontibus Annalium Lamperti.

Non tam certo diffiniri potest, quo tempore Lampertus Annales composuerit, quod quidem post Rudolfum regem electum (a. 1077, Mart. 15) factum esse patet. Inter omnes enim constat, quod facile est perspectu, uno ductu, uno tenore hoc opus conscriptum esse, cuius longe maxima pars eodem consilio concepta, disposita, perfecta sit. Quis dubitaret, quin ea quae Lampertus a. 1057. de principum Saxoniae coniuratione dixit, qui regi iuveni regnum eripere moliti sint, dum adhuc aetas oportuna iniuriae esset, cum credendum esset eum Roboam regi similem[2] patre gravius in eos saeviturum esse, post coniurationem principum Saxoniae a. 1073, immo post electionem Rudolfi regis scripta sint, quin ex eis quae multo post acta sunt hunc rerum statum sibi falsissime confinxerit, praesertim cum constet minime omnes principes Saxoniae, sed paucissimos tunc rebellionem molitos esse[3]. Apparet multo post a. 1073. scriptum esse quod dixit a. 1062 (infra p. 79) multorum malorum seminarium fuisse, quod Otto marchio promisisset de suis Thuringiae possessionibus decimas se daturum, cum Lampertus sibi inepte persuasisset, quaestionem decimarum Thuringicarum causam praecipuam fuisse rebellionis Saxonum et Thuringorum. Similes loci, quos multo post res gestas scriptos esse apparet, multi afferri possent[4], quorum non-

1) Quod etiam ex parte fecisse videntur, ut e prologo Inst. Herveld. (infra p. 344, l. 6—9) coniciendum est. 2) Hanc similitudinem assumo ex Inst. Herveld. 3) Cf. Meyer von Knonau l. l. I, p. 38 sq. 4) Ut quod a. 1059, p. 75. dictum est, epistolam papae usque inpresentiarum in cartario servari.

nullos iam W. de Giesebrecht[1] *recensuit. Nec dubitare licet, quin ea quae Lampertus de consilio principum Rudolfi regis eligendi iam a.* 1073. *capto (infra p.* 165 *sq.*[2] 168*) commentus est, quod regem a.* 1073. *elocutum esse dixit (infra p.* 167*), Rudolfum regni invadendi occasionem quaesivisse, post Rudolfi electionem scripta sint. Patet etiam ante Rudolfi obitum (a.* 1080, *Oct.* 15*) hunc librum confectum esse, cum nemo non sentiat Lampertum vivo Rudolfo scripsisse et speravisse huius regnum felix faustumque futurum esse. Et si creditur, quod iam non in dubium vocari potest, Lampertum hoc libro studuisse, ut probaret Rudolfum iusto iure ac merito regem electum esse, hoc mortuo tale consilium capi non potuisset; quin etiam hinc conici posset paulo post Rudolfi electionem auctorem ad hunc librum conscribendum aggressum esse. Et hoc quidem extrema narrationis verba suadere videntur, quibus papa principibus mandasse dicitur,* ut . . regno Francorum quaqua possint ratione moderentur, donec . . ipse venire et . . . quid utilitati . . . . expediat, . . decernere possit. *Non absone credi posset haec scripta esse, antequam papa omisso studio in Germaniam proficiscendi ibique reges diiudicandi e provincia Aemilia Romam reverteretur (a.* 1077, *Aug. Sept.), vel potius, antequam auctor eum Romam reversum esse sciret, eo sperante papam paulo post in Germaniam adventurum esse. Sed cum iure dubitari posset, num hoc amplum opus brevi spatio mensium Mart. — Oct. a.* 1077. *perfici potuisset, hoc tamen apparere videtur, illa verba non post alteram excommunicationem Heinrici regis (a.* 1080, *Mart.* 7*) scripta esse, qua rerum status ita immutatus est, ut papam in Germaniam adventurum esse nemo opinari posset. Constitutis igitur terminis (a.* 1077, *Mart.* — 1080, *Mart.), inter quos Annales perfectos esse patet, addam mihi persuasum esse, quod Lefarth p.* 22. *censuit*[3], *Lampertum iam a.* 1077. *ad eos conscribendos aggressum, aut hoc aut sequente anno eos ad finem adduxisse*[4].

1) *'DKZ.' ed.* 1. *III, p.* 1003. *et sqq. edd. Vide infra p.* 155, *l.* 27. 2) *Hunc locum Giesebrecht l. l. iam attulit.* 3) *Neque tamen argumentum eius approbo, Lampertum ante obitum Ebbonis episcopi* († 1078, *Maii* 5*), scripsisse, cum miserae mortis huius non mentionem fecerit.* 4) *Quod Giesebrecht l. l. monet, verbis a.* 1076, *infra p.* 271, *l.* 31. tractum tot annis bellum Saxonicum, *indicari Lampertum, cum haec scriberet, iam respexisse certamina regis et Saxonum a.* 1077. *et* 1078. *minime concedo. Sane haec tam a.* 1077, *cum bellum Saxonicum ab a.* 1073. *gestum esset, quam a.* 1078. *dici potuerunt, praesertim cum memineris Lampertum proclivem esse ad superlationes atque traiectiones.*

Studio rerum moderno tempore gestarum *accensus Lampertus hoc opus a. 1077, ut a. 1074. historiam monasterii sui, conscribendum suscepit. attamen ut illam a fundatione coenobii Hersfeldensis, hoc ab origine mundi exorsus est, nescio an id studens, ut chronici universalis forma libro indita aptius tutiusque proderet quae de rebus suo tempore gestis sentiret. Sed historiam antiquam levissime ut in libello de institutione Herveldensis ecclesiae tractarit. nam plerumque eum antiquius exemplar brevium Annalium Hersfeldensium, paucis mutatis, paucis additis, aliis etiam omissis, transscripsisse constat. Hoc primus G. Waitz perspexit et ex iisdem Annalibus multa in Annales Quedlinburgenses (Quedl. seu Q. in margine editionis infra signatos), Hildesheimenses (Hild. seu H.), Weissenburgenses transsumpta esse docuit ac de aliis fontibus cum his cognatione quadam cohaerentibus disseruit*[1]. *Postea inventis Annalibus Ottenburanis (Ott. seu O.) et Altahensibus (Alt. seu A.) ipse iterum*[2] *et multi alii in hos fontes eorumque cognationem inquisiverunt, praesertim Hermannus Lorenz*[3], *qui nonnulla quidem recte statuit, in quibusdam autem quaestionibus mihi errasse videtur*[4]. *Neque etiam iis quae alii his de quaestionibus proposuerunt hanc rem omnibus numeris absolutam esse arbitror. Quae mihi videntur, breviter expono, sperans fore, ut haec vera esse mox demonstrare possim. Paulo ante medium saec. X. exemplar brevium annalium in monasterio Fuldensi conscriptorum in coenobium Hersfeldense allatum est, quo-*

Nullius momenti est, quod A. Pannenborg, Carmen de b. Sax. p. V sq. affert, Lampertum iam res sequentibus post a. 1077. *gestas vidisse, cum in epilogo diceret:* si cui forte post nos ad describendam reliquam partem huius historiae manum mittere libuerit. *Nemo unquam censuit Lampertum res usque ad eum diem gestas enarrasse, quo pennam deposuerit, neque is historiam mundi hoc die finitam esse opinabatur. Ut Pannenborg suo modo iam certo certius demonstrare possit Annales multo post a.* 1077. *conscriptos esse, moneo Lampertum infra p.* 264, *l.* 22 *sq. eosdem versus Vulgatae (Rom.* 13, 4. *et* 1. *Petr.* 2, 13. 14*) adhibuisse, qui iam in Actis synodi Brixinensis a.* 1080, *Iun.* 25. *allati sunt, ut ille censere debeat Lampertum haec acta legisse.* 1) *'Archiv' VI, p.* 663—699. 2) *'Ueber die sogenannten Annales Ottenburani und die Annales Elwangenses' in 'Nachrichten von der Kgl. Ges. d. Wiss. zu Göttingen* 1866.*' p.* 299 — 308. 3) *'Die Annalen von Hersfeld'. Diss. Leipzig* 1885. 4) *Qui etiam hos annales restituere conatus est (p.* 83—105*), quod minus feliciter ei cessisse iudico. Nam nonnulla eis adscripsit, quae minime in eis fuisse credo, alia vitiose restituit, nimia ex aliis fontibus sumpta censuisse mihi videtur, e quorum numero Annales Corbeienses, Reginonis Chronicon eiusque continuationem delendos esse apud me constat.*

rum fontes fuerunt exemplar annalium antiquorum, quorum alia exemplaria sunt Annales Laureshamenses (Lauresh.)[1], Mosellani (Mos.)[2], Nazariani (Naz.)[3], tum Baedae Historia ecclesiastica eiusque appendix, chronicon Francorum Laurissense breve (Chr. Laur.) codicis Fuldensis[4], Annales Fuldenses antiquissimi[5], Annales Fuldenses qui dicuntur Enhardi seu Einhardi[6], fortasse etiam horum continuatio auctore Ruodolfo[7]. Alia cum Ann. Laurissensibus maioribus ita conveniunt, ut ex annalibus ex his excerptis exscripta esse videantur[8]. Horum Annalium Fuldensium vestigia reperiuntur etiam in Mariani Scotti Chronico[9] et in Mariani epitoma[10]. Hos igitur annales allatos monachus quidam Hersfeldensis coniunxit cum brevibus notulis in hoc coenobio conscriptis ac praefixit eis breviarium historiae ab origine mundi usque ad 702[11], compositum ex Isidori chronicis duobus, libro Etymologiarum V. inserto et maiore, Baedae chronicis duobus eiusque Hist. ecclesiastica. Tum hi congesti Annales Hersfeldenses continuati sunt a diversis monachis diversas notitias libello inferentibus usque ad a. 982. Ex hoc codice archetypo exemplar descriptum usque ad a. 973 — sive quod reliqua usque ad a. 982. nondum addita essent, ut opinor, seu quod is qui libellum transscripsit (Hildesheimensis) ea neglegeret, cum alia de rebus horum annorum conscripta haberet[12] — auctumque paucis notulis ac continuatum

1) SS. I, p. 22 sqq. 2) SS. XVI, p. 491 sqq. Ad hos duos annales exemplar in Hersfeld. exscriptum proxime accedit; semel tamen cum Nazar. magis concordat. Nota igitur, ubi hos annales (Mos., Lauresh., Naz.) in margine adscriptos invenis, non eos ipsos, sed exemplar eorum simillimum exscriptum esse. Duo loci ad exemplar annalium, cuius fragmentum dictum Chesnii superest (SS. I, p. 33 sq.), propius accedunt. 3) SS. I, p. 23 sqq. 4) 'Die kleine Lorscher Franken-Chronik' ed. G. Waitz in 'SB. d. Akad. d. Wiss. zu Berlin. Phil.-hist. Cl.' XIX (1882), p. 399 sqq. 5) SS. R. G., Ann. Fuld. p. 136 sqq. 6) Quae ex his fontibus sumpta sunt minoribus litteris exprimenda curavi. Ad alia adnotavi, quocum libello ea maxime concordent, cum ea ad certam originem certo reducere non possem. 7) Annalium Fuldensium tertiam partem exscriptam fuisse, quod H. Lorenz statuit, parum probabile videtur. 8) Sed moneo de multis locis non constare, num hi ex exemplari Fuldensi sumpta, an Hersfeldiae addita sint. 9) Hoc Lorenz p. 66 sqq. Georgium Waitz secutus recte statuit nec tamen bene probavit. 10) SS. XIII, p. 77. 11) Hoc Annalibus Hersfeld. praemissum fuisse patet ex eo, quod Annalibus Quedlinb. idem auctum ampliatumque praefixum est, et in Ann. Ottenbur. quoque (rectius chronico dicendo, quod exscripsi ex codice antiquo Maihingensi) haud pauca ex eodem sumpta leguntur coniuncta cum excerptis ex Pauli diaconi historiis. Hanc partem libelli Lampertus ad verbum descripsisse videtur, neque addens quidquam neque mutans. 12) Omnes in errorem inciderunt, ut codicem archetypum

usque ad a. 994. exscriptum est ab annalistis Hildesheimensi et Quedlinburgensi. Tum vero ex codice archetypo exemplar (usque ad a. 982) descriptum est, in quo nonnulla breviata et immutata sunt. Huius apographum auctum a monacho Hersfeldensi duabus notulis a. 983. 984. et uno loco e Vita Wigberti exscripto (ad a. 747) delatum est in monasterium Weissenburgense ibique cum annalibus huius loci descriptum[1]. In exemplari illo Hersfeldensi adiecta primo nota a. 983, postea subiuncta est continuatio, usque ad a. 1039. maximam partem ex Annalibus Hildesheimensibus maioribus, qui perierunt[2], desumpta, paucis notis Hersfeldensibus intermixtis. Eadem continuatione usque ad a. 1039 (?)[3], immutatis fortasse quibusdam, additis vel omissis, etiam codici archetypo adiecta, hic codex in monasterium Altahense delatus est, ibique ab annalista Altahensi exscriptus. Exemplar breviatum et iam usque ad a. 1039. deductum solum in monasterio Hersfeldensi remansit ibique etiam post a. 1040. nescio usque ad quem annum continuatus esse videtur[4]. Hoc exemplar Lampertus exscripsit, huius apographum usque ad a. 1075. minimum Hersfeldiae continuatum[5] in coenobium Hasungense portatum est ibique auctum et continuatum, ex quo demum excerpti sunt Annales Ottenburani[6].

Neque vero solum Annalium Hersfeldensium exemplar in priore parte Lamp. exscripsit, sed pauca quidem[7] ex Ann. Alta-

iam a. 973. desiisse crederent, ideoque in graves difficultates immerserunt, quas alii aliter, omnes falso tollere conati sunt. 1) Vide infra c. VII. 2) Ex Ann. Hild. maioribus, non ex his quos habemus Ann. Hild., haec exscripta esse ostenderunt H. Bresslau, 'N. Archiv' II, p. 541 sqq., Lorenz l. l. p. 37 sq. Sed Ann. Hild. maiorum prior pars a. 984—999. ex Ann. Hild. antiquis nostris, qui a. 994. desinunt, duabus coaevis manibus ab a. 995—999. continuati sunt, descripta erat. Itaque haec, cum eorum fontem habeamus, in Ann. Lamperti et Weissenburg. minoribus litteris exprimenda curavi. 3) Usque ad quem annum haec continuatio in codice illo descripta et ab annalista Altahensi exscripta sit, nimis quidem dubium est nec certo statui posse videtur. 4) Usque ad a. 1044. minimum, cum Lamp. et Ann. Ottenbur. usque ad hunc annum concordent, ut recte adnotavit E. Steindorff, 'Jahrb. Heinrich III.' I, p. 163, n. 3. Maxime notandum est Ann. Ottenbur. a. 1042: Rex Ungariam intrat usque ad Dravum fluvium, ubi Dravum sive a scriba Hasungensi sive ab Ottenburano corruptum est ex usque ad fluvium Raban, ut Lamp. habet infra p. 58, cum ille scriba hunc fluvium ignoraret. 5) Quibusdam notis etiam ex Lamperti operibus sumptis, ut opinor; cf. 'N. Archiv' XIX, p. 187, n. 1. 6) Etiam ad Ann. Yburgenses (Yb.), SS. XVI, p. 435 sq., et Prumienses brevissimos (P.), SS. XV, 2, p. 1292 sq., et Maurimonasterienses, SS. III, p. 152 sqq., quaedam ex Hersfeld. sumpta pervenerunt. 7) A. 741. 742. 751 (quae Lorenz p. 85. perperam Ann. Hersfeldensibus vindicavit). 974. 977. 978. 991. 994. 995. 996.

hensibus antiquis, qui perierunt, sumpsit, ut primus G. Waitz recte statuit[1]. Neque ubique ad verbum transscripsit Annales Hersfeldenses vel Altahenses, nonnusquam sermonem eorum rudiorem expolivit, nonnulla temere immutavit[2], multa omisit, perpauca etiam verba[3] addidit vel immutavit, quae lecto Reginonis Chronico didicit, sed, quamvis hoc chronicon in monasterio haberetur[4], antiquorum tamen temporum historiae tam parum studiosus erat, ut minime ex hoc libro breves annales suos ampliaret. Cum studeret, ut series archiepiscoporum Mogontinorum et abbatum Fuldensium Hersfeldensiumque integras exhiberet, de eorum nominibus et temporibus nonnumquam nimis temere coniectata scripsit[5].

Ab a. 1040—1068, pro qua parte Lampertus procul dubio Annalium Hersfeldensium continuatione brevi, nescio usque ad quem annum, usus est, ut supra p. XXXVIII. dixi, paulatim crescit rerum narratarum materia. Multa quidem, expeditiones regum, successiones episcoporum abbatumque in hac quoque parte breviter atque ieiune annalistarum more relata sunt, in qua saepe memoria lapsus rerum gestarum temporis ordinem pervertit ac turbavit. Sed iam his insertae longiores narrationes earum rerum 'modernarum', quarum studio auctor accensus est: videlicet Gotefridi II. ducis Lotharingiae et fratris eius Friderici[6], postea Stephani IX. papae, gesta, quorum cum perpauca vera memoria teneret, reliqua eadem arte qua in Vita Lulli componenda usus commentus est[7]: tum rebellio principum Saxoniae in regem

1) SS. V, p. 141, n. 34; 'Gött. Nachr.' 1866. p. 305. Quem secuti sunt E. Ehrenfeuchter, 'Die Annalen von Niederaltaich' p. 32 sqq., et Lorenz p. 46 sqq. Omnino refellendum ac reiciendum est, quod Fr. Kurze, 'Die Hersfelder und die grösseren Hildesheimer Jahrbücher', Progr. Stralsund 1892. proposuit, nulla sana ratione nisus, ex Ann. Hildesh. mai. sumpta esse quae Ann. Altah. et Lampertus inter a. 974. et 984. soli communia habent. 2) Cf. infra p. 20, n. 2. 24, n. 1. 30, n. 2. 3. 42, n. 1. 5. 44, n. 2. 46, n. 4—6. 3) Cf. infra p. 14, n. 3. 26, n. 6. 32, n. 2. 4) Cf. supra p. XXVII sq. Quaedam etiam aliunde sumpta addita sunt; cf. p. 20, n. 6. 36, n. 4. 38, n. 2. 46, n. 2. 50, n. 2. 54, n. 1. 4. Ad a. 845, p. 25 sq., notitiam quandam de reditibus decimarum in Thuringia exscripsisse videtur, similem ei, quam edidi infra p. 356. 5) Cf. p. 26, n. 3. 4. 28, n. 1. 2. 30, n. 4. 46, n. 7. 52, n. 2. 6) A. 1044—1046. 1050. 1051. 1053—1055. 1057. 1058. 7) Nullo modo facere possum, ut credam eum e fonte quodam Lotharingico ad has res narrandas quidquam hausisse, quod Steindorff l. l. II, p. 270, n. 3. 297. 303. contendit, ut a Lamperto horum commentorum culpam demoveret. Immo, si is fonte Lotharingico usus esset, neutiquam has fabulas, quas Steindorff optime diiudicarit, proferre potuisset. Qui cum Stephani papae obitum verbis flebilibus planxerit (a. 1057. 1058) ut mortes Meginheri abbatis

puerum cogitata[1], sed nece auctorum extincta (a. 1057): ipsius auctoris ingressus in monasterium, peregrinatio, laus Meginheri abbatis (a. 1058. 1059); huius abbatis controversia cum Burchardo episcopo Halberstatensi de decimis Fresonicis habita, misera mors episcopi inde secuta (a. 1059)[2]. Iam longioribus excursibus insertis studium auctoris accrescere cognoscimus. Sequitur relatio regis matri erepti (a. 1062) ita narrata, ut Annonis facinus quantum fieri potuit excusaretur; longa narratio pugnae militum Hildesheimensium et Fuldensium Goslariensis, rebellionis monachorum Fuldensium contra abbatem (a. 1063), in qua neque abbati nec monachis, aemulis gloriae S. Lulli, Lampertus pepercit[3]. Tum complurium annorum rebus gestis in unam relationem contractis exponitur, quomodo episcopi et principes regni abbatiis divitibus potiri conati sint (a. 1063), relatio commentorum plena, callide ita concepta, ut invidia rei in archiepiscopum Bremensem solum converteretur, ab Annone omnis culpa amoveretur. Longa narratio peregrinationis Hierosolymitanae episcoporum eleganter atque acriter descripta (a. 1065) in universum vera est[4], sed auctor in hac etiam phantasiae nimium indulsisse videtur. Haec excurrit in summas laudes Guntheri episcopi Babenbergensis defuncti, cuius iam supra (a. 1056) visio relata est, egregii sane viri, cuius laudes etiam alii praedicaverunt[5]. Fervidius ac malitiosius quam verius exposuit Lampertus ea quae sequuntur (a. 1066), Adalbertum archiepiscopum contra regis voluntatem e curia amotum, delectatus quam maxime hac calamitate archiepiscopi et regis, quod iam res publica administranda, quod quidem ipse non confessus est, ad Annonem redierit.

Ab a. 1069. accrescit ubertas narrationis continuae, augentur aeque commenta auctoris, huius anni relationem exorsi conficto pacto regis et archiepiscopi Mogontini; qui cum exultaverit, quod Anno a. 1071. exeunte summam imperii iterum obtinuisset, iustitia ac sapientia eius ferridissime praedicatis, ab a. 1073. demum, cum Anno e palatio ces-

sui, Annonis sui, Guntheri Babenbergensis, cum Friderico quondam necessitate quadam, quam ignoramus, coniunctus esse videtur. 1) Cf. supra p. XXXIV. 2) Nota etiam Willihelmi marchionis gesta in Ungaria successionemque fratris eius Ottonis longius narrata (a. 1061. 1062), quae ideo Lamp. memoria tenuit, quod hic archiepiscopum Mogontinum in controversia de decimis Thuringicis adiuvare coactus sit. 3) Quid veri, quid falsi in ea sit, ignoramus, cum nemo alius has res enarraverit. Sed eas Lampertus bene compertas habuisse iure censendus est. 4) Cf. p. 93, n. 6. 5) Cf. Ann. Altah. p. 71.

sisset, ad veram telam suam texendam aggreditur. Ab hoc momento in uberrimam et verbosissimam narrationem se effundit.

Evenit quod evenire solet. Elegantia atque ornatu orationis, ubertate narrationis, invectionibus vehementibus Lamperti in quosdam malos homines et in malos quosdam mores illius aetatis decepti viri eruditi per saecula hunc virum sapientissimum, veracissimum, aequissimum, rerum gestarum optime gnarum iudicaverunt, etiam nostro saeculo viri artis criticae callentes ut G. A. H. Stenzel[1], *L. F. Hesse*[2], *G. Waitz*[3] *eius laudes praedicaverunt. Primus H. Floto*[4] *ab horum iudicio consono discessit, tum docuit Leopoldus Ranke*[5] *Lampertum nec tam gnarum rerum ab eo narratarum nec tam aequum iustumque, ut eousque creditum esset, sed monachum angusti iudicii fuisse, eo consilio hoc opus conscripsisse, ut ostenderet iure meritoque, Heinrico rege reprobato, Rudolfum regem electum esse. Quam sententiam I. A. Lefarth*[6] *refellere noluit nec potuit, sed mitius de Lamperto iudicandum esse censuit, cum videret multa in Annalibus eius legi, quae credenda essent et credi deberent. Hoc quidem verum est nec negari potest, sed ille neglexit plurima ea, quae falsissime Lampertus narravit, quae commentus est. Hanc lacunam H. Delbrück explevit, qui egregia commentatione*[7] *triginta quatuor locis Annalium examinatis castigatisque ostendit Lampertum odio regis motum plurima callide in invidiam regis fautorumque eius veritatem excedentem convertisse, etiam falsi sibi conscium eum multa ementitum esse arguit.*

Vim huius examinis qui postea hanc rem tractaverunt reprimere non potuerunt, concesserunt quidem Lampertum permulta falsissime narrasse, in odium regis contra verum convertisse, immo plura etiam quam Delbrück castigaverat perperam relata ostenderunt, sed Lampertum conscium sibi fraudis mentitum esse negaverunt. Hanc fere sententiam

1) *'Gesch. Deutschlands unter den Fränkischen Kaisern' II, p.* 101 *sqq.* 2) *SS. V, p.* 143—147. 3) *'Zeitschrift f. Geschichtswissenschaft herausg. von Ad. Schmidt' II, p.* 105. 4) *'Kaiser Heinrich der Vierte u. sein Zeitalter' I. II. Stuttgart u. Hamburg* 1855. 1856, *qui quidem iudicium suum non comprehendit (cf. II, p. IV), sed multos locos destruxit.* 5) *'Zur Kritik fränkisch-deutscher Reichsannalisten' in 'Abhandl. d. Akad. d. Wiss. zu Berlin. Phil.-hist. Cl.'* 1855 = *'Sämmtl. Werke' LI. LII, p.* 125—149. 6) *'Lambert von Hersfeld. Ein Beitrag zu seiner Critik'. Diss. Götting. Düsseldorf* 1871. 7) *'Ueber die Glaubwürdigkeit Lamberts von Hersfeld'. Bonn* 1873.

E. Meyer[1] *tulit, cum acriter annales* 1069—1077. *destrinxisset, opinatus ipsum quidem multa ita narrasse, ut regem invidia oneraret, sed multa iam hoc consilio adulterata ab inimicis regis accepisse. Hoc autem iam falsum deprehenditur, cum Lampertum inter monachos regi fideles vixisse ostenderim. Nullius momenti sunt ea quae C. Querner*[2] *obiecit, ut hunc contra accusatores eius tueretur. Sed plurimum W. Ausfeld effecit, ut rectius iustiusque de Lamperti Annalibus iudicaretur, commentatione utilissima*[3], *qua docuit hunc studio atque ira raptum, quod abbatia sua controversia de decimis Thuringiae composita reditus quosdam perdidisset, insulsa insanaque de hac lite retulisse. Censuit igitur Lampertum rerum scriptorem minimae auctoritatis esse, sed negavit eum mentitum atque conscium sibi quae vere comperta habuit adulterasse. Iam antea ostendit Iar. Goll*[4] *optime eum in narratione rerum in conventu principum Triburiensi et Oppenheimensi pro veris commenta retulisse*[5]. *Et utiliora effecissent ii qui post hos de Lamperto disseruerunt, si singulas partes Annalium, eas praesertim, quae epistolis et cartis servatis facile diiudicari possunt, acute subtiliterque excussissent. Sed U. Fischer*[6], *cum in universum in Annales obiter inquisivisset, nihil profecit. Levia etiam pleraque sunt quae R. Kubo*[7] *de hac quaestione disseruit, qui tamen hoc novum (p.* 45 *sqq.) protulit, ad quod H. Bresslau animos discipulorum suorum adverterat, narrationes similium rerum Lamperti, ut coniurationum, conventuum principum, eadem ratione compositas dispositasque, quasi secundum idem exemplum elaboratas esse*[8]. *Eandem animadversionem longius evolvendam suscepit I. Dieffenbacher*[9], *quem etiam H. Bresslau monuerat, ut Vitam Lulli adhiberet ad Annalium fidem diiudicandam, sed quomodo hoc peragendum esset, minime*

1) *'Lambert von Hersfeld als Quelle zur Deutschen Geschichte in den Jahren* 1069—1077*'. Königsberg* 1877. 2) *'Zur Frage nach der Glaubwürdigkeit Lamberts von Hersfeld'. Diss. Bern. Zürich* 1878. 3) *'Lambert von Hersfeld und der Zehntstreit zwischen Mainz, Hersfeld und Thüringen'. Marburg* 1880. 4) *'Mitth. d. Inst. f. österr. Gesch.' II, p.* 391—399. 5) *Sed parvi pretii, quin etiam paene inania sunt quae I. de Pflugk-Harttung in 'N. Archiv' XIII, p.* 331—341. *disseruit.* 6) *'Die Glaubwürdigkeit des Lambert von Hersfeld'. Diss. Rostock* 1882. 7) *'Beiträge zur Kritik Lamberts von Hersfeld'. Diss. Halle a. S.* 1890. 8) *Sed quod inde concludere debuisset, non conclusit, immo inania protulit.* 9) *'Lambert von Hersfeld als Historiograph'. Diss. Heidelberg. Würzburg* 1890. *et 'Deutsche Zeitschrift f. Geschichtswissenschaft' VI, p.* 301—355. *In hac commentatione inter multa inania pauca recte observata inveniuntur.*

perspexit[1], illam partem quaestionis ita tractavit, ut appareat eum illam animadversionem non bene percepisse, opinatus ideo a Lamperto relata reicienda esse, quod is duobus locis eisdem fere verbis usus sit[2], quibus eadem fere referenda haberet, et quod nonnunquam antiquorum auctorum dicta, ab aliis allata, usurpaverit[3]. Cum plurima commenta Lamperti ab aliis deprehensa essent, ille haec a Lamperto adinventa esse, quod Delbrück dixerat, non concessit, sed exposuit haec auctorem male comperta habuisse, ideo haec 'elementa typica' — sit venia verbo — scripsisse. Numquid non mentitur qui quae nescit multis verbis enarrat, acsi ea bene comperta haberet, et in diversis commentis similibus verbis utitur? Haec extrema commentatio de fide Lamperto danda omnium levissima est.

Longum est omnes enumerare accusatores et tutores Lamperti[4]. Si legis libros, quos E. Steindorff et G. Meyer de Knonau de rebus gestis Heinrici III. et Heinrici IV. (vol. I. 1056—1069) composuerunt, facile deprehendes, quanta et quam falsa iam in annalibus 1040—1069. retulerit, sed ab hoc demum anno potissimum iram et commenta sua effudit. Breviter dicam, quid hac de re sentiam, cum alia

1) Repetivit plerumque quae ipse de fontibus et locis veterum auctorum in Vita Lulli repetitis exposueram, minime rationem, qua Lampertus hoc opus composuerit, perquisitam ad diiudicandos Annales adhibuit. 2) E. gr. quia Lamp. iisdem verbis retulit et Agnetem imperatricem et Gregorium papam de impudicitia falso suspectos esse, Dieffenbacher p. 95 sqq. insulse conclusit hos rumores non divulgatos, sed solum in monasterio Hersfeldensi exortos esse, ignorans etiam ab aliis eosdem rumores relatos esse, non explicans, quid innocentes monachos Hersfeldenses moverit, ut tales rumores adinvenirent. Etiam magis stupenda ac ridicula in hac commentatione leguntur, ut p. 93 sq., ubi exponit, quid Lamp. dicere voluerit dicto per calumniam. Puerilia etiam sunt quae is de sermone Lamperti dixit p. 122 sq. 3) Perperam etiam W. Rockrohr, 'Forschungen z. Deutschen Gesch.' XXV, p. 571 sq. ideo relationem Lamperti reiciendam esse censuit, quod in ea Livii locum imitatus sit. 4) Ut Th. Lindner, H. Mehmel, Ad. Vogeler, O. Grund, R. Wagemann. Inter tutores Lamperti praesertim nominandus est W. de Giesebrecht, qui, quamvis sententiam Leopoldi de Ranke approbaret, quod in prima editione libri sui dixerat (DKZ. III, p. 1003), se ab a. 1069. Lampertum praesertim secutum esse, per omnes sequentes editiones eheu! servavit. W. Wattenbach, qui in quinta editione libri sui celeberrimi (DGQ. II, p. 95 sqq.; cf. etiam eius commentationem in 'Allg. Deutsche Biographie' XVII, p. 548 sq. et 'Geschichtschr.' ed. 2. XLIII, p. V sq. XIII sqq.) indulgentius de Lamperto iudicaverat, in sexta editione mox proditura iam aliam sententiam feret. Inter accusatores Lamperti vehementissimos, sed minus aequos nominandus est W. Martens, 'Heinrich IV. u. Gregor VII.' Danzig 1887.

iam 'N. Archiv' XIX, p. 182—213. *exposuerim, alia mox propositurus sim*[5].

Lampertus ipse dixerat se moeniis monasterii inclusum parum comperta habere gesta regum et principum, ipse etiam dixit se reprehensum, quod falsa pro veris in carmine suo narraverit. Utrumque bene notandum, si Annales eius diiudicare vis. Illud enim haud dubie verum fuit. Attamen iste in Annalibus omnium rerum in re publica gestarum, secretissimorum etiam actorum magnatum optime gnarus videtur, scire se profitetur, quid in secretis colloquiis principum actum, quae arcana pacta rex et summi magnates inierint, quae rex et consiliarii eius secreto in camera palatii, quae principes Saxonum rebelles in occultis conciliabulis deliberaverint. Non facile credes monachum Hersfeldensem haec omnia vere comperta habuisse. Qui haud pauca de rebus in Italia gestis memoriae tradidit. Sed iis excussis invenies eum umbram quandam obscuram rerum vere gestarum, ut ita dicam, e longinquo vidisse, tamen audacter fuse copioseque narravit quae ignoravit. Qui permulta quidem de rebus apud Saxones gestis retulit, sed si perquiris, quae vere acta narraverit, omnia fere a Thuringis et apud eos gesta invenies, de Saxonibus paucissima vere relata esse. Non mirum in monacho, qui in abbatia Thuringiae vicina, quae in Thuringia permultas possessiones habebat, sub abbate regis amico vivebat. Revera paucissima de rebus inter regem et magnates, inter ipsos principes gestis comperta habebat, sed cum odio regis stimulatus pennam arriperet, ut regem iusto iure depositum esse ostenderet, nihil efficere, si haec omnia intacta reliquisset, sibi visus est. Itaque quae nescivit commentus est. Paucis rem absolvam. Ut in Vita Lulli motus studio gloriam huius archiepiscopi augendi plurima excogitavit, ita in Annalibus motus odio regis fautorumque eius et studio gloriam Annonis augendi plurima commentus est; ut in Vita Lulli raptus studio artem stili sui elegantiamque sermonis ostentandi multa confinxit ampliavitque quae ipsi ad hoc apta videbantur, ita in Annalibus innumera, minutas ac minimas res etiam, nonnunquam etiam, ubi neque odio nec favore alicuius movebatur, commentus est[2]*, ut eleganter ac concinne narraret, ut singula persecutus concitate ac fervide res gestas depingeret effingeretque, ut eximii rerum scriptoris nomen mereretur, homo constans, in Vita Lulli et in carmine et in Annalibus aeque vanus incertusque. Neque vero*

1) *'N. Archiv' XIX, fasc.* 3. 2) *Ut in longa narratione rerum Flandrensium a.* 1071, *p.* 121—125.

tanti ingenii fuit, ut haec omnia confingere posset, itaque nonnulla e libris quos legerat mutuatus est.

Titum Livium et Crispum Salustium[1] praeclarissimos rerum scriptores veneratus, hos aemulatus est, hos imitatus orationes personarum agentium confinxit, studuit, ut non solum more annalistarum illius temporis ieiune res gestas recenseret, sed ut causas rerum, consilia cogitationesque atque impulsus magnatum exponeret, ut eorum ingenia moresque describeret; horum inprimis scriptorum libris lectitatis orationem suam excoluit eorumque dictis sermonem ornavit, colloquia principum et proelia ipsi non visa descripsit. Sed prae ceteris Sulpicii Severi, imitatoris Sallustii, scriptis lectitatis, quem ad imitandum in Vita Lulli componenda ut omnes fere historiographi medii aevi sibi proposuit, eruditus est, cuius innumera dicta in libris eius inveniantur. Romanorum poetarum maxime Horatii carmina omnia et Terentii comoedias legit, tum Ovidii, Vergilii, Lucani verba in scriptis eius occurrunt[2]. Vulgatam et regulam S. Benedicti monachum paene memoria complexum, christianorum patrum, Hieronymi, Gregorii, Augustini, multos libros lectitasse non monendum est[3]. Etiam Ciceronis orationes et fortasse alios eiusdem libros legit, necnon Boetii Consolationis philosophiae vestigia apud eum deprehendi. Iordanis Gesta Getarum se legisse ipse dixit[4]. Alios libros ab eo lectos iam supra[5] recensuimus, inter quos Reginonis Chronicon, quo lecto motus est, ut cum aliud[6], tum omnium commentorum suorum celeberrimum componeret[7].

Si quidem viris quibusdam eruditis credimus, Lampertus etiam ad partem Annalium 1040—1077. componendum multos libros adhibuit. Hic[8] statuit eum Herimanni Chronico usum esse[9], ille — haud parcus — eum Annales Weissenburgenses et Anonymum Haserensem de episcopis Eichstetensibus et Annales Altahenses legisse coniecit[10], at

1) Vita Lulli c. 14, infra p. 327. Nota Lupum in Vitae Wigberti, patroni Hersfeldensium, prologo, SS. XV, 1, p. 38, Salustium Crispum Titumque Livium commemorasse. 2) Etiam Statii et Silii Italici carmina fortasse legit. 3) Quin Iohannis Cassiani Collationes, Vitas patrum, multas Vitas sanctorum, Pauli diaconi et Orosii historias, Eusebii-Rufini et Cassiodori historias ecclesiasticas, Isidori, Baedae aliorumque multorum libros legerit, nemo dubitabit. 4) Infra p. 130. 5) P. XXIV—XXVIII. 6) Infra p. 164, n. 2. 7) Infra p. 295, n. 2. 297, n. 2. 8) P. Frisch Schafnaburgensis, Comparatio critica Lamberti Schafnaburgensis annalium cum aliquot eiusdem aevi chronicis (Monachii 1830) p. 5. 9) Quod reiecit Lefarth p. 24. 10) W. de Giesebrecht, 'DKZ.' ed. 1. III, p. 1002, quod per omnes sequentes editiones constanter servavit. Cf. 'N. Archiv' XIX, p. 395.

libellos Weissenburgensem et Haserensem ei praesto fuisse iam Lefarth p. 24. recte negavit, Altahensem autem eum legisse tertius[1] *— perspicacissimus eruditorum — iam pro certo habuit. Sed cum constet Lampertum minime stupidum stolidumque fuisse, hanc opinionem ut discutiamus, non oportet. Quartus*[2] *a perspicaci tertio sibi persuaderi passus est Lampertum Carmen de bello Saxonico non modo legisse, sed diligenter in usum Annalium componendorum vocasse. Quod negamus. Praeter Annalium Hersfeldensium continuationem*[3] *Lampertus nullum librum, quem novimus, in hac parte adhibuit, sed epistolas nonnullas, ut litteras clericorum Treverensium de inventione sanctorum*[4]*, Gregorii VII. epistolam de rege excommunicatione absoluto*[5] *exscripsit; etiam alias epistolas Gregorii in Germaniam missas legisse videtur*[6]*; non dubito, quin regis et episcoporum litteras, quibus Hildebrandum a papatu remotum declaraverunt*[7]*, viderit; nescio an acta synodi Moguntinae a.* 1071[8], *an epistolam principum Saxoniae ad archiepiscopum Moguntinum*[9] *datam legerit. Etiam alias epistolas et acta publica, quae non habemus, in usum vocasse potest*[10].

Multa dici possent de indole, opinionibus, sermone Lamperti, sed satis superque in libellis laudatis his de rebus actum est. Fuit quidem optimae indolis, vir perfecte eruditus, sed angusti animi, monachus rerum publicarum et omnium saecularium parum gnarus. Aequum iudicium eius praedicavit L. F. Hesse, sed equidem difficile scriptorem medii aevi nominare possem, qui magis eo ira ac studio raptus esset[11].

1) *A. Pannenborg, 'Das Carmen de bello Sax.' p. 45 sq.* 2) *I. Dieffenbacher, 'D. Zeitschr. f. Geschichtswiss.' VI, p. 325 sqq.* 3) *Supra p. XXXVIII.* 4) *Infra p.* 136 *sq.* 5) *Reg. IV, 12; infra p. 291, n. 2—4.* 292—294. 6) *Infra p. 287, n. 3.* 7) *Infra p. 254, n. 2.* 8) *Cf. infra p. 129, n. 4.* 9) *Infra p. 148, n. 2.* 10) *De epistola Nicolai II. papae ad abbatem Hersfeldensem data vide infra p. 74. Privilegia imperatorum et pontificum Hersfeldensia commemoravit p. 143, inter quae eiusdem diplomatis Karoli M., quod in Vita Lulli adhibuit; supra p. XXV.* 11) *Quod ad probandum vel haec afferam: Minime improbavit, quod Anno suus* expulsis de Salefelt canonicis *monachos ibi instituerit (infra p. 132), sed acriter obiurgavit Herimannum Babenbergensem, quod clericis ex ecclesia S. Iacobi remotis monachos introduxerit (p. 203 sq.). Idem petulantibus verbis invectus est in archiepiscopum Moguntinum, quod is principes Thuringiae* nec canonice ad sinodum evocatos nec sinodali audientia . . discussos *excommunicaverit (infra p. 222), sed ut ipse (p. 201) retulit, archiepiscopus* eos qui sanctam sinodum turbaverant ad penitentiam sub episcopali banno evocavit. *Mentitus igitur est illo loco. Idemque (infra p. 191) Annonem Colonienses rebelles* episcopali banno ad satisfactionem *vocasse scribit, sed silentio texit eum cives qui effugerant iam sequenti die excommunicasse,*

Si omnia demis quae Lampertus commentus est, quae pervertit adulteravitque, quae in maius extulit depravavitque, restant tamen multa, quae bene comperta habuit, quae vere retulit, quae credenda sunt, ut ea quae de regis itineribus, quae de multis regni principibus memoriae tradidit, multa alia, quae enumerare longum est. Magni igitur pretii semper hic liber habebitur. Sed si regni summa negotia tempore belli Saxonici gesta, si ea quae inter regem et principes, inter principes ipsos acta sint, cognoscere vis, Lampertum extremo loco consules. Haec enim vere referre noluit nec potuit. Si quae a principibus Saxoniae gesta sint percipere vis, Brunonem adeas, harum rerum peritissimum, virum quidem regi infestissimum et qui studuit, ut omnia in invidiam regis converteret, neque tamen mendacem[1]*; si summa regni negotia, ut pacta inter regem et principes inita addiscere vis, post epistolas actaque nobis servata annalistam S. Blasii consulas oportet, virum quidem regi infestum, sed veritatis amantem, qui acta publica diligenter ac fideliter exscripsit.*

V. De codicibus manu scriptis et editionibus Annalium Lamperti.

Duo exstiterunt codices vetusti ac praestantissimi, ex quibus derivati sunt libri, quorum ope textus Annalium constituendus est, cum uterque perierit, videlicet:

A) codex fratrum Augustinensium Wittenbergensis optimus, perantiquus sane, quem iam saec. XI. scriptum fuisse arbitror. Quem cum Philippus Melanchthon ille celeberrimus invenisset[2]*, eum Secerio dedit, ut is exemplar eius*

quod non ignorarit. Immo (p. 196) Annonis constantiam laudavit, quod hic, rege id postulante, excommunicatos sine digna penitentiae *satisfactione absolvere noluerit. Mire aequus vir profecto!* 1) *Multo fide digniorem censeo Brunonem quam Lampertum. Culpae illi dederunt, quod facinora a rege commissa multis verbis narraverit. At ille haec procul dubio vera credidit. Lampertus quidem eadem non narravit, sed permultis locis ea commemoravit, praesertim p.* 162, *tum p.* 140. 152. 154. 165. 246. 252. 258. 277. 280. 281. 291. 293. 296. 302. *Num ea vera crediderit, ignoramus, sed apparet eum lectoribus persuadere voluisse, ut ea vera crederent, quin etiam nequissime fabulam commentus est, qua lectoribus persuadere voluit regem ipsum illorum scelerum reum se recognovisse (p.* 295—297*). Nusquam in Brunonis libro talia commenta invenies.* 2) *Facile fieri potuit, ut Martinus Luther frater Augustinensis Wittenbergensis in notitiam Melanchthonis hunc codicem pertulerit. Casus commemorandus sane, ut hic reformator ecclesiae primus auctor fuerit libri in publicum emittendi, quo primo potestas papae interminata, potestas etiam eius regem Romanorum excommunicandi a viro Teutonico probatur ac laudatur.*

descriptum Casparo Churrero professori Tubingensi adferret. Qui

A 1) *Annalium Lamperti editionem principem ex exemplari illo Tubingae* 1525. *apud Hulderichum Morhardum typis excudendam curarit*[1], *praemissis epistola Melanchthonis ad ipsum data*[2] *et ipsius epistola dedicatoria ad Wilhelmum et Georgium barones de Waltpurg V. Kal. Sept. anni* 1525. *data, in qua, cum codex Wittenbergensis nomen auctoris non praeberet:* Opus est, *inquit*, certe ipso genere quam venerandum. Eius author quidem, tot revolutis veterum monumentis, tum ipsius, facile extare non potest. Unum hoc liquet, Herveldensem fuisse. Cuius vita, studiaque tam est ut culpari possent, quam vel integerrimi cuiusque[3]. *Et is qui curante Secerio codicem Wittenbergensem*

1) *Hunc titulum prae se fert hic liber:* Quisquis es gloriae Germanicae et maiorum studiosus, hoc utare ceu magistro libello *(quo ineptior excogitari non potuisset. Sanius dixisset Churrerus: 'Quisquis cogniturus, quomodo primum gloria regni Germanici extabuerit, hoc utare libello').* Tubingae anno MDXXV. *Subscriptum libro est:* Excusum Tubingae apud Hulderichum Morhardum mense Augusto MDXXV. *Titulus columnarum est:* Historiae Germanorum. 2) *Quam integram exhibeo:* Philippus Melanchthon suo Chaspari Churrero bonas literas Tubingae in Suevis docenti S. Fecit mearum rerum varia iactatio, mi Chaspar, cur hactenus ad te nihil scripserim, tametsi semper animo tui memoriam circumferrem, et tanquam oculis nostris adsiduo obversareris. Neque enim fieri potuit, ut studium erga te meum temere benivolentiaque languesceret, quem tantopere dilexissem. Quam vellem officiis amplioribus voluntatem animi in te mei declarare potuissem. Scis enim hunc mihi morem esse, ut liberaliter et constanter amem. Tu vicissim, si non sinis nos ex animo tuo effluere, perquam amanter facis. Nescio enim qui fiat, ut usque adeo veteribus amicis sordeam, de tua voluntate nihil dubito, praesertim si in iis studiis ac literis es, quae nos ad benevolentiam, pietatem, fidem adhortantur. Reliquis libenter ignosco, qui in eiusmodi studiis versantur, ut mirum sit, non omnino, quemadmodum ille ait, vulturios fieri. Discedenti hinc Secerio mandaram, ut curaret historiam, cuius est in Augustinensium monachorum bibliotheca exemplum, describi. Nondum enim vidi a Germaniae scriptoribus eo argumento quidquam diligentius esse compositum, tametsi quaedam admiscuerit de privatis rebus indigna posterorum memoria. Eam rem totam tuae committo et fidei et prudentiae, si iudicaris dignam esse historiam editione, quaeso incumbas, ut illius praelis emendatissima mandetur, sin aliter videbitur, facile faciam, scriptum non elegantissimum interire. Vale ex Vuitttemberga. 3) *Initium epistolae hocce est:* Incidimus nuper, Generosissimi Barones, nescio an unquam in prudentius aliquot insignium rerum gestarum a nostris Germaniae maioribus scriptum, quorundam doctissimorum hominum literis perquam humaniter admoniti. *Ex reliquis haec tantum verba notanda sunt, quibus liber laudatur:* tam foelicissimi, tum rerum dignitate, tum orationis elegantia huius monumenti.

exscripsit et Churrerus egregie munere suo functi sunt, ille bonum codicis exemplar scripsit, hic cavit, ne coniecturas suas textui inferret[1], *etiam locos corruptos intactos reliquit*[2]. *In universum, neque tamen ubique, quidem verba more saec. XVI in. consueto scripta sunt*[3], *permultis locis eo modo procul dubio expressa, quo codex antiquus ea praebuit, cum aliis locis eadem in morem illius aevi mutata legantur*[4]. *Itaque codicis illius — qui quidem quod perierit*[5], *summe dolendum — satis bonum exemplar editio haec maximi habenda est, quippe quae multis locis sola veram lectionem praebeat, ubi alter codex antiquus, ex quo libri manuscripti omnes derivati sunt, vitiatam habuit, innumeris locis, quibus codices diversam lectionem praebent, doceat, utra recipienda sit. Editionis principis apographum continet*

*A*1*a) codex olim archivi regii, nunc bibliothecae regiae* Dresdensis *e* 31, *chart.* 4⁰, *saec. XVI ex.—XVII,* 120 *foliorum*[6]. *Quod ut ostenderem, saepe adnotari hunc codicem eadem menda habere atque A*1, *sed eius nova vitia, exceptis perpaucis locis, omisi, cum ea nullius momenti sint.*

G. H. Pertz b. m. quidem sibi persuaserat[7] *excerpta quaedam brevia ex Lamperti Annalibus, scripta a Stephano Leopolder monacho Wessobrunnensi, quae a.* 1871. *Monaci ei oblata erant, sive ex codice Wittenbergensi sive ex altero codice illi simillimo exscripta esse, sed 'N. Archiv' XIX, p.* 144 *sqq. ostendi ea potius ex editione principe sumpta esse ideoque omni pretio carere. Unde variam lectionem Stephani*

1) *Quod cum perpaucis locis factum esse conicere posses, ut p.* 69, *l.* 19 *(n.* m; *cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 163, *n.* 2*).* 80, *n.* l. 100, *n.* q. 132, *n.* e. 182, *n.* d. 192, *n.* f. 226, *n.* p. 237, *n.* g *(quo loco dubium est, num verbum quod habet A*1 *in textum recipiendum sit).* 278, *n.* n. 280, *n.* h, *duobus tantum locis certo constat, videlicet p.* 87, *l.* 8 *(cf. p.* 358*) et p.* 125, *n.* n, *et p.* 197, *n.* l. epilepsia *pro* epilempsi *falso correctum est.* 2) *Ut* quomodo *saepissime pro* quoniam. *Alia exempla vide p.* 187, *n.* p. 198, *n.* n. 3) *Exempla infra attuli.* 4) *Nomina multa integra immutataque ex codice recepta sunt. At diphthongus codicis* uo, ů, ő *ubique fere in* u *vel* o *mutata, sillaba* Liut- *ut ab omnibus fere recentibus scribis in* Luit- *corrupta est. Saepius quam in editione principe in personarum nominibus* -berdus *(ut* Heriberdus, Eggeberdus, Engilberdus *etc., quod quidem et ed. princeps nonnunquam praebet) in codice scriptum fuisse videtur, quod ibi inprimis fuisse puto, ubi editio contra antiquum morem habet* -berthus. *Ut ex editione principe et codicibus apparet, Lamp. modo* -bertus, *modo* -berdus *scripsit, atque utraeque hae nominum formae in cartis Hersfeldensibus et Fuldensibus eius temporis leguntur.* 5) *Georgius Waitz b. m. maximam curam, ut eum repperiret, frustra adhibuit; cf. SS. V, p.* 149, *n.* 67. *Eum periisse iam nunc certo constat.* 6) *Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 149 *sq.* 7) *Lamberti Annalium editio altera, quae inter SS. R. G. a.* 1874. *prodiit, p. XXVI.*

Leopolder, exceptis paucissimis locis, praetermisi, sola eius menda cum A1 communia adnotavi. Quae excerpta a. 702—1076. manu Stephani Leopolder scripta[1] exstant in eius

A2) codice nunc in bibliotheca regia Monacensi servato, Lat. nr. 1928 (Bav. 928), chart. 4°, a. 1527, p. 45—74[2]. Et ex hoc iterum descripta sunt a bibliothecario quodam Tegernseensi in

A2a) codice bibliothecae regiae Monacensis Lat. nr. 1211, chart. fol., a. 1528, f. 228—236[3].

B) littera significo codicem, qui periit, monasterii Montis S. Petri Erphesfurtensis perantiquum, aut saec. XI ex. aut saec. XII in. scriptum, bonae notae, sed tamen codice A inferiorem, cum plura menda quam A habuerit, haud paucis locis verba quaedam in eo omissa fuerint. Hunc codicem monasterii S. Petri Erphesfurtensis fuisse patet ex eo, quod in omnibus qui exstant Lamperti Annalium codicibus additamenta quaedam ad civitatem Erphesfurtensem et diocesim Moguntinam spectantia leguntur[4], quae codici B inserta fuisse elucet. Et in Monte S. Petri ex hoc codice compluria exemplaria Annalium Lamperti sive integrorum sive excerptorum transscripta sunt, ac primo codex, qui periit,

B1) quo signo indicamus consensum codicum sequentium B1a et B1b vel B1a, B1b, B1c iis locis, quos B1c praebet. Codex B1 praeter Lamperti Annales continuit continuationem eorum a. 1078—1181, cui titulum indidimus Annalium S. Petri Erphesfurtensium maiorum, et Cronicam S. Petri Erphesfurtensem modernam a. 31—1355, recentiore igitur aetate, fortasse demum saec. XV ex. exaratus fuisse videtur[5], descriptus aut ex ipso codice B, aut ex exemplari eius circa a. 1155. facto[6], de quo infra sub B2 dicemus. Quod tamen ex varia lectione horum codicum certo certius probari facile non potest. Codicis B1 apographum est

1) Ea commemoravit Leutner, Hist. Wessofont. p. 339. 2) Cf. Catal. codd. Lat. Monac. I, 1, p. 238. 3) Cf. 'N. Archiv' XIX, p. 149. 4) Ad a. (706). 718. 742. 755. (836. 858). 973. (1036). 5) Cf. quae hac de re exposui 'N. Archiv' XIX, p. 151 sq. In hoc codice iterum quaedam additamenta inserta erant, quae in omnibus eius exemplaribus recurrunt. 6) Quod quidem ex eo conici posset, quod continuatio Annalium Lamperti a. 1078—1154, quae in cod. B2 legitur (Annales S. Petri Erphesfurt. breves), in cod. B1 transscripta erat, congesta cum aliis annalibus. At etiam conicere posses hanc continuationem circa a. 1155. ipsi codici B postea additam esse. Et hoc magis suadere videtur varia lectio codicum B1. 2 collata cum excerptis codicum B3a. b.

B1a) codex bibliothecae universitatis W i r z i b u r g e n s i s *Chart. fol.* 129, *foliorum* 138, *olim, ut f.* 4. *manu saec. XVII. inscriptum est,* Monasterii S. Iacobi Scotorum Herbipoli[1], *duabus manibus circa a.* 1500. *exaratus, quarum prior f.* 4 —101. *longe maiorem partem Annalium Lamperti scripsit, bene munere suo functa, imitata more huius aevi litteras quas dicimus minusculas priorum saeculorum medii aevi, accurate eisdem plerumque compendiis usa, quae in codice ab ea exscripto exstabant, litteris inclinatis indicatis eis quae in illo postea addita erant*[2]. *Haec manus plerumque veterem orthographiam secuta, raro ex more saec. XVI in. verba scripsit, ubique* e *pro* ae *et* oe, *plerumque* ci *pro* ti *ponens. F.* 4. *Lamperti Annalibus titulus praescriptus est:* Chronicon Lamperti monachi Hirßfeldensis ordinis sancti Benedicti Moguntine diocesis, *qui, exordio ab origine mundi omisso, incipiunt ab a. DCCIII, numeris annorum omnibus, iis etiam, quibus nihil adscriptum est*[3], *minio exaratis. Altera manus litteris inclinatis usa, multo minus accurate, quin neglegentius etiam munere suo functa et multo magis quam prior recentem orthographiam secuta*[4], *scripsit f.* 101′—119′. *reliquam partem Annalium Lamperti*[5], *tum, post hos nullo intervallo facto, f.* 119′—129. *Annales S. Petri Erphesfurtenses maiores a.* 1078—1181, *denique f.* 129′—131′ *initium Cronicae S. Petri Erphesfurtensis modernae usque ad a.* 1086, *sententia abrupta in extremo folio* 131′. *desinens, foliis* 132 —138. *vacuis relictis.*

*Non ex ipso codice B*1, *sed ex apographo eius — quod patet collatis excerptis Hartmanni Schedel sub B*1c *commemoratis*[6] *— transscriptus est*

B1b) codex bibliothecae universitatis G o t t i n g e n s i s *Ms. hist.* 88, *chart. fol.*, 456 *foliorum, quorum f.* 1—380′. *una manu scripta sunt ineunte saec. XVI.*[7] *Nam f.* 361.

1) *Cf. 'Archiv' VII, p.* 455 *sq.; 'N. Archiv' XIX, p.* 152 *sq. Hunc codicem a Iohanne de Tritheim lectum esse verisimile est, ut ostendi ibidem p.* 177 *sq.* 2) *Quae in reliquis apographis cod. B*1 *non leguntur, ad a.* 796. 804. 820. 825. 3) *Qui etiam in A*1 *et B1b.* 2 *exstant, a nobis omissi sunt.* 4) *Haec iam raro* ę *pro* ae *scripsit.* 5) *Cf. infra p.* 266, *n.* m. 6) *Perpauca quidem menda B1b. c communia habent (vide infra p.* 117, *n.* p. 130, *n.* b. 241, *n.* g. 262, *n.* f, *ubi B1a veram lectionem praebet), sed cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 154—157. 7) *Qui codex fuit olim Petri Albini professoris Wittenbergensis, postea Andreae Erasmi a Seidell, deinde Semleri professoris Hallensis, denique liberi baronis de Plotho; cf. 'Archiv' VII, p.* 456 *sqq.; 'N. Archiv' XIX, p.* 153 *sq.*

post Chronicon Montis-sereni eadem manus adnotavit: Finit 1506. transfiguracionis Domini in vigilia. *F.* 1. *legitur notitia de civitate Erphesfurtensi fundata cum genealogia regum Merovingicorum, sequuntur f.* 1′—113. *Lamperti Annales, quibus titulus praescriptus est:* Cronica Lamperti Hirsaug abbatis[1]. *Foliis* 113—118. *vacuis relictis*[2], *sequuntur f.* 119—124. *Annales S. Petri Erphesfurtenses maiores a.* 1078—1181, *f.* 124—125. *breve chronicon a.* 31—1285. *Chronicae modernae praefixum, additis notis a.* 1350. 1392. 1482, *dehinc ipsa Cronica S. Petri Erphesfurtensis moderna a.* 1036—1355. *F.* 232′—236′. *vacuis relictis*[3], *sequuntur f.* 237—253′. *Chronicon Gozecense*[4], *f.* 257—361. *Chronicon Montis-sereni*[5], *f.* 361—380′. *historia brevis Thuringiae a Noe usque ad a.* 1454, *Albini manu usque ad a.* 1504. *continuata*[6]. *Hic etiam scriba quodammodo litteras minusculas priorum medii aevi saeculorum imitatus satis diligenter ornateque laborem susceptum exegit, ex exemplari, quod exscripsit*[7], *reviso multa postea correxit, nonnunquam, si qua minus perspicue scripta erant, iterum superscripsit, nominum formas antiquas bene servavit, ceterum multa verba secundum recentem orthographiam reddidit, sed semper* e *pro* ae *et* oe, *plerumque* ci *pro* ti *posuit*[8]. *Quae Albini aliaeve manus in marginibus adnotaverunt praetermisi, cum haec nullius momenti sint.*

*Ex eodem codicis B*1 *apographo, ex quo codex B*1*b transscriptus est, Hartmannus Schedel Nurenbergensis fragmenta Annalium Lamperti a.* 1041—1077[9], *S. Petri Erphesfurtensium, Cronicae S. Petri Erphesfurtensis modernae excerpta descripsit in*

*B*1*c) codice bibliothecae regiae* Monacensis *Lat. nr.* 593, *chart.* 4⁰, *a.* 1507, *f.* 115—139, *praefixa inscriptione.* Ex alio libro de historiis Thuringie*. *Quae, nullo spatio*

*) *In codice B*1c *his excerptis praecedunt f.* 113—114′. *alia brevissima excerpta ex eisdem Annalibus Lamperti, S. Petri*

1) Hirsaug abba, *quae evanuerant, recentiore manu restituta sunt. Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 170. 2) *F.* 114. *recenti manu* de Lamberti editionibus *adnotatum est.* 3) *F.* 233. *recenti manu adnotatum est* de supplemento Lamberti Schafnaburg. *(Pistoriano).* 4) *SS. X, p.* 141. 5) *SS. XXIII, p.* 137. 6) *Quae sequuntur alterius manus sunt.* 7) *In hoc etiam quaedam nova addita erant, quae in B*1a *non exstant.* 8) *Saepe praepositiones vocum compositarum ab iis separatas scripsit.* 9) *Quae desinunt verbo* fieret *(infra p.* 285, *l.* 16*) his additis:* Sic quievit cum rege Heinrico bellum Saxonicum.

intermisso, sequuntur f. 139—162. *excerpta Annalium S. Petri Erphesfurtensium maiorum a.* 1078—1175. *et Cronicae S. Petri*

Erphesfurt. maioribus, Cronica S. Petri moderna sumpta, quae Hartmannus Schedel, cum in civitate Erphesfurt moraretur, ex apographo illo codicis B 1, *ex quo B* 1*b transscriptum est, in Monte S. Petri servato, excerpsisse videtur. Ea enim H. Schedel in hoc codice descripsit ex altero codice sua ipsius manu a.* 1484—1489. *scripto, bibliothecae regiae Monacensis Lat. nr.* 901, *f.* 245, *et in utroque codice his excerptis inscriptio praemissa est:* Ex cronica Montis S. Petri Erffordie in libro spisso veteri, *praemissis in B* 1c *his etiam:* Collecta ex cronicis bibliotecarum in monasteriis celebratissimis provincie Thuringie. Et primo. *Unde patet eum codicem, ex quo H. Schedel maiora excerpta Lampertina codicis B* 1c *exscripsit, non fuisse illum librum spissum Montis S. Petri, sed procul dubio ex eodem derivatum. Quae excerpta a V. Cl. H. Simonsfeld ex codice signato nr.* 901. *exscripta, a me cum B* 1c *collata, hoc loco integra exhibui, cum ea ad cognoscendam affiliationem quam dicimus codicum Lamperti et monumentorum Erphesfurtensium faciant:*

DCCVI. Inicium monasterii S. Petri in Erphesfurt, quod construxit Tagebertus[a] rex Francorum in monte qui antea Merwigisburg vocabatur; sed ab ipso Tageberto[a] Mons S. Petri nunccupatus est. *Lamp. add. Erph.*

DCCCCXXXV. Magna synodus fuit in Erphesfurt. Eodem anno Heinricus rex obiit, cuius filius eius Otto successit. Deinde anno sequenti Otto rex fuit in Herolf. Eodem anno ecclesia s. Bonifacii exusta est. *Lamp.*

Item M°XXXVI. Edificatum est monasterium Scothorum[b] in Erphordia per dominum Waltherum de Glisberg, ibidem sepultus. *Lamp. add. Erph.*

MLXVII. Otto marchio Thuringorum obiit, gaudentibus admodum in morte eius omnibus Thuringis, eo quod ipse primus ex principibus Thuringorum decimas ex suis in Thuringia possessionibus dare consensisset et per hoc calamitatem maximam genti sue invexisse videretur. Marcham eius Egbertus patruelis regis suscepit. *Lamp.*

MLXXVIIII. Erphesfurt civitas incensa est ab exercitu regis Heinrici et ecclesia in Monte S. Petri et S. Severi et monasterium cum multitudine populi, que illuc intus fuit, que ibidem confugerat[1]. *Cr. mod. et A. S. P. mai.*

MLXXXV. Edificatum est monasterium Råynhardisborn a Luduico Saltatore. *A. S. P. mai.*

MCXLII. Monasterium S. Petri in Erphesfurt exustum est VII.[c] Idus Maii et maxima pars eiusdem loci et monasterium s. Severi. *ib.*

a) Tagobert. *B* 1c. b) Scotorum *B* 1c. c) *sic etiam B* 1c *in maioribus excerptis et Pist. pro* VIII.

1) *Coniuncta sunt hoc loco quae in Cron. S. Petri moderna et Ann. S. Petri maioribus hac de re habentur.*

modernae[1] *a.* 1079—1352. *Hartmannus Schedel nonnulla integra descripsit, nonnulla breviavit, contraxit, breviando immutavit. Mende eius et ea quae mutavit, quippe quae*

A. S. P. mai. MCLXXV. Erphesfurt civitas igne periclitatur V. Nonas Iulii.

cf. codd. $B1^{b.c}$, *Cr. mod.* 1392. Incepit universitas seu studium Erffordie.

MCIII. Burckhardus[a] abbas factus est in Erphesfurt. Ab ipso eodem anno fundata est basilica sanctorum apostolorum Petri et Pauli in monte eiusdem loci.

ib. Magna concertacio fuit in Erphesfurt IIII. Kal. Septembris inter cives et archiepiscopi milites; quidam enim occisi, multi utrimque vulnerati sunt. MCXLI.

ib. Deinde anno sequenti VII. Idus Maii civitas Erpesfurdensis[b] occulto Dei iudicio magna ex parte igne consumpta est. Monasteria quoque sancti Petri sanctique Severi cum aliis sanctorum ecclesiis igne consumpta sunt.

ib. MCXLIIII. Magna inundacio aque fuit in Erphesfurt VII. Kal. Iunii.

ib. 1147. Dedicatum est monasterium sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Erpfesfurt XVI. Kal. Iulii ab Henrico[c] archiepiscopo Moguntinensi[d] et Sigefrido episcopo Wirziburgensi[e], Ditmaro Fardensi, Gebehardo Eichstetensi, transactis XLIIII annis a fundacione eiusdem monasterii.

ib. Anno Domini $M^{o}C^{o}LIIII^{o}$. XII. Kal. Maii inventus est sanctus Adelarius et VII. Kal. Augusti S. Eobanus in monasterio sancte Marie virginis Erfordie.

MCLXXXIIII. Heinricus rex Poloniam iturus Erphordiam divertit, ubi Conradum Maguntinum[d] et Rudewigum[f] provincialem ob illatas episcopatui clades graviter inter se dissidentes invenit. Inter quos pacem reformare studens dum in cenaculo vallatus multis resideret, repente pavimento disrupto plures in cloacam subtus latitantem ceciderunt. Quorum aliqui vix educti, alii in sceno sunt suffocati. Ibi Fridericus comes de Abinberc, Hinricus comes Thuringie, Gozmarus comes Hassie, Fridericus comes de Kirchberch[g], Burckhardus[h] de Bartberc[i] et alii minoris nominis V. Kal. Augusti morte lamentabili interierunt.

In solo cod. B1c sequitur f. 114':

De eodem libro antiquo scripta.

Lamp. 1072. Anno Domini MLXXIII. vel circa. Clara et celebris valde his temporibus per Gallias erat memoria sancti Seboldi in Nŏrnberg et sancti Heimeradi in Hasengun, et magno populorum concursu quottidie frequentebantur[k] propter opitulaciones, que divinitus illic languentibus sepenumero conferebantur. Temporibus Heinrici tercii regis.

a) Burckardus $B1^c$. b) Erphurdensis $B1^c$. c) Heinrico $B1^c$. d) maguntiū $B1^c$. e) wirzibergensi $B1^c$. f) *sic uterque codex.* g) Kirchberck $B1^c$. h) Burchardus $B1^c$. i) barcberg $B1^c$. k) *sic* $B1^c$ *ut infra p.* 139, *n.* i $B1^b$.

1) *Inter utraque legitur notitia a.* 1392 *(supra l.* 6*), quae et in B1b occurrit. Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 154 *sqq.*

*nullius momenti sint, adnotare noluimus, eam tantum variam lectionem eius communicavi, quae cum aliis codicibus vel uno eorum convenit. Quae excerpta minoris quidem pretii sunt, tamen nonnumquam ad cognoscendam codicis B*1 *lectionem ideoque etiam paucis locis ad veram lectionem constituendam faciunt.*

Inter eos multos, qui Lamperti Annales post Churrerum ediderunt, solus Io. Pistorius in Rerum Germanicarum Scriptorum tomo I. (Francofurti 1583*) codice manuscripto usus est, quem fratrem germanum codicis B*1c *fuisse, non integros Lamperti Annales*[1]*, sed excerpta tantum, eadem fere, quae in B*1c *exstant*[2]*, necnon eadem excerpta ex Annalibus maioribus et Cronica moderna S. Petri Erphesfurtensibus, quae codex B*1c *praebet, continuisse elucet*[3]*. Cum vero excerpta Lampertina codicis B*1c *demum ab a.* 1041. *exordium sumant, Pistorius ex suo codice iam inde ab a.* 705. *additamenta Erphesfurtensia, quae aut codices B*1a. b *aut solus B*1b *praebent, inseruit*[4]*, unde excerpta eius codicis ab a.* 703. *incepisse coniciendum est. Cum igitur Hartmannus Schedel in subscriptione codicis*[5] *B*1c *dicat se iam antea codicem, eadem fere continentem, ut conici debet, scripsisse, quem Iohanni*

1) *Quod quidem Pistorii verba significare videntur:* ego Lambertum illis ex vetustissimo libro multis locis emendatum et huius appendicem *(excerpta ex Ann. S. Petri maioribus et Cron. moderna* 1078—1352*)* suppeditavi, quae in meo libro ab Erphesfordensi monacho comportata non indiligenter erat. 2) *Cum enim B*1c *locus (infra p.* 100*) de successione Adalberonis omissus esset, eo loco, quo de morte eius relatum est (infra p.* 117*), ex priore loco omisso quaedam verba inserta sunt, quae et Pist. inseruit (v. p.* 117, *n.* **). Item cum omnia in B*1c *omissa essent, quae de rege a.* 1071. *Leodii morato p.* 120, *l.* 28 — 125, *l.* 20. *leguntur, sequenti loco de fratribus Stabulensibus Leodium advenientibus et in B*1c *et a Pist. praemissum est:* Cum Heinricus imperator Leodium venisset, *unde Pistorius eadem tantum excerpta habuisse deprehenditur.* 3) *Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 155 *sq.* 4) *Semel etiam additamentum, quod solus codex B*2 *praebet, exhibet, infra p.* 24, *n.* *, *ubi (l.* 25*) pro* P. h. l. *per errorem scripto legendum est:* P. ad a. 836. 5) *Quam C. Wenck, 'Die Entstehung der Reinhardsbrunner Geschichtsbücher' p.* 115. *exhibuit: F.* 219: Historia Thuringorum sive Cronica antiqua Thuringie, quantum habere potui, feliciter finem habet ad laudem Dei. Si nova historia de modernis principibus, lantgraviis Thuringie ac ducibus Saxonie, ad manus perveniret, huic addenda esset. et opus magis completum fieret. Perscripsi autem ego Hartmannus Schedel Nurenbergensis, artium ac utriusque medicinae doctor, hanc historiam anno Domini 1507. in Nůremberga iterato. Nam historiam prius per me scriptam Iohannes abbas Spanhemensis sub bona fide ex bibliotheca mea recepit, ut eam in tribus mensibus remittere vellet, nunc in quinquennio nondum restituit etc. Ideo istam denuo collegi.

de Tritheim commodatum non recepisset, hunc librum (B 1*d) Pistorii fuisse satis probabile est*[1]. *Porro cum H. Schedel eadem fere excerpta, quae in codice antea exarato, sed e manibus suis elapso, postea rescribere posset, haec in schedis inconditis collecta habuisse videtur, quas ergo ex apographo eodem codicis B*1, *ex quo B*1*b transscriptus est, eum descripsisse statuendum est. Pistorii lectionis variae eam quae quantulicumque momenti videbatur littera P. signatam adnotavi.*

*Ex eodem codice, ex quo B*1*b transscriptus est, vel ex eius apographo sumpsit etiam Andreas abbas S. Michaelis Bambergensis (a.* 1483—1502*) excerpta sua Annalium Lamperti, quae quatuor libris suis inseruit, videlicet*

*B*1*e) Catalogo pontificum Bambergensium et Catalogo abbatum S. Michaelis, qui habentur in codice Bambergensi Ms. hist.* 2 *(RB. Re. II,* 11*b), membr., folii maximi, scripto paulo post a.* 1487. *a Nonnoso capellano Andreae abbatis, in cuius f.* 75. *in Catalogo abbatum locus de Meginwardo abbate (infra p.* 127, *l.* 6—129, *l.* 3*), f.* 30′. *in Catalogo episcoporum longa narratio de Herimanno episcopo deposito (infra p.* 203, *l.* 1—210, *l.* 12*) transscripti sunt*[2].

*B*1*ee) Catalogo pontificum Bambergensium, qui exstat in codice Bambergensi Ms. hist. perg.* 1 *(RB. Re. II,* 11*), membr., folii maximi, scripto a.* 1494. *ab eodem Nonnoso, quem supra dixi; in cuius f.* 11′. *solus alter locus de Herimanno episcopo, cod. B*1*e iam adhibito, sed collatis etiam, ut videtur, Andreae excerptis autographis, descriptus legitur. Idemque locus solus exstat in*

*B*1*eee) Catalogi pontificum Bambergensium tertia breviata recensione, quae habetur in codice Bambergensi Ms. hist.* 134 *(RB* 9. *Rf. II,* 11*), chart.* 8°, *a.* 1497. *adhibitis codicibus B*1*e et B*1*ee exarato.*

*B*1*e*) Libro suo de viris illustribus ordinis S. Benedicti, qui exstat in codice Bambergensi E. III.* 9, *membr., folii maximi, saec. XV ex. scripto*[3], *Andreas abbas duos alios locos Annalium Lamperti inseruit, videlicet f.* 184′. *eum de Meginhero abbate Hersfeldensi (infra p.* 75, *l.* 22—76, *l.* 28*), f.* 181—182′. *longam narrationem de Widerado*

1) *Ex suo codice edidit Pistorius etiam duas historias landgraviorum Thuringiae, quarum prior et maior etiam in B*1*c continetur. Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 156. 2) *De codicibus B*1*e. B*1*ee. B*1*eee vide SS. XV,* 2, *p.* 1152 *sqq.* 1032 *sq.; P. Wittmann in 'Hist. Jahrbuch' I, p.* 413 *sqq.* 3) *De quo vide 'Archiv' XI, p.* 421 *sqq.; SS. XV,* 1, *p.* 64 *sq.* 120. 153.

abbate Fuldensi et de clade Goslariensi (infra p. 81, *l.* 9—25; *p.* 82, *l.* 7—87, *l.* 41*).*

Cum excerptorum Andreae in his quatuor codicibus variam lectionem infra non adnotavissem, hoc loco ea saltem suppleri, quae cum alio quodam codice nobis servato conveniunt[2], *cum variam lectionem codicum B* 1e. 1*ee.* 1*eee a V. Cl. H. Bloch, eam codicis B* 1*e* a V. Cl. Vehck summa cum liberalitate exscriptam iam haberem. Ea quae Andreas solus vitiose scripsit vel mutavit, orthographica etiam quaedam cum aliis libris convenientia omisi, cum haec nullius sint momenti, nullius pretii. Ex his, quae adnotavi, apparet, id quod supra dixi, Andream codice ex B* 1 *transscripto, fratre germano codicis B* 1*b, usum esse. Ex eodem etiam codice Andreas abbas nomen Lamperti, quod in inscriptionibus codicum B* 1*a. b legitur, didicisse deprehenditur, cum in cod. B* 1*e* de Meginhero scripserit:* Is, ut Lampertus in sua cronica testatur, cum Burckardo *etc. (ut p.* 75, *l.* 27 *sqq.). Cum vero in codicibus B* 1*e.* 1*ee loco de Herimanno episcopo haec inscripserit:* Ea que sequuntur de *(*isto *addit* 1*ee)* Herimanno episcopo in *(*ex 1*ee)* cronica Lamperti abbatis Hasungensis monasterii *(*mon. *om.* 1*ee)* scripta reperi, *verba* abbatis Hasungen *ex eadem corrupta inscriptione, quam B* 1*b praebet* (Lamperti quondam

1) *P.* 76, *l.* 3 *(n.* a*)* inter *B* 1*e* ut B* 1*b; l.* 12 *(n.* c*)* presciderent *B* 1*e* ut B* 2. *P.* 81, *l.* 14 *(n.* g*)* deinde *B* 1*e* ut B* 1*b.* 2; *l.* 16 *(n.* i*)* non *add. B* 1*e* ut B* 1. *P.* 82, *l.* 17 *(n.* h*)* perturbant *B* 1*e* ut B* 1. *P.* 83, *l.* 34 *(n.* n*)* monachi *B* 1*e* ut B* 1. 2. *P.* 84, *l.* 22 *(n.* g*)* cottidie *B* 1*e* ut B* 1. *P.* 85, *l.* 19 *(n.* i*)* quassatum *B* 1*e* ut B* 1*b; l.* 23 *(n.* l*)* quique *B* 1*e* ut B* 1; *l.* 35 *(n.* s*)* a iure *B* 1*e* ut B* 1*b. P.* 86, *l.* 16 *(n.* i*)* potenciam *B* 1*e* ut B* 1; *l.* 19 *(n.* m*)* corroborarent *B* 1*e* ut B* 1. 2; *l.* 28 *(n.* p*)* audiendum *B* 1*e* ut B* 1*b. P.* 87, *l.* 8 publico *recte ut B* 1. 2 *(cf. p.* 358*)*; *l.* 9. 10 *(n.* d*)* quique *ut B* 1; *l.* 18 *(n.* e*)* quam *ut B* 1*b. P.* 127, *l.* 15 *(n.* c*)* Rupertus *B* 1*e ut B* 2; *l.* 28 *(n.* i*)* obtin. *B* 1*e ut B* 1; *l.* 30 *(n.* k*)* regine *(corr.* regi ne*)* id faceret *B* 1*e (cf. B* 1*b). P.* 128, *l.* 1 *(n.* a*)* sathane *B* 1*e ut B* 1. 2; *l.* 34 *(n.* k*)* sors *ut B* 1*a.* 2. *P.* 203, *l.* 2 *(n.* a*)* Hermannus *B* 1*e.* 1*ee.* 1*eee ut B* 2; *l.* 3 *(n.* b*)* honore *B* 1*eee ut B* 2; *l.* 11 *(n.* d*)* Egwerto *alia manu corr.* Egilberto *B* 1*e*, Egilberto *B* 1*ee.* 1*eee*; *l.* 18 *(n.* g*)* lye *B* 1*eee ut B* 2; *l.* 26 *(n.* l*)* adorsi *B* 1*e.* 1*ee.* 1*eee ut B* 1. 2. *P.* 204, *l.* 6 *(n.* d*)* abomin. *B* 1*e* 1*ee.* 1*eee ut A* 1; *l.* 10 *(n.* e*)* ymmol. *B* 1*e.* 1*ee.* 1*eee ut B* 1*b.* 2; *l.* 15 *(n.* f*)* abscind. *B* 1*eee ut B* 1*b.* 2; *l.* 28 *(n.* i*)* opis (operis) *B* 1*e.* 1*ee.* 1*eee ut B* 1*a. P.* 205, *l.* 25 sathane *B* 1*ee.* 1*eee ut B* 1*b.* 2. *P.* 206, *l.* 8 *(n.* c*)* ad *B* 1*e.* 1*ee.* 1*eee. P.* 207, *l.* 12 *(n.* c*)* omnino *B* 1*eee ut B* 1*b; l.* 23 *(n.* f*)* acquir. *B* 1*e.* 1*ee.* 1*eee ut B* 1*a.* 2. *P.* 208, *l.* 17 mitigare *B* 1*e.* 1*ee ut B* 1*b (corr.* mitigari *B* 1*ee). P.* 209, *l.* 1 *(n.* a*)* omnino *B* 1*eee ut B* 1*b.* 2; *l.* 15 *(n.* c*)* primum *om. B* 1*e.* 1*ee.* 1*eee ut B* 1*b.*

Hirsaug. abbatis)[1], *orta esse videntur, cum satis constet Lampertum abbatem Hasungensem non fuisse*[2].

Cum igitur praedicti codices omnes ex exemplari B 1 *originem sumpserint, maximi momenti est, quod libros habeamus sive ex ipso codice B sive ex altero eius apographo descriptos, quorum integros Annales Lamperti solus continet codex*

B2) D r e s d e n s i s bibliothecae regiae I 50, *olim Academiae Lipsiensis, postea archivi regii Dresdensis, chart. fol.,* 92 *foliorum, saec. XVI in.*[3] *duabus manibus exaratus, quarum prior docti scribae f.* 1—65. *maiorem partem Annalium Lamperti, altera f.* 65—92. *reliquam partem eorum et continuationem a.* 1078—1154. *scripsit, et quidem prior manus foede ac minus accurate, litteris inclinatis usa, neque orthographia nec nominum formis antiquioris codicis plerumque servatis, altera et nitidius et multo accuratius, nominum formis et orthographia antiquioris codicis religiosius retentis. Pauca, quae alter scriba legere nequiverat vel corruperat, prior supplevit vel correxit. Hunc codicem non ex ipso codice B, sed ex apographo eius*[4] *vel potius apographi apographo descriptum esse patet.*

Sed ex ipso codice B excerpta sunt fragmenta, quae continent duo codices in monasterio S. Petri Erphesfurtensi scripti, videlicet

1) *Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 170. 429 *sq.* 2) *In monte Hasungensi a.* 1074. *a Sigefrido archiepiscopo Moguntino coenobium canonicorum, qui ordinem Cluniacensem sequebantur et a praeposito regebantur, conditum est (cf. Sigefridi cartam, Böhmer-Will, Reg. archiep. Magunt. I, p.* 202 *sq., nr.* 107*). In huius cartae altero exemplari legitur:* hunc ordinem abbate Lamberto praeduce consecuti sumus, *in altero:* hunc ordinem Lamperto praeduce consecuti sunt. *Sive haec, sive illa lectio vera sit, sive archiepiscopus, sive canonici Lamperto praeduce ordinem Cluniacensem consecuti sint, patet hunc Lampertum abbatem cuiusdam monasterii congregationis Cluniacensis fuisse nec misceri posse cum nostro Lamperto, quem etiam a.* 1078. *monachum Hersfeldensem fuisse constet, qui etiam tunc regulam S. Benedicti antiquam et simplicem novis institutis monachorum se praeferre ipse dixerit (infra p.* 133*). A.* 1081. *Sigefridus in monasterio Hasungensi monachos Hirsaugienses collocavit, quibus Giselbertus abbas praefectus est, a.* 1085. *a Wezilone archiepiscopo eiectus. (Sigefridi carta, Böhmer-Will I, p.* 215, *nr.* 152*; Ann. Ottenbur. a.* 1081, *SS. V, p.* 7*; Hist. Hirsaug., SS. XIV, p.* 263*; Vita Willihelmi abb. Hirsaug. c.* 16, *SS. XII, p.* 217*). Cf. Schlereth in 'Zeitschr. f. Hess. Gesch.' III, p.* 142 *sq.* 3) *Qui codex compactus est cum libro typis excuso, cui inscribitur:* Roberti Gaguini ordinis S. Trinitatis ministri generalis de origine et gestis Francorum perutile compendium. Lugduni 1497. *Cf. 'Archiv' VI, p.* 224*; 'N. Archiv' XIX, p.* 157 *sq.* 4) *Fortasse ex eo quod circa a.* 1155. *descriptum esse supra p.* L, *l.* 31. *conieci.*

c̄fluere cepisset. hq̄ueddiā c̄tenderēt. Saxones co
c̄statā. arbitrātes id q res exigebat nich s dence
partes cohibendā. s; reuelata facie bellū public
sent gentes 7 regna adūsus regē c̄tarent. Itū
qq; libtate & frequtib; c̄tumelis qb lacessita
c̄uentu habito i loco q dr tritebure. u legatione
acclamatoib excepta ē. Nec mora usiur; andū
necessitatē. 7 ido comune picuū. comunē
p comuni utilitate dimicaturos. Denunciant
thuringia p̄dioꝝ aliq habent. ut ad ferendū ge
bona eoꝝ ptim omīa direpturos. Legati etiā regi
societatē respuerent. S; cū gtiu c̄tumelia s repul
tā moderatio ppt ius gentiū q legati se deferen
i comunē sententiā c̄cedere urgebant. nec pri
nichil se adūsū eos armis aut c̄silio moliturū. Ig
expugnanda castella eꝰ uertꝰ. Conglobata mag
seder. paucisq; dieb; ui 7 armis oppugnatū cepe
admouer. Interea rex uidens c̄iuratione magi
castelloꝝ suoꝝ. q alia iā capta. alia sūmo molim
nes 7 thuringos c̄uenirent. agerentq; cū eis. u
recederent. Illi q̄q̄m laborē hc irritū cessurū haut
statiq; missis legati mandauer pncipib saxonię. ut
colloqū occurrerent. Hoc anno pexortū bellū
gaudentib thuringis qd occasionē inuenissent
q dū decimi imoderati ixigere. pene regn
Mogont 7 Colon archiepi die statuta corbeia
saxones q ibidē occrerant. ut ab oppugnatōe
responder. Preterea uehemt eos obiurgarē. q dū
audaciā arripuissent. 7 s maximā c̄omoditate si
peribent i dolo illuderent. se i eū locū pgresso

elusis custodib⁹ suis rex clam ẏ regni partes aufugisset. uehement s
.aut remissi habendū. nec reste hanc ut hacten⁹ int domestico
hoste publico gerendū. ideoq; s expedire. ut quicumq; pos
simul eṫ ad thuringos auxiliū petere ⁊ rogare. ut ipsi p sua
atate. arma sumere n̄ pigritarent. Thuringi celeberrimo
onū audier. pmptissime assensi s. nec ulla unq̄ legatio letiorib⁹
unt nusq̄ se defuturos negocio. cōmune s ēē cū eis rebellandi
ui si ds annueret. uictoriū futurū. seq; usq; ad extremū spm
ptea abbi fuldensi ⁊ abbi herueldensi ⁊ ceteris pncipib; q ut
auxiliū die statuto ciuitati uenirent. n id facerent. se
ener. ingentia eis beneficia pollicentes. si fēd saxonū belliq;
tū. ut nec manib⁹ ī eos furor ppli tēpassi. n paucoꝝ sapien
Sigef
riūs eps mogontin⁹ erphesfurdi morabat a rege. Hic adoru
onib⁹ illis excedere passi s. donec dati obsidib⁹ fidē suā firmaret.
exteras gentes regē p se q cōsiliū n erat. omnē opā suā ad
inis locis multitudine thuringi. heimenburc castellū ob
succenderet. ct tm⁹ alii castello q ā senberg dicebat exercitū
; i dies cū alesce. copiaq; hostiū augeri. cterrit eni dapno
ppugnari audiebat. rogari mogont ⁊ colon epos. ut saxo
ppugnatione castelloꝝ datis saltē ad modicū tēp induciis
sederent. tam q a molest⁹ ei erat. facturos se q rogabant. pmiser
ma ebdā p epiph sic ⁊ antea fecerant. vii K sept. Corbeie ad
ē nulla deinceps exactio facta ē decimarū ī thuringia
itas s a patib⁹ leges manu militari tuerent. ⁊ dolente rege
ita amisisset. M Lxxiiii. Rex nat d Wormac celeb
ciliciti uenient. sic ī mandati a rege habebant. rogabat
q. exercitū abducent. At illi nulla ratione hoc se factur
undo ⁊ in colloq a. in inducias expetendo tēp tererent. ing
ande libertatis corrupissent. pin recederent. nec s ut uq
a n mulierib; colloquis. si militarib⁹ armis res expedienda sit.

3a) *Gothanus bibliothecae ducalis Cod. membr. A* 92, *fol., saec. XII. medii, Ekkehardi chronicon continens, cui inserta sunt excerpta annalium Lamperti ab a.* 705. *usque ad a.* 1056[1].

3b) *Pommersfeldensis illustrissimi comitis de Schoenborn-Wiesentheid nr.* 2675, *membr. fol.*, 88 *foliorum, qui Paterii excerptorum ex Gregorii Magni libris secundam partem manu saec. XII in. continet. In inferiore margine f.* 85'. *et in f.* 86. 87. *et in scheda membranacea insuta manu eiusdem temporis (ante medium saec. XII) excerpta Annalium Lamperti ab a.* 1038—1075. *scripta sunt, ea praesertim quae ad res in Thuringia et in civitate Erphesfurtensi gestas pertinent. F.* 87'. *et in suprema parte folii* 88. *sequuntur Annales S. Petri Erphesfurtenses a.* 1076—1163. *multis manibus coaevis scripti*[2]. *Huius codicis scripturae specimen tabula huic tomello adiuncta continet.*

Nullius pretii est fragmentum a. 1075, *famosam illam particulam de vita et obitu Annonis continens*[3], *manu Fr. Iunii scriptum in codice Oxoniensi bibliothecae Bodleianae nr.* 5128, *cuius variam lectionem A. Nicoll in 'Archiv' V, p.* 727 *sq. enotavit, quam ne integram quidem, signatam* fr., *repetii, cum ex editione quadam hoc fragmentum exscriptum esse mihi persuasum habeam*[4].

Reliquorum autem librorum, quos omnes iterum exscripsi, omnem variam lectionem, etiam levia menda adnotavi[5] *praeter orthographica, quorum pauca adnotanda duxi, ea praesertim — neque tamen omnia haec — quae etiam saec. XI. scribi potuissent, omissis fere omnibus iis, quae ex more saec. XVI in. scripta sunt. Et verba quidem secundum eum modum scripsi, quem Lampertus ipse in codice autographo Vitae Lulli, de quo supra p. XX. dictum est, secutus est, praesertim cum viderem pleraque seu paene omnia in antiquis codicibus* 3*a. b, nonnulla etiam in recentioribus libris et in editione principe eodem modo scripta esse. Paucissimas tamen formas recepi, quae nullo librorum nostrorum confirmabantur, quod ubicumque feci, in notis indicavi. Orthographica vero, quae singulis locis non adnotavi, in nota subiuncta in universum indicari*[6].

1) *Cf. SS. VI, p.* 14. 536; *'Archiv' VII, p.* 505 *sq.* 2) *Cf. 'Archiv' IX, p.* 531; *SS. XVI, p.* 15; *'N. Archiv' XIX, p.* 159. 3) *Infra p.* 242, *l.* 13—250, *l.* 33. 4) *Nam novem verba in omnibus editionibus ante eam Struvii omissa (infra p.* 247, *n.* i) *in hoc etiam fragmento deesse ex collatione Nicollii patet.* 5) *Exceptis iis quae excerptores codicum* 3*a. b mutaverunt.* 6) *Omnes recentes codices ubi-*

Inter eos scriptores, qui Lamperti Annales medio aevo excripserunt, ad veram lectionem cognoscendam nonnullis locis faciunt praesertim hi, qui nec codice A nec B, sed aliis, qui perierunt, usi sint:

*que (praeter paucos locos manu secunda in B*1*a scriptos)* e *simplex pro* ae *vel* ę *et* oe *habent, cum A*1 *plerumque quidem* ae *et* oe *praebeat, quibus locis ex more saec. XVI in. scribebatur (e. gr. etiam contra morem antiquum plerumque:* haeresis, haeretici, quaerela, quaerimonia, exaegit, subaegit, *raro:* praecie, praecarentur, plaerumque, Suaevorum *(semel),* aeditio, aeditioris, vaesanam, praesbyter *etc., sed etiam in talibus vocibus nonnunquam formas praebet a Lamperto in Vita Lulli scriptas, ut* tedium, sevus, precium, que, cepit *(pro* coepit*), sed more non ante editoris tempus usitato:* coelum, coelestis, foelix, infoeliciter, foelicitas, foemina, foecunditas, tragoedia, recoepit, suscoepit, praecoepit, coeptum, recoeptae, *sed etiam* susceperat, *et econtra:* paena, caepit, caena, *ubi in Vita Lulli* ę. *Porro A*1 *plerumque quidem pro* ci *editionis nostrae* ti *habet, sed haud raro etiam in talibus vocibus morem Lampertinum servavit, praebet e. gr. modo* palatium, negotium, initium, totius, satius, Wormatia, *modo* palacium, negocium, inicium, tocius, sacius, Wormacia. *Econtra codices B*1*a. b (multo rarius B*2*) plerumque etiam in iis vocibus* ci *pro* ti *praebent, ubi editio nostra ex more Lampertino* ti *praebet. In iis vocibus, in quibus Lampertus modo* ci, *modo* ti *scripsit, hoc vel illud recepimus, secundum quod libri nostri plus pro hoc vel illo faciebant. Saepe A*1 y *pro* i *habet, quod perraro in codicibus nostris invenitur in his vocibus:* martyr, martyrium, *sed A*1 *solum:* paralysi, asylum, mysticum, mysterium, *et ex recenti demum more:* sylvas, sylvestrium, lachrymae *(raro),* ocyus, quantotyus, desyderium, consyderans, consyderatio. *A*1 *et B*2 *(manu priore) semper habent perperam:* eiicere, obiicere, reiicere, coniicere *etc. Saepissime A*1 *more saec. XVI in.* n *pro* m *habet in talibus vocibus:* tanque *(quod etiam in B*1*b occurrit),* nanque (ianque *manus altera in B*2*),* cunque *(quod etiam nonnumquam B*1*b et manus altera in B*2 *habent),* quancunque, quanquam, tandiu, quandiu, aliquandiu *(quod etiam in B*1*b invenitur, et manus altera in B*2 *etiam* iandiu *habet),* utrunque, utranque, utrinque *(quod semel et in B*1*a legitur),* plerunque *(ut et manus altera in B*2 *habet), et haec cum A*1: circundedit, circunquaque. *Porro* tanquam *ut in A*1 *etiam in codd. B*1*a. b.* 2 *invenitur, et in B*1*b cum A*1: utcunque, ubicunque *etc. Sed sola manus posterior in B*1*a nonnunquam habet* solennis *ut A*1 (solenniter, solennitas) *et* tentare, *quod A*1 *raro pro* temptare *praebet. Dein* ch *pro* c *invenitur in A*1. *B*1*b.* 2 *in voce* lachrimae, *perraro in A*1. *B*1*a. b* charus *pro* carus *scriptum est, sed A*1 *solum habet* schola, schema; *raro A*1 author, authoritas *pro* auctor. *(semel B*2 *habet* autoritas*); saepe* t *pro* tt *habet in vocibus* literae, obliteratus, legitimus. *Denique solum A*1 *habet formas monstruosas a Latinistis recentibus inventas:* illhic, illhuc *(sed etiam* illuc*),* caussa, eleemosyna *(pro* elemosina*),* idololatra *(pro* idolatra*). In aliis vocibus scribendis B*1*b et manus prior in B*2 *conveniunt, hi enim antiquo quidem more, sed post Lamperti tempus demum a plerisque recepto, semper praebent* hii, hiis, nichil, michi, *dein recenti more semper vel plerumque* nunctii (*vel* nunccii), nunctiare, *saepe* pungna, pungnare *(etiam in B*1*a semel* expungnare; *sed B*1*b solum habet nonnunquam* mangnitudo, incongnita, recongnoverunt*),* martirisatur, baptisatus *(quod*

V) Vitae Annonis auctor Sigebergensis, qui longas particulas a. 1074. *et* 1075. *ad verbum fere descripsit l. I, c.* 2—5. 22—24. 28. *II,* 20—22. 25, *SS. XI, p.* 468—497[1].

S) Annalista Saxo, qui cum pauca tantum ex Lamperti Annalibus sumpta praebeat a. 1044 — 1076, *SS. VI, p.* 686 — 707, *facilius crediderim eum haec ex alio fonte, qui perierit, Annalibus videlicet Nienburgensibus, ut coniciendum est, excerpsisse quam ipsum Lamperti librum legisse*[2].

H) Henricus de Hervordia, qui in Libri de rebus memorabilioribus cap. 85. 86, *a.* 1040—1070 *(Lamp. a.* 1041 —1073*), ed. Aug. Potthast (Gottingae* 1859*), p.* 104—118. *non quidem multa ex illis excerpsit. Hunc locum infra p.* 67 *sq. repetitum de Brunone atque Eilberto episcopis Mindensibus, quem sub a.* 1053. *praebet, ex suo codice Annalium Lamperti sumpsisse mihi persuasum habeo, sive eum ipse Lampertus, sive quidam Mindensis sermone Lampertino usus postea addiderit*[3].

Locorum ab his exscriptorum variam lectionem nonnunquam adnotavi, omissa quidem ea, quam ab ipsis immutatam esse mihi patebat. Pauciora etiam adnotavi ex duobus sequentibus libris auctorum Erphesfurtensium, cum hi codicibus ex B derivatis usi sint ideoque nihil fere ad textum restituendum attulerint:

N) Nicolai de Siegen Chronico ecclesiastico ed. F. X. Wegele (Jena 1855*). Sed editor nonnullos locos ex Lamperti Annalibus sumptos omisit. De codice a Nicolao exscripto vide 'N. Archiv' XIX, p.* 158.

Var.) Erphurdiano Antiquitatum Variloquo, Mencken, SS. R. Germ. II, col. 463—475. *Cuius auctor aut codice B*1 *aut alio quodam ex B*1 *derivato usus est, cum post Lamperti Annales auctos additamentis Erphesfurtensibus ex-*

*bis etiam in B*1*a),* scandalisati, thezaurus. *B*1*b semper habet* gw *pro* gu *in his verbis:* lingwa, sangwis, ungwes, ingwine, langwentis, langwidius, distingwant, extingwendum *etc., ut nonnunquam quidem etiam prior manus in B*2 *scripsit, sed haec saepius habet* ligua, saguinem, consaguinitas, saguinolentum, distiguant. *Proprium est scribae codicis B*1*b, quod semper* costodes, costodia, costodire *et* Cristus, cristiani, cristianitas, *ubi haec verba non per compendia* xpus, xpiani *expressit, scripserit, proprium prioris scribae codicis B*2*, quod semper* eppiscopus, appostolicus, eppistolas, cappituli *scripserit.* 1) *Moneam oportet quondam Lampertum nostrum a quodam perspicaciore viro etiam cum poeta nomine Lamprehl carminis vulgari lingua de Annone composito confusum esse; Holtzmann in 'Pfeiffers Germania' II, p.* 1—48. *Sed constat hunc poetam saeculo XII. vixisse. Cf. Wattenbach, 'DGQ.' ed.* 5. *II, p.* 99. 2) *Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 163 *sq.* 3) *Cf. ibid. p.* 164 *sqq.*

scripserit Annales S. Petri Erphesfurtenses maiores et Cronicam S. Petri modernam[1].

Quomodo igitur codices nostri manuscripti ac reliqua subsidia inter se cohaereant et quomodo ex codice autographo Lamperti derivati sint, hoc stemmate subiecto facilius intelliges:



Praeter iam dictos auctores multi quidem alii scriptores Lamperti Annalibus usi sunt, sed hi tam pauca exscripserunt, ut aut singulis locis tantum aut omnino non afferendi essent. Inter quos primus nominandus est Hersfeldensis ille auctor Libri de unitate ecclesiae conservanda, qui quidem librum socii sui adversi procul dubio legit[2], *sed nullum*

1) *Vide supra p. L.* 2) *Quod apparet I,* 6. *II,* 33, *Libelli II, p.* 192. 258 *sq. (cf. infra p.* 81, *n.* 1. 293, *n.* 3*). — W. de Giesebrecht, 'DKZ.' ed.* 1. *III, p.* 1018. *et in sequentibus editionibus Brunonem Merseburgensem Lamperti Annales legisse verisimile duxit. Cur? Quia sunt quaedam, in quibus uterque concordat. Sed coaevi fuere hi auctores rebus narratis, ideoque fieri potuit, ut res vere gestas eodem fere modo narrarent. Sed apud perspicacissimum Albertum Pannenborg, 'Lam-*

locum ex eo ad verbum exscripsit. Dein etiam in Annalibus Patherbrunnensibus quaedam ex Lamperti Annalibus excerpta fuisse conieci 'N. Archiv' XIX, p. 187 *sq., quae in Ann. Yburg., SS. XVI, p.* 436, *maxime recurrunt. Perpauca ex eisdem sumpta in Annalibus Magdeburgensibus a.* 1059—1062, *SS. XVI, p.* 174, *leguntur, quae per Ann. Nienburgenses ad eos perlata esse videntur. Paucissima etiam auctores Chronici Gozecensis c.* 9. 12, *SS. X, p.* 144 *sq. et Chronici Laureshamensis, SS. XXI, p.* 413 *sq.*[1], *ex eis assumpserunt*[2]. *Tum post medium saec. XIII. frater ordinis Minorum Erphesfurtensis in Chronica Minore pauca ex codice B vel eius apographo exscripsit, SS. XXIV, p.* 179—190. *Annalista Reinhardsbrunnensis ed. Wegele p.* 9. *paucissima verba Lamperti non ex integro Annalium eius codice, sed ex Ekkehardi codice S. Petri Erphesfurtensi (B* 3*a), additamentis Lampertinis aucto, exscripsit. Cum igitur saec. XIII. et XIV. duo tantum Lamperti Annales exscripserint, ab extremis annis saec. XV. plūribus hi innotuerunt, nam praeter tres auctores iam supra p.* LVI. LXI. *allatos Hartmannus Schedel in Libro cronicarum*[3], *Iohannes Trithemius in Chron. Hirsaugiensi et Annalibus Hirsaugiensibus, Hieronymus Emser in Vita Bennonis episcopi Misnensis*[4], *Wigandus Gerstenberger in Chronico Hassiaco*[5], *Paulus Lang in Chron. Citizensi*[6] *iisdem usi sunt. Dehinc*

bert v. Hersfeld d. Verf.' p. 108, *n.* 1. 139, *n.* 1. 142, *n.* 1. *constat Brunonem legisse Annales Lamperti. Favete linguis! — Sigebertum Gemblacensem Lamperti libro usum esse, quod Sig. Hirsch, De vita et scriptis Sigeberti p.* 110—113. *contendit, summo iure refutaverunt G. Waitz, 'Gött. gelehrte Anzeigen'* 1837. *p.* 2073. *et SS. V, p.* 147, *L. Bethmann, SS. VI, p.* 275, *n.* 66. — *Haud valde miror, quod A. Pannenborg l. l. p.* 97, *n.* 1. *etiam Vitae Heinrici IV. auctorem Lamperti Annales legisse sibi persuaserit. Sed hoc ioci causa allatum sit. Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 394 *sq. — M. Manitius 'N. Archiv' XIII, p.* 644. *auctorem Ratisponensem Translationis S. Dionysii ideo Lamperti librum legisse coniecit, quia uterque sermone Latino usus est.*

1) *Quod editor, Car. Pertz, non adnotavit.*

2) *Nota bene medio aevo in Germania superiore nunquam Lamperti Annales exscriptos esse, quos neque Ekkehardus Uraugiensis neque Otto Frisingensis neque Herimannus Altahensis neque alius quisquam scriptorum Bawarorum, Suevorum, Lotharingicorum, nemo unquam extra Germaniam legit, unde patet nunquam in has partes librum hunc allatum esse.*

3) *Qui unicum locum de civitate Erfurtensi ex iis exscripsit, ed.* 1497. *f.* 175'. 176. *Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 171, *n.* 2.

4) *Qui duos locos exscripsit C. III, §* 39. *et C. IV, §* 46, *Acta SS. Iun. III, p.* 164. 167; *Mencken, SS. R. Germ. II, col.* 1859. 1863.

5) *Fr. Chr. Schmincke, Monimenta Hassiaca (Cassel* 1747) *I, p.* 106. 110. 112. 114. 116. 129. 131. 132. 134. 142. 147. 149. 154. 160. 164. 172. 181. 183. *Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 172 *sq.*

6) *Pistorii Rerum Germ. SS. cur. Struvio II, p.* 1142—1144. 1146.

iam editione principe vulgata ad omnes eruditos Lamperti liber pervenit.

Posterorum editorum praeter postremum et Pistorium, quem iam diximus, nemo codice manuscripto Annalium usus est, sed omnes editionem principem recuderunt, cuius menda quidem ut tollerent, studuerunt, sed alia plura intulerunt.

Secundam editionem[1] *paravit Lutovichus Schradinus, cui inscribitur:* Germanorum res praeclare olim gestae . . . Lamberto Schafnaburgensi authore, cuius nomen hactenus delituit. Tubingae ex aedibus Morhardinis MDXXXIII, *epistola dedicatoria data ad Schertlinum de Burtenbach. Schradinus enim loco in Trithemii Annalibus Hirsaugiensibus de Lamperto lecto, quem editioni suae praefixit*[2]*, nomen auctoris didicit, sed in formam Lamberti ex arbitrio idem vertit*[3].

Tertia editio prodiit inter S. Schardii Germanicarum rerum quatuor celebriores vetustioresque chronographos Francofurti 1566. *fol. Quarta curante Grynaeo:* Chronicon historicum apud Germanos . . . . authore monacho quodam Herveldensi. *Basileae ex officina H. Petri* 1569. *fol. Quintam complectitur S. Schardii Historicum opus in IV tomos divisum. Vol. I. Basileae* 1574. *fol. Sextam dedit J. Pistorius inter Rerum Germanicarum Scriptores, in Vol. I, p.* 149—265, *Francofurti* 1583. *fol., recuso Hanoviae* 1613. *fol. Qui codicem manuscriptum excerpta haud ampla Annalium continentem adhibuit, ex quo etiam continuationem a.* 1078 —1352. *edidit*[4]. *Schradini editio recusa est post Chronicon Urspergense Argentorati* 1609. *fol. p.* 449—539[5]. *Ea Schardii recusa in collectione cui inscribitur* Schardius redivivus sive Scriptores rerum Germanicarum varii opera Hier. Thomae. *Vol. I. Giessae* 1673. *fol. Pistorii editio repetita est in collectionis eius tertia editione curante B. G. Struvio I, p.* 301—424. *Ratisbonae* 1726. *fol.*[6] *Tum Jo. Chr. Krause, qui* Lamberti Schafnaburgensis Annales *a.* 1039—1077, *omissa priore parte usque ad a.* 1038, *Halae*

1) *Etiam quidem a.* 1530. *Tubingae editio Lamperti Annalium prodiisse dicitur, sed hoc falsum videtur; cf. SS. V, p.* 151, *n.* 88. 2) *Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 177. 3) *In praefatione modo Lambertum, modo Lampertum scripsit.* 4) Additiones ad Lambertum Schafnaburgensem appositae ab Erphesfordensi monacho. *Cf. supra p.* LV. 5) *Cui inscribitur:* Chronici Lamberti Schafnaburgensis . . . Annales. 6) *Ex qua fragmenta quaedam repetita sunt inter Script. rerum Gall. III, p.* 348. *V, p.* 367. *VI, p.* 227. *VII, p.* 240. *XI, p.* 59—69.

et Lipsiae 1797. 8⁰. *edidit, studuit, ut eos adnotationibus illustraret ac corrigeret, sed parum quod prodesset attulit.*

*Prima editio critice parata collatis omnibus codicibus, quos supra attuli, praeter A*2. *A*2*a*. *B*1c *et Andreae codices (B*1*e) in nostra collectione prodiit, et quidem priorem partem ab origine mundi usque ad a.* 1039. *edidit G. H. Pertz b. m. in Scriptorum t. III, p.* 18—102, *Hannoverae* 1839, *cum aliis annalibus qui Annalibus Hersfeldensibus nituntur. Posterioris partis a.* 1040—1077. *editionem L. Fr. Hesse b. m. praeparaverat; quod cum minus feliciter ei cessisset, quamvis diligenter in sermonem Lamperti inquisivisset, nonnulla bene adnotasset, denuo collatis codicibus B*1*b et B*2 *eam correxit Georgius Waitz b. m., praefationis parte magna et haud paucis adnotationibus additis. Quae editio prodiit in Scriptorum tomo V, p.* 134—263, *Hannoverae* 1844[1]. *Ex Scriptorum t. III. et V. recusi sunt Lamperti Annales, breviata praefatione, omissis apparatu critico et multis adnotationibus, inter Scriptores rerum Germanicarum Hannoverae* 1843. *et iterum Hannoverae* 1874, *quibusdam emendatis, sed et allata varia lectione codicis A*2, *quae nullius momenti est.*

Praestantissimos Annalium locos primus in linguam Germanicam vertit D. H. Hegewisch, 'Charactere und Sittengemälde aus deutschen Geschichtschreibern des Mittelalters' (Leipzig 1768. 8⁰*) I, p.* 93—200; *deinde maiorem partem ab a.* 1039. *F. B. von Buchholz, 'Lambertus von Aschaffenburg, Geschichten der Deutschen, nebst Bruchstücken aus andern Chroniken'. Frankfurt a. M.* 1819. 8⁰. *Integrorum annalium versionem correctam a V. Cl. W. Wattenbach dedit Fr. L. Hesse in 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit' Leipzig* 1855, *inter quos alteram editionem cum fragmentis libelli de institutione ecclesiae Herveldensis emendavit W. Wattenbach (Leipzig* 1883*), quae iterum prodiit Lipsiae* 1893. *in 'Geschichtschr.* 2. *Gesammtausgabe' vol. XLIII.*

Hanc novam parantes editionem paucas adnotationes prioris retinuimus, novarum addendarum rationem diversam in diversis partibus nos sequi oportuit. Ad priorem enim

1) *Hanc collectionis nostrae editionem cum praefationibus, apparatu critico, adnotationibus, sed multis mendis vitiatam, nimis audacter, licentia neque ab editoribus neque a bibliopola petita, recudit J. P. Migne in Patrologiae Latinae cursu completo, ac quidem priorem partem usque ad a.* 1039. *(ex SS. t. III) in tomo CXLI, col.* 443—582, *nomine praefixo Lamberti Schafnaburgensis, posteriorem partem (ex SS. t. V) in tomo CXLVI, col.* 1027—1247, *praemisso nomine Lamberti Hersfeldensis, qui duo Lamberti in indicibus tomi CCXVIII. recensiti sunt.*

partem, in qua Lampertus Annalium Hersfeldensium exemplar exscripsit, ea praesertim adnotanda erant, quae ipse immutavit vel addidit. In ea parte, quae regni Heinrici III. et Heinrici IV. annos 1056—1069. complectitur, plerumque satis habuimus lectores ad libros relegasse, quos VV. Cll. E. Steindorff et G. Meyer von Knonau de historia horum regum composuerunt, quibus plura debemus, quam singulis locis adnotare oportunum videbatur. Ac vehementer doleo, quod historiae Heinrici IV. primum tantum tomum a Geroldo Meyer von Knonau egregie conscriptum in usum vocare potuerim, nam ab a. 1069, quo hic desinit, tam fideli, tam gnaro duce destitutus viam perdifficilem ipse investigarem oportuit, permultis libris libellisque adhibitis. Nec facile fuit cautu, ne minus, praesertim ne nimia afferrentur ex his quae innumeri fere viri docti ad has res scripserunt, cum non commentarium Annalium Lamperti scribere meum esset, sed ea tantum adnotare, quae aut ad intellegendas aut ad diiudicandas narrationes eius necessaria videbantur. Ac plerumque satius duxi reliquos fontes historiae illius temporis attulisse quam ea quae nostris temporibus de ea conscripta erant. Unde spero fore, ne obiurger libellum quendam non novisse, quem non attulerim, cum permultos sane legerim, quos ne uno quidem loco commemorare necesse visum est. Locorum nomina hodierna ac situm in indice adnotavi. Et cum multa iam de sermone Lamperti, de veteribus auctoribus ab eo lectis scripta essent, ne textus his subnotatis nimia mole adnotationum obrueretur, perpauca dicta antiquorum auctorum a Lamperto usurpata in notis attuli, sed indicem subdidi, quo memorabiles locutiones collegi comparatas cum iis antiquorum auctorum, quos ille imitatus esse videbatur, aliquantulum quidem hac in re adiutus iis quae Fr. Vogel, Acta semin. Erlang. II, p. 405 sqq., F. Rockrohr in 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XXV, p. 571 sqq., M. Manitius in 'N. Archiv' XII, p. 371 sqq. 595, A. Pannenborg, 'Lambert von Hersfeld der Verf. des Carmen' collegerunt, sed plura utilia iam F. L. Hesse olim adnotaverat.

VI. De Annalibus Weissenburgensibus.

Cum annalista Weissenburgensis exemplar Annalium Hersfeldensium 708—984. proximum illi, quo Lampertus usus est, exscripserit[1], eius annales a latere eorum Lamperti

1) Cf. supra p. XXXVI sqq.; H. Lorenz p. 35 sq., qui recte monet saec. VIII. IX. exemplar Ann. Hersfeldensium satis fideliter exscriptum, cum etiam

edidi, quousque hi inter se concordant. Quo facto fieri potuit, ut in margine illorum fontes, ex quibus Ann. Hersfeldenses hausti sint, indicarem, in margine horum adnotarem, qui annales ex Hersfeldensibus derivati notam quamque exhibeant[1]. *Reliquam partem a.* 984—1147. *in paginis rectis a latere annalium Lamperti continue typis expressam cum his nusquam concordare moneo.*

Hos annales emendavi collato eodem codice, ex quo excerpta eorum S. A. Würdtwein, Subsidia diplomatica XII, p. 134 *sqq., primus eos paene integros b. m. G. H. Pertz, SS. III, p.* 33—65. 70—72, *ediderunt, Monacensi bibliothecae universitatis nr.* 6[2], *membr. fol., qui frater germanus codicis Bambergensis f.* 1—40′. *Chronica Hieronymi et Gallica anni* 452. *cum serie annorum usque ad a.* 456[3], *hucusque cum Bambergensi concordans, scripta manu saec. XI. ineuntis (a.* 1025 — 1039*) continet. Eadem manus (A) f.* 41 — 53′. *tres columnas exaravit annorum* Domini *ab a.* 457. *usque ad a.* 1034, *imperatorum* Rom̄[anorum], *regum* Franc[orum], *quibus series imperatorum et regum Teutonicorum usque ad Conradum II. eadem manus inscripsit; quas litteris inclinatis excudendas curavi. Duae aliae manus eiusdem fere temporis (B. C) tres reges Francorum suppleverunt, tum quarta manus (D) episcopos Spirenses a.* 950 —1004.[4] *et nonnullos imperatores Constantinopolitanos intulit. His tribus manibus scripta litteris inclinatis excusa et uncis inclusa sunt. Tum quinta manus E circa a.* 1075. *omnia ex Ann. Hersfeld. sumpta a.* 708—984. *et numeros annorum* 1035—1147. *sine columnis et Annales Weissenburgenses* 985—1075. *pulchre scripsit. Quae omnia solitis litteris expressa sunt. Dehinc tres posteriores manus singulas notas a.* 1045. 1087. 1147. *addiderunt. Seriem imperatorum et regum in priore editione omissam ab a.* 534,

hi annales notas a Lamperto omissas praebeant, saec. X. multa omissa esse. 1) *Sed ubi notam quandam solus alter eorum praebebat, utrumque in margine annalium huius adscripsi.* 2) *Qui fuit saec. XVI. Iohannis Aegolphi a Knöringen, canonici Wirzeburgensis et custodis Augustani, tum bibliothecae academiae Ingolstatensis.* 3) *Cf. Auct. antiq. IX, p.* 620 — 623. *Sed falso ibi hic codex saec. XI. exeunte scriptus dicitur, quo tempore pauca inscripta sunt.* 4) *Falso Pertz, SS. III, p.* 19. *dixit episcopos Spirenses post Ann. Weissenburg. exaratos circa a.* 1087. *inscriptos esse, immo evidentissime patet ad a.* 1004. *manum D ante E scripsisse. Nam in eadem linea post* Waltherus ep̄s ord' *manu D scripta scripsit manus E* Mon. i. c. est. *Pertz omnino falsa de diversis manibus codicis dixit.*

quousque eam edidit Th. Mommsen, Auct. antiq. IX, p. 621 *sq., exhibui.*

Hi annales, qui quidem breves, sed haud parvi pretii sunt, exscripti sunt in Ann. Laubiensibus a. 727—1075, *SS. IV, p.* 12—21[1].

Berolini, Nonis Novembribus a. MDCCCXCIII.

O. HOLDER-EGGER.

1) *Cf. Giesebrecht, 'DKZ.' I, p.* 778; *G. Waitz in 'Nachrichten v. d. Kgl. Ges. d. Wiss. zu Göttingen'* 1870. *p.* 305 *sq.*

LAMPERTI HERSFELDENSIS
ANNALES.

SS. III, p. 22. Prima [a.1] aetas ab Adam usque ad Noe, continens generationes X, annos vero mille DCLVI. Quae tota periit diluvio, sicut infantiam mergere solet oblivio. *Beda I.*

Secunda a Noe usque ad Abraham, generationes similiter complexa X, annos autem CCXCII. In qua linguarum facta est divisio[2]. A puericia namque homo incipit loqui[b] posse post infantiam; quae et inde nomen accepit, quia fari, id est loqui[c], potest.

Tercia ad Abraham usque ad David, generationes XIIII, annos quoque DCCCCXLII continens. Et quia ab adolescentia incipit homo posse generare, Matheus ab Abraham generationum[d] sumpsit exordium.

Quarta a David usque ad transmigrationem Babilonis, generationibus eque iuxta Matheum XIIII, annis autem CCCCLXXIII[e] porrecta. De[f] qua regum tempora ceperunt, quia dignitas iuvenilis regno est habilis[g].

Quinta deinde usque ad adventum salvatoris in carne, generationibus et ipsa XIIII, porro[h] annis DLXXXVIII extenta. In qua ut gravi senectute fessa malis crebrioribus[i] plebs Hebrea quassatur.

**p. 23.* Sexta, quae nunc agitur, nulla generationum vel temporum *serie certa, sed ut aetas decrepita ipsa tocius seculi morte finienda.

Secula generationibus constant, et[k] inde dicuntur secula, quod se sequantur. Abeuntibus enim aliis alia succedunt, quorum decursus per generationes et regna ita scribitur[l]. *Isid. Et. V, 38.*

Prima aetas continet creationem mundi. Primo enim die Deus in lucis nomine condidit angelos. Secundo in firmamenti appellatione creavit caelos. Tercio in discretionis vocabulo speciem aquarum et terrae. Quarto luminaria caeli. Quinto animantia ex aqua. Sexto animantia ex terra et primum hominem Adam.

a) *prior pars annalium usque ad a.* 701. *exstat tantum in A* 1. 1[a]. *B* 1[b]. 2. b) *in marg. alia manu suppl. B* 1[b]. 2. c) non, *quod ex Beda supplendum est, deest etiam in Ann. Quedl.* d) Christi *in marg. post suppl. B* 1[b]. e) CCCCLXXXIII *A* 1. f) In qua regum tempestate [dign.] *del. et in marg. corr.* De qua r. tempora ceperunt quia *B* 2. g) abilis *B* 1[b]. 2, *post corr.* hab. *B* 1[b]. h) *om. B* 2. i) exterioribus *B* 2. k) *om. A* 1. l) describitur *B* 2.

1) *Prior libri pars cum Ann. Quedl., SS. III, p. 22 sqq. (ubi pauca addita sunt) ad verbum fere convenit, a Lamperto igitur ex Ann. Hersfeld. descripta est. Quae composita est ex Isidori chronicis brevi (I), libro Etymologiarum V. inserto, et maiore (II), separatim edito, et Bedae chronicis minore (I), libro de temporibus inserto, et maiore (II), libro de ratione temporum inserto, uno etiam loco ex Bedae Hist. eccl. sumpto.* 2) *Auctor ipse haec mutavit. Beda et Ann. Quedl.:* lingua Hebraea est inventa.

Isid. II. et Beda I. II. Adam CXXX. anno genuit Seth, a quo filii Dei. Seth anno CV. genuit Enos, qui cepit invocare nomen Domini. Enos anno XC. genuit Cainan. Cainan anno LXX. genuit Malalehel, qui interpretatur plantatio Domini. Malalehel anno LXXII.[a] genuit Iareth[b]. Iareth anno CLXII. genuit Enoch[c]. Hunc nonnulla divina scripsisse Iuda apostolo testante comperimus. Enoch anno LXV. genuit Matusalam[d]. Post cuius ortum translatus est a Deo. Matusalam[d] anno CLXXXVII. genuit Lamech. Gigantes nati sunt. Et concupierunt filii Dei, id est Seth[1], filias hominum, id est Caine[e].[1]. Lamech anno CLXXXII. genuit Noe, qui archam aedificavit. Noe anno DC. venit diluvium. Fuerunt autem ab Adam usque ad cataclismum, id est diluvium, anni mille DCLVI.

Beda I. et Isid. I. Secunda aetas continet annos CCXCII. Sem anno II.[f] post diluvium genuit Arfaxat[g], a quo Chaldei[h]. Arfaxat anno XXXV.[i] genuit Sela, a quo Samaritae et Indi. Sela anno XXX. genuit Heber[k], a quo Hebrei[l]. Heber[k] anno XIIII.[m] genuit Faleh[n]. Turris aedificabatur. Faleh[n] anno XXX.[o] genuit Reu. Dii primum adorantur. Reu[p] anno XXXII.[q] genuit Saruh[r]. Regnum Scitharum[s] inchoat. Saruh[r] anno XXX.[t] genuit Nachor[u]. Regnum Egiptiorum nascitur. Nachor anno XXXVIIII.[v] genuit Thare. Regnum Assiriorum[w] et Sicioniorum[x] oritur. Thare anno LXX. genuit Abraham. Semiramis condidit Babiloniam, et Zoroastres magicam repperit. Fuerunt autem anni ab Adam usque ad Abraham mille DCCCCXLVII.

Beda I. II. et Isid. I. *Tercia aetas continet annos DCCCCXLII. Abraham anno *p. 24. LXXV. propter imperium Dei venit in terram Chanaan[y]. Abraham anno LXXXVI. genuit Ismahel[z], a quo Ismahelitae[a]. Abraham anno C. genuit Isaac[b]. Isaac anno LX. genuit Iacob. Iacob anno XC. genuit Ioseph. Memphis in Egipto conditur. Ioseph annis C et X[c] vixit. Grecia segetes habere cepit. Hebreorum servitus in Egipto annis CXLVII, et Cecrops Athenas condidit. Moyses annis XL rexit Israel, sub quo Hebrei litteras habere ceperunt. Iosue annis XXVI rexit Israel. Ericthonius[d] in[e] Grecia primus iunxit quadrigam. Iudices a Moyse[f] usque ad Samuel prefuerunt annis CCCV. Othoniel annis XL prefuit. Cathmus Thebanorum rex Grecas litteras invenit. Aoth[g] annis LXXX prefuit. Amphion musicus claruit. Debbora[h] annis XL. Primus Latinis[i] regnavit Picus[k]. Et Apollo[l] medicinae artem invenit. Gedeon annis XL. Orpheus Linusque musici[m] claruerunt. Abimelech annis III. Iste LXX fratres suos occidit. Thola annis XXX. Priamus regnavit in Troya. Iair[n] annis XXII. Carmentis[o] Latinas[p] litteras repperit.

a) LXII. *Quedl.*; LXV. *Beda.* b) Iared *h. l.* *B* 2. c) Enoh *B* 1b. d) Mathusalem *A* 1. e) Chain *B* 2. f) secundo *B* 2. g) Arphaxat *h. l.* *B* 1b. h) Caldei *B* 2. i) CXXXV. *B* 1b, *ubi add.*: genuit cainan. Cainan CXXX. anno *ex Hieronymi chron., ubi sequentes numeri ex Hier. mutati sunt.* k) Eber *B* 1b. 2. l) Ebrei *B* 1b. 2. m) *sic* *A* 1. *B* 2 (XIIII. anno); XXXIIII. *Beda*; CXXXIIII. *B* 1b. n) Falech *B* 1b. 2. o) CXXX. *B* 1b. p) alias Ragau *add.* *B* 1b *ex Hier.* q) CXXXII. *B* 1b. r) Saruch *B* 2. s) Scytharum *A* 1; schytarum *B* 2. t) CXXX. *B* 1b; XXX — nascitur. Nachor anno *om.* *B* 2. u) Nachor — LXXIX. *in marg. suppl.* *B* 1b; Nahor *A* 1. v) LXXIX. *B* 1b. w) Assyr. *A* 1. *B* 2. x) Sicyon. *A* 1; siciniorum *B* 2. y) Chanaam *A* 1; canaan *B* 2. z) Ismael *B* 1b. 2. a) Ismaelite *B* 2. b) ysaac *h. l.* *B* 2. c) CX. *A* 1; CLX. *B* 2. d) Erichthon. *A*1; Ericton. *B* 2. e) pr. in Gr. *B* 2. f) Moise *h. l.* *B* 2. g) Loth *A* 1. 1a. h) Delbora *B* 2. i) latinus *B* 1b. 2. k) pienus *B* 1b. l) appollo *B* 1b. m) musci *A* 1. n) Troia *(semper)*. Lair *A* 1. 1a. o) Carmenta *A* 1. 1a. p) latinis *B* 1b.

1) *Lamp. haec addidit, quae nec Beda neque Isid. neque Ann. Quedl. habent.*

Iepte[a] annis VI. Hercules flammis se iniecit. Abessa annis VII. *Beda I. II. et Isid. I.* Bellum decennale Troyae surrexit. Aialon annis X. Hic in LXX interpretibus non habetur. Labdo[b] annis VIII. Capta Troya Eneas venit in Italiam *. Samson annis XX. Ascanius Albam condidit. Heli[c] sacerdos annis XL. Archa testamenti capitur, et regnum Sicioniorum[d] finitur. Samuel et Saul annis XXXII. Regnum Lacedemoniorum exoritur, et Homerus fuisse probatur.

Quarta aetas continet annos CCCCLXXIII[e]. David annis XL regnavit. Carthago[f] a Didone conditur. Gath[g], Nathan et Asaph prophetaverunt. Salomon[h] annis XL. Templum Ierosolimis[i] aedificatur annis CCCCLXXX egressionis ex Egipto expletis. Ex quo apparet Samuelem et Saulem XXXII annos et non XL prefuisse. Roboam XVII annis regnavit. Regnum Israel et Iuda dividitur. Abia annis III. Pontifex Abimelech insignis habetur. Asa annis XLI. Aggeus, Amos, Iohel[k] et Ieu prophetaverunt et Azarias. Iosaphat annis XXV. Helias, Heliseus[l], Abdias et Micheas prophetaverunt.
*p. 25. Ioram annis VIII[m]. *Edom recessit a Iuda et constituit sibi regem. Ochozias[n] anno I. Helias rapitur. Athalia annis VII. Ionadab filius Rechab sacerdos[o] claruit. Ioas annis XL. Zacharias[p] filius Ioiadae lapidatur. Amasias annis XXVIII. Amos propheta claruit in Israel. Ozias annis LII. Olimpias prima a Grecis constituitur. Ioatham annis[q] XVI[r]. Esaias[s], Osee[t] et Iohel prophetaverunt. Et Romulus nascitur. Achas[u] annis XVI. Roma conditur, et Israel in Medos transfertur. Ezechias annis XXVIIII. Romulus C senatores constituit **. Manasses annis LV. Numa duos[v] menses adiecit, et Sibilla[w] Samia claruit. Ammon annis II. Tullus in re publica censum exegit. Iosias annis[x] XXXI. Thales phisicus claruit. Ioachim annis XI. Huius tercio[y] anno Nabuchodonosor Iudeam cepit. Sedechias annis XI. Templum Ierosolimis incensum est. Fuerunt autem ab origine mundi usque ad terminum Iudaici[z] regni anni III^{M}CCCLXIII.

Quinta aetas continet annos DLXXXVIII[a]. Hebreorum capti- *Beda I. et Isid. I.* vitas annis LXX. Iudith historia conscribitur. Darius annis XXXVI. Huius secundo anno templum Ierosolimis construitur, finitis LXX annis Iudaicae captivitatis. Xerses annis XXI. Herodotus historiographus agnoscitur. Artarxerses[b] annis XL. Esdras[c] legem incensam renovavit. Et Neemias Ierusalem[d] restauravit. Darius, qui et Nothus, annis XVIIII. Haec aetas habuit Platonem. Artarxerses[b], qui et Ochus, annis XXVI. Demostenes et Arestotiles[e] predicantur. Xerses Ochi filius annis IIII. Xenocrates claruit. Darius annis VI.
*p. 26. *Alexander Macedo annis XII, qui Ierosolimam cepit.

Huc usque regnum Persarum, dehinc Grecorum.

Alexander anno V. Asiam obtinuit. Ptolomeus[f] Lagi filius

*) *B* 1^{b} *add.:* hic fulmine periit. Ex parte Grecorum occisa est DCCCLXXVII. Ex parte Troyanorum DCLXXXVI.
**) *B* 1^{b} *add.:* hic fulmine interiit.

a) Lepthe *A* 1. 1^{a}. b) Iabdo *B* 1^{b}. c) Hely *B* 2. d) Sicyon. *A* 1; siciniorum *B* 1^{b}. 2. e) CCCC. XLXIII *A* 1; CCCCLXXXIII *A* 1^{a}. f) Cartago *B* 1^{b}. g) Gad *B* 2. h) Salemon *B* 1^{b}. i) Hierosolym. *A* 1 *semper*. k) Ioel. Iehu et Az. proph. *B* 2. l) Helizeus *B* 2. m) VII *B* 2. n) Ochosias *B* 2. o) sacerdotis *B* 1^{b}. p) Sach. *B* 1^{b}. q) anno *A* 1. r) XVII *B* 2. s) Esayas *B* 2. t) Oseas *A* 1. u) Achaz *A* 1. v) II *A* 1. w) Sybilla *A* 1. *B* 2. x) *om.* *B* 1^{b}. 2; an. *A* 1. y) III. *B* 1^{b}. z) iudaci *B* 1^{b}. a) DLXXX *A* 1. 1^{a}; DLXXXVIIII *Quedl. et Beda*. b) Artaxerses *A* 1. c) Ezdras *A* 1. d) Hier. *A* 1 *semper*. e) Demosthenes et Arist. *A* 1. f) Ptolemaeus *A* 1.

Beda I. et Isid. I. annis XL. Machabeorum liber primus inchoavit. Filadelphus[a] annis XXXVIII. LXX interpretes claruerunt. Euergetes annis XXVI. Iesus Sapientiae librum composuit. Philopater annis XVII. Machabeorum liber secundus inchoavit. Epiphanes annis XXIIII. Romani Grecos obtinuerunt. Philometor annis XXXV. Hunc Anthiochus[b] superans, Iudeos obpressit. Et Scipio Affricam vicit. Euergetes annis XXVIIII. Brutus Hispaniam subegit. Sother annis XVII. Traces[c] Romanis subiciuntur. Varro et Cicero nascuntur. Alexander annis X. Syria[d] per Gabinium Romanis subicitur. Ptolomeus[e] Cleopatrae filius annis VIII. Salustius historiographus nascitur. Dyonisius[f] annis XXX. Pompeius Iudeam cepit. Cleopatra annis II. Egiptus Romanis subditur.

Huc usque regnum Grecorum, nunc Romanorum[1].

Iulius Cesar annis V. Hic primus monarchiam tenuit, et ab hoc cesares appellati sunt.

Octavianus annis LVI. Huius anno XLII. dominus noster Iesus Christus nascitur, completis ab Adam iuxta Ieronimum[g] annis VMCXCVIIII.

Tiberius autem[h] annis XXIII. Huius anno XVIII. dominus noster Iesus Christus crucifixus est.

Gaius annis IIII. Matheus evangelium[i] scripsit.

Claudius annis XIIII. Petrus Romam, et Marcus Alexandriam petierunt.

Nero annis XIIII[k]. Petrus et Paulus cruci gladioque traditi sunt.*

Beda I. II. Vespasianus annis X. Huius anno secundo Titus Ierosolimam subvertit, templum solo stravit post annos primae aedificationis mille LXXXVIIII, dominicae autem incarnationis LXXI.

Titus annis II. Hic facundus et pius fuit.

*Domicianus[l] annis XVI. Iohannes apostolus in Pathmos relegatur. *p. 27.

Nerva anno uno. Iohannes Ephesum rediit et evangelium scripsit.

Beda I. et Isid. I. Traianus annis XVIIII[m]. Symeon[n] Ierosolimorum episcopus crucifigitur, et Iohannes apostolus requiescit.

Adrianus annis XXI. Aquila interpres oritur.

Anthonius[o] Pius annis XXIIII[p]. Valentinianus[q] et Marcion heretici agnoscuntur.

Beda I. et Isid. II. Anthonius[r] minor annis XVIIII. Montanus Catafrigarum auctor oritur.

Commodus annis XIII. Theodocion interpres apparuit.

*) *B* 1b *add.:* Lucanus et Iosephus claruerunt. Galba et Piso VII menses, hos occidit Ottho, tres menses; hic seipsum occidit. Vitellius VIII menses; hunc occidit Vespasianus.

a) Philadelphus *A* 1; ffiladelfus *B* 1b. b) Antiochus *A* 1. c) Thraces *A* 1. d) Siria *B* 1b. e) Ptolemaeus *A* 1. f) Dion. *B* 1b. g) Hieronym. *A* 1 *semper*. h) *sic A* 1. *B* 2 (aut); augustus *B* 1b. i) ewang. *B* 1b. 2 *semper*. k) *sic B* 1b. *Quedl. Beda. Isid.;* XIII *A* 1. *B* 2. l) Domitianus *A* 1. *B* 2. m) IX *A* 1. n) Simeon *B* 1b. o) *sic B* 1b. 2; Antonius *Quedl.*; Anth. — agnoscuntur *om. A* 1. 1a. p) *sic B* 1b. 2; XXII *Quedl. Beda. Isid.* q) Val. — annis XVIIII *om. B* 2. r) *sic B* 1b; Antoninus *A* 1.

1) *Catal. imperatorum in Ann. Quedl. ampliatus legitur.*

Elius Pertinax anno I. Nihil historiae habet. *Isid. I. II.*

Severus Pertinax annis XVIII. Symachus[a] interpres agnoscitur.

Antoninus[b] Caracalla annis VII. Quinta editio Ierusalem invenitur.

Macrinus anno I[c] vel Marcus Aurelius Antoninus[d] annis IIII. Sexta editio Nicapoli[e] reperitur, et Sabellius infelix oritur. *Isid. I. II. et Beda I. II.*

Alexander[f] annis XIII. Origenes Alexandriae[f] claruit. *Beda I. et Isid. I.*

Maximianus vel Maximus annis III. Hic persecutus est christianos.

Gordianus annis VII. Fabianus episcopus Romae claruit.

Philippus[g] annis VII. Hic primus imperator christianus fuit.

Decius anno I. Anthonius[h] monachus oritur.

*p. 28. *Gallienus[i] et filius eius Volusianus annis II. Novatiana[k] heresis oritur. *Beda I. et Isid. II.*

Valerius[e] cum Galieno[l] annis V. Ciprianus[m] et Cornelius martirio coronantur. *Beda I. II.*

Claudius annis II. Iste Gothos ab Illirico expulit. *Beda I. et Isid. I.*

Aurelianus annis V. Hic etiam persecutus est christianos.

Tacitus annum[n] I.

Probus annis VI. Manicheorum heresis oritur.

Carus annis II. Iste de Persis triumphavit.

Diocletianus[o] et Maximianus annis XX. Isti divinis libris exustis vastari aecclesias, affligi et interfici christianos iusserunt. *Beda I. II. et Isid. I.*

Maximinus filius Maximiani[1], Severus et Galerius anno[p] I.

Constantinus annis XXXI. Cuius XVI. anno Nicena sinodus[q] congregatur, dominicae incarnationis anno CCCXVIII.

Constantius et Constans annis[r] XXVII. Reliquiae sancti Andreae sanctique Lucae evangelistae[s] Constantinopolim transferuntur, et Antropomorfitarum[t] heresis oritur. Per idem tempus Athanasius et Maximinus Treverorum archiepiscopus atque Hylarius[u] doctrina et fide clari habebantur. *Beda I. II. et Isid. I. II.*

Iulianus annis II. Hic ex monacho paganus factus christianos persecutus est. *Beda I. et Isid. I.*

Iovianus anno I. Iste cum omni exercitu christianus efficitur.

Valentinianus annis XI, qui a Iuliano ob fidem Christi milicia fuerat privatus. Et Gothi heretici facti sunt.

Gracianus cum fratre Valentiniano[v] annis VI. Ambrosius et Martinus episcopi claruerunt. *Isid. II. et Beda I.*

Valentinianus cum Theodosio annis VIIII. Ieronimus in Bethleem[w] toto mundo claruit.

Theodosius annis XI. Sanctus Iohannes anachorita claruit. *Beda I. II.*

Archadius cum fratre Honorio annis XIII*. Iohannes Crisostomus[x] et Augustinus episcopi claruerunt.

*) *B* 1[b] *add.:* Hic sacra ossa Samuelis prophete de Iudea transtulit in Traciam.

a) Symmachus *A* 1; Simachus *B* 1[b]. b) Anthoninus *B* 1[b]. c) uno *A* 1. d) Anthoninus *B* 1[b]; Anthonius *B* 2. e) *sic omnes.* f) Allex. *B* 1[b] *saepe.* g) Phillippus *B* 2. h) Antonius *A* 1. i) Galienus *B* 2. k) Nouariana *B* 2. l) *sic h. l.* *A* 1. *B* 2; gallieno *B* 1[b]. m) Cypr. *B* 2. n) anno *B* 2. — unum *A* 1. o) Docleciaus *B* 1[b]; Dyoclet. *B* 2. p) ann̄ *B* 1[b]. q) syn. *A* 1. *B* 2. r) *om.* *B* 1[b]. s) *om.* *B* 2. t) Anthropomorphitarum *A* 1. u) Hil. *B* 1[b]. v) valentiano *B* 1[b]. w) Bethlehem *A* 1. x) Chrysost. *A* 1.

1) *Hunc auctor cum Maxentio, quem Beda II. filium Maximiani recte dicit, confudisse videtur.*

Beda I. et Isid. II. Honorius cum Theodosio minore annis XV. Cyrillus[a] Alexandriae episcopus claruit.

Beda II. et Prosp. Theodosius minor[b], Archadii filius, annis XXVI. Effesina[c] sinodus[d] Nestorium cum suis fautoribus Pelagianis damnat sub Celestino papa.

Beda I. *Marcianus annis VII. Calcedonense concilium sub Leone *p. 29. papa DCXXX patrum agitur.

Isid. II. et Beda I. Leo maior cum Leone minore annis XVII. Egiptus ab errore Dioscori[e] liberatur.

Beda I. et Isid. I. Zenon annis XVII. Corpus Barnabae apostoli reperitur, et Azephalorum[f] heresis oritur.

Anastasius XXVI annis. Fulgentius episcopus claruit.

Iustinus maior annis VIIII.* Azephalorum[f] heresis abdicatur.

Beda I. II. Iustinianus annis XXXVIIII. Huius sexto anno primus ciclus Dyonisii[g] inchoavit, dominicae incarnationis anno DXXXII.

Iustinus minor annis XI. Armenii fidem Christi susceperunt.

Tiberius[h] annis VI[i]. Erminigildus[k] rex Gothorum martirio coronatur.

Beda H. eccl. V, 24. Mauricius annis XXI. Gregorius papa Augustinum archiepiscopum cum monachis Britanniam[l] misit, ut genti Anglorum verbum Dei evangelizarent, dominicae incarnationis anno DXCVI.

Focas annis VIII. Angli-Saxones fidem Christi susceperunt.

Beda I. Eraclius annis XXXVI[m]. Iudei in Hispania christiani facti sunt.

Beda I. II. Eradonas[n] cum matre sua Martina annis II. Pirrus[o] regiae urbis episcopus a Theodoro papa damnatur.

Constantinus Eraclii filius menses VI. Paulus, Pirri[o] successor, ob eandem vesanam doctrinam damnatus est.

Constantinus Constantini filius annis XVII. Hic sextam sinodum[d] congregavit. Cuius rogatu Agatho papa misit in regiam urbem legatos suos, in quibus fuit Iohannes Romanae aecclesiae tunc diaconus[p], non longe post episcopus, pro adunatione facienda sanctae aecclesiae. Haec sexta sinodus[d] Constantinopolim acta est. Ubi affuerunt episcopi CL, presidente Georgio patriarcha urbis regiae et Machario urbis Anthiochiae[q]; et convicti sunt, qui unam voluntatem et operationem astruebant in Christo, falsasse patrum catholicorum dicta per plurima.**

DCCII.[r] anno dominicae incarnationis. Huc usque Beda[s].

*) *B 1[b] add.:* Huius sexto anno primus ciclus etc.

**) *B 1[b] add.:* Tagobertus rex Francorum monasterium in Wizenburck construxit anno Domini DCXXIII, regni sui XXIII[1].

a) Cir. *B* 1[b]. b) iunior *B* 2. c) Ephesina *B* 1b. 2. d) syn. *A* 1. *B* 2. e) dyoscori *B* 2. f) aceph. *B* 2. g) Dion. *B* 1[b]; Dionysii *A* 1. h) Tyb. *B* 2. i) *sic et Quedl.;* VII *Beda et Isid.* k) Ermingildus r. Gotthorum *A* 1; Erminigildis *B* 1[b]. l) Bryt. *A* 1. m) *sic et Quedl.;* XXVI *Beda.* n) *sic B* 1[b]. 2; Eradones *A* 1. o) Pyrr. *A* 1. p) dyac. *B* 2 *saepe.* q) Antiochiae *A* 1. r) *A* 2 *incipit:* Anno dominice incarnacionis DCC. II°, *ubi* Hucusque Beda *desunt.* s) *ab a.* 703. *incipit B* 1[a].

1) *Cf. Dagoberti diplomata spuria, Dipl. Mer. p.* 149 *sq.* 197 *sq., nr.* 31. 83.

ANNALES WEISSENBURGENSES.

ANN. DOMINI.	ROM.	FRANCORUM[1].	
DXXXIIII.	I.	XVII.	*Iustinianus*[a], *Iustini ex sorore nepos, ann. XXXVIII.*
DLXV.		XXXII.[b]	*[Hilpericus*[c] *rex Francorum regnat].*
DLXXII.	I.		*Iustinus minor ann. XI, menses X, dies XXI.*
DLXXXIII.	I.		*Tiberius Constantinus ann. VII.*
DLXXXVIIII.		VII.	*[Lotharius rex Francorum regnat].*
DXC.	I.		*Mauricius ann. XXI, menses IIII.*
DCXI.	I.		*Phocas ann. VIII.*
DCXVIIII.	I.		*Heraclius ann. XXVI.*
DCXXXIIII.		XVI.	*[Dagoberdus regnat in Francia]**.
DCL.	I.		*Heracleonas cum matre sua Martina ann. II.*
DCLII.	I.		*Constantinus filius Eraclii mens. VI.*
DCLIII.	I.		*Constans filius Constantini, qui in occidente occisus est in balneo, ann. XXVIII.*
DCLXXXI.	I.		*Constantinus sextae synodi*[d], *filius Constantini superioris regis, ann. XVII.*
DCXCVIII.	I.		*Iustinianus minor, filius Contantini, ann. X.*
DCCVII.	X.	I.	*Pippinus, filius Ansgisi, maior domus ann. XXVII.*

*) *In infer. marg. folii* 43, *quod a.* 649. *desinit, ad nullum annum add. manu C:* Clodoveus regnat in Francia.

a) *litteris inclinatis expressa manu A scripta sunt in cod., in quo nomina imperatorum et regum saepe primo eorum anno praescripta sunt.* b) *iam abhinc desunt anni regum Francorum, quia horum regum nomina demum manu B abhinc addita sunt.* c) *litteris inclinatis impressa et uncis inclusa manu B scripta sunt in c.* d) *sic c.*

1) *Quae praecedunt ab a.* 457. *usque ad a.* 532. *cum codice Bambergensi Chronicorum Gallicorum a.* 452. *convenientia vide edita a Theodoro Mommsen, Auct. antiq. IX, p.* 621 *sq.*

DCCV. *p. 33.

DCCVI.**

cf. Quedl. Alt. DCCVIII. Cůnrat[a] rex de Brittannia[b] Romam perrexit ibique[c] attonsus ac monachus factus in ieiuniis et precibus ad diem pervenit ultimum.

cf. ib. DCCX. Bibbinus[d] maior domus regni Francorum[e] perrexit in Alemanniam[f].

cf. ib. DCXII. Mortuus est Heriberdus[g] rex Longobardorum.

cf. Quedl. DCCXIIII. Mortuus est Bibbinus[h] maior domus; cui successit Karolus[i] *** filius eius.

ib. DCCXV. Mortuus est Dagoberdus[k] rex; fuitque pugna Francorum.

ib. DCCXVI. Pugnavit Karolus contra regem Ratbodum.

ib. *DCCXVII. Pugnavit Karolus contra Francos in dominica die ante pascha. *p. 34.

cf. Alt. Quedl. DCCXVIII. Vastavit Karolus Saxoniam plaga magna †.

cf. Quedl. Alt. DCCXVIIII. Occisio Francorum ad Suessionis[l] civitatem.

ib. DCCXX. Pugnavit Karolus contra Saxones.

ib. DCCXXII. Magna fertilitas facta est.

cf. Alt. DCCXXIII. Karolus[m] infirmatur.

Beda H. eccl. V, 24. IV, 26. *) *B* 1. 3[a]. *P. add.:* DCCV. Aldfridus rex Nordanimbrorum[n], filius Oswi fratris[o] sancti Oswaldi regis, obiit[p].

**) *B* 1. *P. add.:* DCCVI. Inicium monasterii sancti Petri in Erphesfurt[q], quod construxit Tagebertus rex Francorum in monte qui antea Merwigisburg[r] vocabatur, sed ab ipso Tageberto[s] Mons Sancti Petri nuncupatus[t] est[1]. [*P. add.:* et omnia quae habuit in Thuringia ad eum locum dedit monitu Trutmanni solitarii[2]].

***) Martellus *add. B* 1 *(in B* 1[b] *eadem manu superscr.). P.*

†) *B* 1. 2. *P. add.:* Sanctus Bonifacius ordinatur episcopus II. Kal.[u] Decembris[3].

a) *sic A* 2. *B* 3[a]; Cuonrat *B* 1[a]; Cunrat *A* 1. *B* 2; Courat *B* 1[b]. b) *sic B* 2. 3[a]. *Vita Lulli;* Britannia *A* 1. 2. *B* 1. c) ibique — ultimum *om. B* 1 *(in B* 1[b] *manu saec. XVI ex. — XVII. ex ed. suppl.).* 3[a]. d) Bippinus *B* 3[a]; Pippinus *B* 2 *solus (in B* 1[b] *posterior manus* Bibbin. *nonnusquam mutavit in* Pibbin. *vel* Bippin. *vel* Pippin.). e) frautie *B* 2. f) Alemaniam *A* 1[a]. *B* 1. g) Heribridus *B* 1[b]; Eriberdus *B* 2; Heribertus *B* 3[a]. h) Bippinus *A* 1; Pippinus *B* 2. i) Carol. *semper usque ad a.* 800. *A* 1. 2. k) Dagobertus *B* 1. 2. l) Suessonis *A* 1. 2. m) Kar. inf. *om. A* 1. 2. n) nordanambrorum *B* 1[b]. o) fil. oswifris *B* 1[b]. p) *deest P.* q) Erphesfurdt *B* 1[b]. r) Merwigisburgk *B* 1[b]; Merruigisburg *P.* s) Tagaberto *B* 1[b]. t) nunccup. *B* 1[b]. u) kalendas *B* 1[a].

1) *Cf. additamentum codicis Ekkehardi Gothani* (*B* 3[a]), *SS. III, p.* 33, *n.* b, *a nobis inter Annales Erphordenses edendum.* 2) *Cf. Ann. Reinhardsbr. exc. ed. C. Wenck, 'Entstehung der Reinhardsbr. Geschichtsb.' p.* 85. 3) *Haec ex Willibaldi Vita Bonifatii c.* 7, 21. *falso ad hunc annum.*

*SS. III, p. 33. *DCCVIII. I. II. *Leontius ann. III.* Cuonrat[a] rex de Brittannia Romam perrexit ibique attonsus ac monachus factus in ieiuniis et precibus ad diem pervenit ultimum[1]. *Beda H. eccl. V, 19. 24.*

Eodem anno mortuus Druogo[b]. *Mos. cf. Quedl.*

DCCVIIII. II. III. Durus et deficiens fructus fuit. *Mos. cf. Quedl. Alt.*

DCCX. III. IIII. Bibbinus rex perrexit in Alamannia. *Mos.*

DCCXI. I. V. *Tiberius, qui et Absimarus, ann. VII.* Aque inundaverunt valde. *ib. cf. Quedl. Alt.*

DCCXII. II. VI. Mortuus est Heribertus rex Langobardorum. *Mos.*

DCCXIIII. IIII. VIII. Mortuus est Pippinus rex; post quem regnavit Karolus filius eius annis XXVII. *ib. Chr. Laur.*

DCCXV. V. VIIII. Dagobertus rex moritur; fuitque pugna Francorum. *Mos.*

DCCXVI. VI. X. Pungnavit[c] rex Karolus contra regem Ratbodum. *ib.*

*p. 34. *DCCXVII. VII. XI. Pugnavit Karolus contra Francos in dominica die ante pascha. *ib.*

DCCXVIII. I. XII. *Iustinianus secundo cum Tiberio filio ann. VI.* Vastavit Karolus Saxoniam plaga magna. *ib.*

DCCXVIIII. II. XIII. Occisio Francorum ad Suessiones civitatem. *ib.*

DCCXX. III. XIIII. Pugnavit Karolus contra Saxones. *ib.*

DCCXXII. V. XVI. Magna fertilitas facta est.

DCCXXIII. VI. XVII. Duo filii Drugonis ligati, et Karolus infirmatur.

a) *omnia solitis litteris expressa, quibus nihil adnotatum est, manu E scripta sunt in c.*
b) Druggo *radendo corr.* Druogo *c.* c) *sic c.*

1) *Ad a.* 709. *habet haec Beda Hist. eccl. V,* 24.

DCCXXV. Karolus perrexit Andegavis.

cf. Quedl. Ott. DCCXXVII. Sanctus Egbertus[a] migravit ad Christum.

cf. Quedl. DCCXXVIIII. Cometae stellae apparuerunt.

ib. DCCXXXI. Karolus vastavit ultra Liguram[b].
cf. Q. A. O. DCCXXXII.[c] Karolus pugnavit contra Sarracenos.
ib. DCCXXXIII. Eclipsis[d] facta est solis.
ib. DCCXXXIIII. Karolus perrexit in Fresiam.

ib. DCCXXXV. Karolus vastavit Wascones.
ib. DCCXXXVI. Beda nobilis et preclarus doctor obiit[1]. Inicium Herveldensis monasterii.

ib. DCCXXXVIII. Karolus[e] pugnavit contra Sarracenos[f] in Gothia[2].
ib. DCCXXXVIIII. Karolus Saxoniam iterum intravit et fecit eos tributarios.

ib. DCCXL. Karolus Provinciam intravit usque in Massiliam.
cf. Quedl. Ott. *DCCXLI. Karolus obiit[g] maior domus regni Franco- *p. 35.
Chr. Laur. rum; cui successerunt Karlmannus[h] et Bibbinus[i], filii eius.
cf. Alt. Inicium Altahensis monasterii.

a) Egebertus *B* 1[b]. b) liguriam *B* 3[a]. c) DCCXXXII. — Sarracenos *om.* *A* 1. 2. d) Ecl. — solis *om.* *A* 1. 2. e) Corolus *h. l.* *A* 1. f) Sarac. *A* 1. 2. g) obit *B* 1[b]. h) Carlmanuus *A* 1. 2; Ka$\overset{\text{o}}{\text{r}}$lmannus *B* 2. i) bibinus *B* 1[a] *h. l.*; Pippinus *B* 2.

1) *Haec Ann. Quedlinb. et Altah. ad a.* 735. *ex Bedae app. recte habent.* 2) *In Ann. Mosell. et Lauresham. Bedae obitum ad a.* 731. *adnotant.* *Ann. Quedlinburg. et Altah. recte ad a.* 737. 738. 739, *ut in Ann. Mosell. et Lauresham. relata sunt, quae Lampertus, Ann. Weissenb. et Ottenburani ad a.* 738. 739. 740. *habent. Sed cum hi conveniant, in exemplari Ann. Hersfeldensium ab eis exscripto haec iam falsis annis adscripta fuisse et excidisse patet quae Ann. Quedlinb. et Altah. ad a.* 740. *habent.*

DCCXXIIII. I. XVIII. *Philippicus, qui et Bardanicus, ann. II, mens. VI.*

DCCXXV. II. XVIIII. Karolus perrexit Andegavis[1]. *Mos.*

DCCXXVI. I. XX. *Anastasius, qui et Artemius, ann. III.*

DCCXXVII. II. XXI. Sanctus Egbertus migravit ad Christum. *Beda H. eccl. V, 24.* 729.

DCCXXVIIII. I. XXIII. *Theodosius ann. I.* Cometae stelle apparuerunt. *ib.*

DCCXXX. I. XXIIII. *Leo Isaurus ann. VIIII, mens. II, dies XIIII.*

DCCXXXI. II. XXV. Karolus[a] vastavit ultra Ligoram. *Mos.*

DCCXXXII. III. XXVI. Karolus pugnavit contra Sarecenos[b]. *ib.*

DCCXXXIII. IIII. XXVII. Eclipsis solis facta est. *Bedae App.*

DCCXXXIIII. V. I. *Karlus maior domus, Pippini ex Alfeida filius, ann. VII.* Karolus perrexit[c] in Fresiam. *Mos.*

DCCXXXV. VI. II. Karolus vastavit Wascones. *ib.*

DCCXXXVI. VII. III. Beda nobilis et preclarus doctor obiit. *Bedae App.* 735.

DCCXXXVII. VIII. IIII. Initium Herveldensis monasterii[2].

DCCXXXVIII. VIIII. V. Karolus pugnavit contra Saracenos in Gothia. *Mos.*

DCCXXXVIIII. I. VI. *Constantinus persecutor ann. XXXV.* Karolus Saxoniam iterum intravit et fecit eos tributarios. *ib. Chr. Laur.*

DCCXL. II. VII. Karolus Provinciam intravit usque in Massaliam. *Mos.*

*p. 35. *DCCXLI. III. I. *Pippinus filius [Karoli[d]] cum fratre Karlomanno ann. VII, solus XX et dim.* Karolus moritur XX°IIII° regni sui anno. *Lauresh.*

a) Kar. — ligoram *in loco raso, et eadem iam ad a.* 730. *post* dies XIIII *scripta erant, sed ibi erasa sunt in c.* b) *sic c.* c) perr. in fr. *alio atram., sed eadem manu (E) in loco raso.* d) *vox erasa, quae iam legi nequit in c.*

a) Burco *B* 1. b) temprabat *B* 1[a]. c) *sic B* 3[b]; Lupoldus *h. l. A* 1. *B* 1. 2. d) Moguntinus *A* 1. 2. *B* 2; Moguntin *B* 1[c]. e) Decembres *A* 1. f) monumentum *A* 1. 2. g) Moguncia? *A* 1. *B* 1[c]. h) Sigefr. *B* 1. 2. 3[b]. i) obt. *A* 1. 2. *B* 2. k) nat *B* 1[a]. 3[b]; nativitatem *B* 1[b]. 2. l) syn. *A* 1. 2. *B* 1. m) *om. B* 1[b]. 2; se hil quibus indicta erat *B* 1[a]. n) Sitto *A* 1. 2; Sizo *B* 2. o) Rucberdus *A* 1; Richbertus *B* 1. 2. p) Cunradus *A* 1. *B* 1[a]. 2. q) *om. B* 1. r) *sic A* 1; obiit, cui Einhart (Emhart *A* 2) successit *A* 2. *B* 1. 2. s) *haec (— p. 78, l. 27) habet B* 3[b].

1) *Fuit etiam consobrinus Annonis. Quod Lampertum ignorasse non credes, cum omnium quae ad Annonem spectant optime gnarus fuerit. Tamen eius cognatos episcopos ordinatos esse non adnotavit. Quid mirum?* 2) *A.* 1060, *cum rex epiphaniam Ottingae celebraret; Ann. Altah. p.* 55; *Marian. Scottus, SS. V, p.* 558. 3) *Frisingae potius. Cum Wormatiae synodus in nativitate Domini celebranda indicta esset, Lamp. in errorem ductus est, ut regem ibi tunc moratum esse crederet; Bresslau, 'Konrad II.' II, p.* 428; *Meyer v. Knonau l. l. I, p.* 157, *n.* 75. 4) *De diebus emortualibus horum trium vide Meyer v. Knonau l. l. I, p.* 201 *sq., n.* 67—69. 5) *Bela fuit frater Andreae, quod Lamp. nescivit. Haec omnia de bello Ungarico ad a.* 1060. *pertinent. Cf. Ann. Altah. p.* 56 *sq.; Berthold., SS. XIII, p.* 731. *V, p.* 271; *Ann. Poson., SS. XIX, p.* 572; *Auct. Zwetl. (ad a.* 1054*), SS. IX, p.* 539. 6) *Anastasiam filiam Iaroslavi principis Russiae.*

1060. filium Salomonem, cui imperator filiam suam[1], parvulo parvulam[a], desponderat, cum multis opibus ad regem Heinricum[b] transmisit, petens, ut et sibi misso exercitu subveniret et suos, *donec rebus tranquillitas redderetur, *p. 16 servaret[2]. Rex Willihelmum[c] marchionem Thuringorum et Epponem Citicensem episcopum cum duce Boemorum[d, 3] et exercitu Baioarico illuc misit. Sed marchio et episcopus priores Ungariam ingressi, non expectato[e] duce Boemorum[d], cum Bele signa contulerunt atque infinitam multitudinem Ungariorum peremerunt. Deinde cum ex[f] omni parte Ungarii ad ferendum suis auxilium frequentes confluxissent, videntes missi regis tantae multitudini se numero et viribus impares esse, finibus hostium excedere volebant. Verum illi loca omnia, per quae exitus esse poterat[g], occluserant, tum, ne quid cibi aut potus in via[h] reperiretur, providerant. Cumque insuper abeuntes crebra incursione infestarent, et illi semper periculum virtute propulsantes magnas hostium strages darent, tandem diuturna cede exhaustis viribus, Andreas equo forte excussus pugnantium pedibus est conculcatus, episcopus captus, marchio fame magis quam ferro expugnatus se dedidit. Cuius virtus tantae admirationi apud barbaros fuit, ut Ioas[4] filius Belis, pro illius tum[i] gentis moribus haud[k] desperatae indolis adolescens, ultro patrem exoraret, non modo ut eum
1061. iure belli intactum sineret, sed etiam ut affinitate sibi iungeret desponsata[l] ei filia sua[5], sorore[m] Ioiade[6].

Imperatrix ducatum Baioariae, quem post mortem Cuonradi[n] filii sui usque ad id tempus per se ipsam

a) paruula *B* 1a. b) Henricum *h. l.* *A* 1. c) Vuilehelmum *A* 1; Wilhelmum *B* 2: Willehelmum *B* 3b. *S.* d) Bohemorum *B* 2. e) expecto *B* 1b. f) *om.* *B* 3b. g) poterant *B* 1b. 3b. h) in via *om.* *B* 1b. i) cum *A* 1; i. turgentis mor. *B* 1b. k) haut *B* 3b. l) desponta *B* 1b. m) *om.* *B* 1b. n) Cunradi *A* 1. *B* 2.

1) *Iudith, ab Ungaris Sophiam vocatam, quam non Heinricus III, ut etiam Simon de Keza eiusque assentatores (SS. XXIX, p.* 542*) fabulantur, sed imperatrix a.* 1058. *Salomoni desponsavit. Cf. Steindorff l. l. II, p.* 154, *n.* 4; *Meyer v. Knonau l. l. I, p.* 93, *n.* 79. 2) *Verum harum rerum ordinem, quem Lamp. aliquantum perturbavit, exposuit Meyer v. Knonau I, p.* 189 *sqq., qui optimo sane iure (n.* 42*) hanc Lamperti relationem ea annalistae Altahensis longe inferiorem censet.* 3) *Spitigneo II.* 4) *Geisa, cuius nomen Lamp. in hoc Hebraicum vertit.* 5) *Sophia. Cf. Ann. Altah. a.* 1061, *p.* 58. 6) *Hoc loco, ut etiam bis infra a.* 1074. 1075, *Lamp. Geisae nomen in alteram formam Hebraicam vertit, nam et Ioas et Ioiada sunt nomina Hebraica in Vulgata saepissime occurrentia; cf. supra p.* 5, *l.* 19. *Non nomen filiae fuisse Ioiadae primus Wedekind, 'Noten' I, p.* 188 *sqq. docuit.*

1061. administraverat[1], Ottoni[2] dedit, videns eum virum industrium et iuvandis regni negociis satis oportunum.

1060? *(Id. 27).* Heinricus[a] palatinus[b] comes Luthariorum uxorem suam[3] manu propria interfecit, et sic tandem publicata evidentius infestatione demonis, quam diu dissimulaverat, missus est in monasterium Efdernachen[c], ibique diuturna vexatione consumptus interiit.

1062. MLXII. Willihelmus[d] marchio reversus in Thuringiam, dum redire in Ungariam et sponsam suam cum magna opum suarum ostentatione adducere pararet, inter eundum secunda mansione morbo correptus obiit[4]. Sponsam eius Ǒdalricus[e] marchio Carentinorum[5], cognatus eius, accepit; marcham Otto frater eius optinuit[f]. Sed is beneficia Mogontini[g] episcopatus aliter optinere[h] non potuit, nisi promitteret decimas se de suis in Thuringia possessionibus daturum et caeteros Thuringos, ut idem facerent, coacturum[6]. Quae res multorum malorum seminarium fuit, detestantibus omnibus Thuringis factum eius et asserentibus mori se malle quam patrum suorum legittima[i] amittere.

Imperatrix, nutriens adhuc filium suum, regni negocia per se ipsam curabat, utebaturque plurimum consilio Heinrici[a] Augustensis episcopi[7]. Unde nec suspicionem incesti amoris effugere potuit, passim fama iactitante[8], quod non sine turpi commercio in tantam coaluissent[k] familiaritatem. Ea res principes[l] graviter offendebat, videntes scilicet, quod propter unius privatum amorem sua, quae potissimum in re publica valere debuerat, auctoritas pene oblitterata fuisset. Itaque

a) Heur. *A* 1. b) comes pal. *B* 1b. 2, *corr.* pal. comes *B* 1b. c) Eudernachen *B* 2; Endernachen *B* 1; Enderuachense *N*. d) Wilhelmus *A* 1. *B* 1c; Willehelmus *B* 3b *in schedula assuta, ubi haec —* accepit *(l. 13) integra descripta sunt, sed f. 85'.* Willihelmus marchio Thuringorum obiit, *quae post deleta sunt, ubi sequuntur* Marcham — amittere *(l. 13—20).* e) Udalricus *A* 1. *B* 1c. 2. f) obt. *A* 1. *B* 1c. 2. g) Moguntini *B* 2. h) obt. *A* 1. *B* 1b. 2. i) legitima *A* 1. *B* 3b. k) coaluisset *B* 2. l) *om. B* 1a.

1) *Cf. supra a.* 1056, *p.* 70. 2) *De Northeim.* 3) *Mathildam. Haec ad a.* 1060. *pertinere videntur. Cf. supra p.* 51, *n.* 2. 4) *Eius obitum Ann. Altah. p.* 58. *iam ad a.* 1061. *referunt.* 5) *Carniolae et Istriae (cf. Meyer v. Knonau l. l. I, p.* 188 *sq., n.* 41*). Qui fuit filius Popponis comitis, fratris Willehelmi. Cf. Ann. Saxo a.* 1062, *p.* 693. 6) *Cf. Ann. Saxo a.* 1060, *p.* 693; *Ausfeld p.* 39 *sqq.* 7) *Cf. Berthold. a.* 1058, *SS. XIII, p.* 731. *V, p.* 270. 8) *Eisdem verbis Lamp. infra a.* 1077. *utitur, cum eundem falsum rumorem de Gregorio VII. et Mathilda comitissa ortum esse referat. Cf. epist. clerici Babenbergensis, Sudendorf, Registrum II, p.* 14, *nr. XI; Sigeb. Chron. a.* 1062, *SS. VI, p.* 364.

1062. indignitatem rei non ferentes, crebra conventicula facere[1], circa publicas functiones remissius agere, adversus imperatricem populariuin animos sollicitare, postremo omnibus modis niti, ut a matre puerum distraherent et regni administrationem in se transferrent. Ad ultimum Coloniensis episcopus, communicatis[a] cum Ecberto[a*] comite et cum Ottone duce Bawariorum[b] consiliis[c], navigio per Renum[d] ad locum qui dicitur Sancti Suitberti[e] insula (Apr.) venit[f]. Ibi tum[g] rex erat. Qui dum quadam die post solemnes[h] epulas factus fuisset hilarior, hortari eum episcopus cepit, ut navim quandam suam, quam ad hoc ipsum miro opere instruxerat, spectatum procederet. Facile hoc persuasit puero simplici et nihil minus *quam *p. 163 insidias suspicanti. Cumque navim ingressus fuisset, stipantibus eum his, quos episcopus factionis suae socios ac ministros paraverat, repente remiges insurgunt, remis incumbunt, navim dicto cicius in medium fluminis impellunt. Rex nova rerum facie confusus incertusque animi, nec aliud quam vim et necem sibi paratam arbitratus, in flumen se precipitem dedit; ciciusque eum aqua violentior suffocasset, nisi Ecbertus comes dato post eum saltu periclitantem, ipse quoque non minimum periclitatus, vix et aegre morti eriperet et navi restitueret. Exin[i] blandiciis[k] quibus poterant delinitum Coloniam perducunt. Caetera multitudo per terram subsequitur, criminantibus plurimis, quod regia maiestas violata suique impos facta foret. Episcopus, ut invidiam facti mitigaret, ne videlicet privatae gloriae pocius quam communis commodi ratione haec admisisse videretur, statuit, ut episcopus quilibet, in cuius diocesi rex dum[l] temporis moraretur, ne quid detrimenti res publica pateretur, provideret et[m] causis, quae ad[n] regem delatae fuissent, potissimum responderet[2]. Imperatrix nec filium sequi nec iniurias suas iure gentium expostulare voluit,

a) communicato *B* 1. 2. a*) Egberto *B* 2. b) *sic h. l. A* 1. *B* 1; baioariorum *B* 2. c) consilio *B* 2 *solus.* d) *sic h. l. omnes.* e) Sunitberti *B* 1b; Suuiberti *post corr.* Suutberti *B* 1a; Swittberti *B* 2. f) venerunt *B* 1b. g) cum *A* 1. *B* 1; tunc *B* 2. *H.* h) sollemnes *B* 1b; solempnes *B* 2 *plerumque.* i) Exinde *B* 1b. k) bladiciis *A* 1. l) tunc *A* 1. m) et — responderet *om. B* 1b. n) c. quoad *B* 1a.

1) *Haec verba, quae Lamp. saepissime scripsit (Dieffenbacher p.* 55 *sqq.), hoc loco etiam Ann. Altah. p.* 59. *habent:* crebra conventicula faciebant. 2) *Hoc, quod verum non est, ipsum Lamp. in Instit. Herveld. refellisse monuit Meyer v. Knonau I, p.* 288, *n.* 100. *Ibi enim Lamp. recte retulit Annonem cum rege regni gubernacula suscepisse. Cf. etiam infra a.* 1063, *p.* 87. 88, *n.* 4; *a.* 1066, *p.* 102.

sed in propria recedens[a], privata[b] deinceps aetatem 1062. agere proposuit. Nec multo post tedium passa erumnarum seculi, domesticis quoque erudita calamitatibus, quam cito et velociter exsufflante spiritu Dei exsiccetur *Is. 40, 7.* fenum temporalis gloriae, cogitavit seculo renunciare; statimque ad explendum quod cogitaverat preceps abisset, nisi in ea impetum spiritus amici maturioribus[c] consiliis inhibuissent.

MLXIII. Rex natalem[d] Domini Goslariae cele- *Dec. 25.* bravit[1]. Ubi ipsa die, dum ad vesperam sellae episcoporum locarentur, inter camerarios Hecelonis[e] Hildenesheimensis[f] episcopi et camerarios Wideradi Fuldensis abbatis gravis concertatio oborta est, et primo iurgiis, dein[g] pugnis res gesta est, citoque ad gladios prorupissent, nisi[h] Ottonis ducis Baioariorum[2], qui causam abbatis tuebatur, auctoritas[i] intercessisset. Causa vero talis erat. Consuetudo[k] erat in regno per multos retro maiores observata, ut semper in conventu[l] episcoporum abbas Fuldensis archiepiscopo Mogontino[m] proximus assideret[3]. Sed episcopus causabatur neminem sibi intra[n] diocesim suam post archiepiscopum debere preferri, animatus ad hoc et opum gloria, qua[o] antecessores suos longe supergrediebatur, et temporis oportunitate, quia rege adhuc in puerilibus annis constituto singuli quod sibi animus suggessisset facere impune[p] poterant.

Gerhardus[q] papa, qui et Nicolaus, obiit. In cuius 1061. *(Iul. 19?).* locum per electionem regis et quorundam principum 1062. Parmensis episcopus[4] substitutus est et Romam per Buc- *(Oct. 28).* conem Halberstadensem episcopum missus[5]. Cui redeunti

a) decedens *B* 2. b) privata *B* 1[a]. 2; private *P*. c) *om.* *B* 2. d) nat *B* 1[a]; nativitatem *B* 1[b]. 2. e) Heczelonis *B* 2. f) Hildenesheim men. *A* 1; Hilden *B* 1; Hildemen *B* 2. g) deinde *A* 1[a]. *B* 1[b]. 2. h) ni *B* 1[a]. i) non *add.* *B* 1. k) conswetudo erat *post* maiores *B* 1[b]. l) connentu *B* 1[b]. m) Moguntino *A* 1. n) inter dyoc. *B* 1[b]; caus. quod intra dyoc. suam post arch. nem. sibi debere *B* 2. o) quia *B* 1[a]. p) inpune *B* 1[b]. 2. q) Gerardus *A* 1.

1) *Potius Frisingue (cf. Meyer v. Knonau I, p.* 305, *n.* 35*). Sequentia quidem tunc Goslariae gesta sunt, sed haec in synodo provinciali, Sigefrido archiepiscopo praesidente, non rege Goslariae praesente acta esse idem p.* 328 *(cf. p.* 664 *sqq.) censet. Monachus Hersfeldensis in Libro de unitate ecclesiae II,* 33, *Libelli II, p.* 259, *qui cum Lamperto concordat, hunc annalium locum exscripsit.* 2) *Hic in synodo provinciali Goslariae tunc affuisse non credendus est. Cf. Meyer v. Knonau I, p.* 668. 3) *Cf. Busson in 'Mittheil. d. Inst. f. österr. Gesch.' II, p.* 35 *sqq.* 4) *Cadalohus.* 5) *Mirum in modum Lamp. res gestas et temporis ordinem earum perturbavit. Nicolao II. a.* 1061, *Iul.* 19 *(aut* 27*?) defuncto, Anshelmus episcopus Lucensis electus est Oct.* 1. *a parte Hildebrandi, tum*

1063. pro premio bene curatae legationis pallium dedit et alia quaedam archiepiscopatus insignia[1]. Quod archiepiscopus Mogontinus[a] ad obfuscandum sui prioratus fastigium factum interpretatus, indignissime tulit[2]. Sed per archiepiscopi Coloniensis interventum satisfactione ac- *cf. Esth. 7, 10. Ez. 24, 13.* cepta[3], quievit indignatio eius.

Iun. 8. Rex pentecosten[a*] Goslariae celebravit. Ibi[b] dum *Iun. 7.* ad vespertinalem sinaxim rex et episcopi convenissent, rursus de positione sellarum episcopalium tumultus exoritur, non fortuita, ut prius, concursione[c], sed premeditata diu machinatione. Nam episcopus Hildenesheimensis[d], acceptae prius contumeliae memor, Ecbertum comitem cum expeditis militibus retro altare occuluerat[e]. Hi audito tumultuantium camerariorum strepitu ocius advolant, Fuldensium[f] alios pugnis, alios fustibus cedunt, prosternunt[g] et de sacrario aecclesiae inopinato periculo attonitos facile proturbant[h]. Quibus ilico[i] ad arma conclamantibus, Fuldenses, quibus arma in promptu erant, facto grege aecclesiam irrumpunt, in medio chori psallentiumque fratrum manus conserunt, rem non iam fustibus, sed gladiis *gerunt. Pugna atrox *p. 164. committitur, atque per totam aecclesiam pro ymnis[k] et canticis spiritualibus vociferatio adhortantium et ululatus[l] morientium exauditur. Super altaria Dei tristes iugulantur hostiae, passimque per aecclesiam sanguinis currunt flumina, non legali, ut quondam, religione[m], sed hostili crudelitate profusa. Episcopus Hildenesheimensis[n], capto ediciori loco, tamquam militari quodam classico suos, ut fortiter preliarentur, hortabatur, et ne loci[o] religione[m] ab armis terrerentur, suae auctoritatis et permissionis[p] titulum obtendebat. Multi utrimque vulnerati, multi occisi sunt, inter quos precipui erant Reginbodo[q]

a) Moguntinus *A* 1. *B* 2. a*) penthec. *B* 1[b]. 2. b) Ubi *B* 2. c) conuersione *A* 1. d) Hildehemeñ *B* 2. e) occultauerat *B* 1. f) Fuld. alios *bis scr.* *B* 1[a]. g) prosterunt *B* 1[b]. h) perturbant *B* 1. i) illico *B* 2 *saepe.* k) hymnis *A* 1. l) ululancium *B* 1[a]. m) relligione *A* 1. n) Hildeneshemeñ *B* 2. o) loca *B* 1[a]. p) promissionis *A* 1. 1[a]. q) Regenbodo *A* 1; Reginboto *B* 2; Reinbodo *S*.

Oct. 28. a rege Cadalohus nuncupatus est papa. Tum rege imperatrici erepto a. 1062, *Oct. a principibus, Annone auctore, Bucco in Italiam missus est, qui litem pontificum diiudicaret. Hic Anshelmum appellavit pontificem. Cf. infra a.* 1064. 1) *Alexander II. (Anshelmus), non Cadalohus. Jaffé nr.* 4498, *d. d.* 1063, *Ian.* 13. 2) *Cf. Sigefridi epist., Cod. Udalr. nr.* 28, *Jaffé, Bibl. V, p.* 55 *sq.; Meyer v. Knonau I, p.* 307 *sq.* 328, *n.* 42. 3) *Cf. infra p.* 89, *n.* 5.

1063. *Iun. 7.*

signifer Fuldensis[1] et Bero, Ecberto comiti miles[a] carissimus. Rex inter haec vociferans et sub obtentu regiae maiestatis populum[b] adiurans surdis fabulam narrare videbatur. Tandem monitus a suis, ut vitae propriae pugna excedens consuleret, vixque[c] inter constipatam arcius[d] multitudinem eluctatus, in palacium se recepit. Hildenesheimenses[e], qui instructi premeditatique ad pugnam venerant, superiores efficiuntur. Fuldenses, utpote quos inermes inopinatosque subito exortae sedicionis procella contraxerat, fusi fugatique atque[b] de aecclesia expulsi sunt. Fores ilico obserantur. Fuldenses, qui primo tumultu ad arma tollenda paulo[f] longius discurrerant, frequentes armatique assunt[g], atrium aecclesiae occupant, aciem instruunt, ut de aecclesia progressos statim adoriantur. Sed nox concertationem diremit. Postero die severissime habita questione, Ecbertus *Iun. 8.* comes facile crimen removit, non tantum iuris et legum patrocinio, quantum favore et indulgentia regis, cuius patruelis erat[2]. Totum accusationis pondus in abbatem versum est. Hunc inquiunt omnium quae acciderant caput fomitemque fuisse, hunc[h] ad disturbandam quietem regiae curtis premeditato furore venisse; argumento rei esse, quod tanta vi[i] hominum, tanta bellici apparatus pompa instructus, nullo periculi metu urgente, eo venisset[k]. Tum vero urgebat et ille apostolicae sanctitatis ac Mosaicae[l] mansuetudinis episcopus, qui tanti sanguinis effusione manus suas Deo consecraverat et violatae aecclesiae iniurias truculentius atque inmitius quam rex suas persequebatur. In quorum corpora prius ferro debachatus fuerat, ad perimendas horum animas gladio spiritus modo[m] fulminabat, precidens tam defunctos quam eos qui cedi superfuerant de corpore aecclesiae. Abbatem preter acerbitatem rei[b], quae acciderat, odium quoque gravabat nominis monachici[n], quod inveterata malicia homines seculi semper obfuscare atque obprimere[o] conabantur[p]. Sic undique impetitus, obpugnatus[q], obpressus[r], post tot tantasque contumelias

a) char. miles *A* 1. b) *om.* *B* 2. c) vix *B* 1b. d) arctius *A* 1. e) Hildeneshem. *B* 1b. 2. f) *om.* *B* 1b. g) adsunt *A* 1. h) Hic *B* 1a. i) in *B* 1a. k) urg. cōuenisset *B* 1a. l) mosayce *B* 1b. m) *om.* *B* 1a. n) monachi *B* 1. 2. o) oppr. *A* 1. *B* 1b. 2. p) conantur *B* 2. q) oppugn. *B* 2. r) oppr. *B* 1b. 2.

1) *Cf. Ann. necr. Fuld. a.* 1063, *SS. XIII, p.* 215: Reginbodo et Wignand com.; *Meyer v. Knonau I, p.* 330. 2) *Cf. supra a.* 1057, *p.* 71, *n.* 3.

1063. (Iun.) privatus abscessisset, nisi, quem nec lex nec innocentia tueri poterant, pecunia tutata fuisset. Nam distractis ac dilapidatis rebus Fuldensis monasterii se suosque carissimo mercimonio redemit. Quantum regi, quantum auriculariis, quantum episcopo datum sit, haut[a] satis certo comperimus[1]. Cautum enim fuerat, ne passim vulgaretur. Hoc haut[a] dubio constat, sic ea tempestate exhaustas atque attritas esse illius monasterii opes, quae usque ad id temporis florentissimae erant cunctisque Galliarum aecclesiis eminebant[b], ut modo ibi prioris opulentiae vix monimenta reperias.

Abbas post haec accepta licentia Fuldam remeavit, amaro et confecto nimis super tantis calamitatibus animo. Et ecce, ibi acerbiori pene rerum asperitate excipitur, et secundum prophetae[c] elogium, fugiens *Iob 20, 24.* arma ferrea, incidit in arcum ereum. Fratres Fuldenses a principio austerum eius et minus quam decuit populare ingenium offenderat[d]. Auxit ipse invidiam et facem non minimam emulationi[e] subdidit predia aecclesiae militibus improbe erogando[f] et victualia fratrum, priorum abbatum liberalitate statuta, minuendo. Murmurabant de his quottidie[g] et intestinis simultatibus quaciebatur monasterium. Tolerabantur tamen timore magis quam amore, ne scilicet inmature vulgata querimonia favor regis et principum eum tuerentur. At ubi nuncius acceptae in Goslaria cladis Fuldam venit, tum vero et[h] recentis vulneris dolore et preteritorum memoria accensi fremere omnes et se vicissim hortari[i], ut tantam temporis commoditatem divinitus oblatam non[k] negligerent; agendo negocio nihil preter operam industriamque suam *deesse[l], urgeri hominem propriis ini- *p. 165 quitatibus ad interitum; agerent nunc singuli pro virili portione et se suumque monasterium liberarent acerrimo, non patre, sed hoste, qui Fuldense nomen, caelo prius equatum, probro nunc ludibrioque cunctis exposuisset.

a) haud *A* 1. *B* 2. b) imminebant *B* 2. c) proph'ie *B* 1ª. d) offenderant *A* 1. e) emulacione *B* 2. f) erongando *B* 1ª. g) *sic B* 2, *ut V. Lulli semper;* quotidie *A* 1; cottidie *B* 1. h) *om. B* 1ᵇ. i) cepere *add. B* 2. k) *om. B* 1ª. l) esse *B* 1ª.

1) *De iudicio Lamperti iniquo in regem, iniquo in episcopum Hildesheimensem in hac narratione vide L. v. Ranke, 'Sämmtl. Werke' LI, p.* 132*; Delbrück p.* 16*; L. Rockrohr, 'Die letzten Brunonen' p.* 24*, qui bene monet pecuniam datam esse ab abbate pro multa commissi et in compensationem damni, non ut rex atque alii corrumperentur (cf. infra p.* 86*, l.* 4—6*); Meyer v. Knonau I, p.* 666.

Sic inflammatae sedicioni tamquam oleum igni addidit 1063. (Iun.) iniuria recentior. Reginbodo[a], qui in illa Goslariensi congressione occubuerat, equum unum magni precii fratribus Fuldensibus ob recordationem animae suae dederat[b, 1], quem protinus abbas, ipsis inconsultis, laico cuidam dedit. Hunc efferatis animis, intemperatissimis clamoribus fratres repetunt; diu se tirannidem[c] eius magis quam dominatum servili pacientia tulisse, non ultra laturos fore; redderet ocius per vim erepta sibi alienae liberalitatis[d] beneficia. Si cunctaretur, non iam[e] clandestinis[f] musitationibus se acturos, sed palam aditis tribunalibus divinam et humanam opem contra violentiam eius imploraturos. Abbati pondus malorum primo consilium respondendi ademerat; dein[g] totus ad preces lacrimasque versus, orare et obtestari per Deum, ne iuxta vetus proverbium ignem gladio scrutarentur[2], ne Goslariensis contumeliae vulnus recens adhuc et necdum in cicatricem obductum novis doloribus exulcerarent; memorarentur[h] calamum[c] conquassatum[i] non conterendum, Is. 42, 3. nec linum fumigans in favillas cineresque redigendum; parcerent, si minus existimationi propriae, at[k] calamitati eius et[k] miseriae, quae tanta esset, ut hostibus quoque[l] suis lacrimas[m] excutere posset; se, si angelus Domini persequens eum paululum remisisset, si Ps. 34, 6. ab tantis malis vita comite unquam[n] respirasset, non modo adempta redditurum, sed duplicatis quoque muneribus cumulaturum. His qui aetate et sensu maturiores erant cito haec verba satisfecerant[o]. Sed iuventus more suo nihil veniae, nihil laxamenti admittebat; diu simplicitati suae per mollia verba insultatum fuisse; fidem eius tanto tempore, tot rebus spectatam ultra[p] fallere non posse; eos mores, eam improbitatem[q] hominis esse, quicquid urgentibus inpresentiarum malis non fecisset, id, nisi iterum vis[r] adhiberetur, perpetuo infectum fore; propterea se ab[s] iure suo non cessuros esse, donec ad expugnandam animi eius duriciam omnia divi-

a) Reginboto *B 2*. b) dederit *A 1*. c) tyr. *A 1. B 2 saepe*. d) libertatis *B 1a*. e) *om. B 1a*. f) clamdest. *B 1*. — mussit. *A 1*. g) Deinde *B 1b*. h) memorentur *B 2*. i) quassatum *B 1b*. k) ac *B 2*. l) *om. B 2*; quique *B 1*. m) exc. lacr. *B 2*. n) unaq3(ue) *B 1a*. o) satis erant, fece *superscr. ante* er. *B 1b*. p) non u. fall. *B 2*. q) in prob. *B 1a*. r) ius *B 1*. s) a *B 1b. P.*

1) *Idem Reginbodo, ut videtur, a.* 1062. *monasterio Fuldensi praedium tradidit* pro remedio fratris mei Sigebodonis et ob memoriam mei, *Dronke, Cod. dipl. Fuld. p.* 369, *nr.* 762. 2) *Horat. Sat. II, 3, 275 sq.:* Adde cruorem stultitiae atque ignem gladio scrutare.

1063. nae, omnia humanae opis suffragia[a] pertemptassent. Abbas diu immoratus, ubi se videt nihil supplicando agere, nec copiam sibi esse ad reddenda quae exigebantur[b], presertim exhaustis pene cunctis opibus monasterii nec sufficientibus tamen[c] ad exsaturandam ingluviem avariciae eorum qui in Goslariensi tumultu laesi fuerant: tandem regis iussione[d] accersitus ad curtim[e] regiam proficiscitur, dato necessariis suis negocio, ut terroribus et blandimentis, quaqua via possent, efferatae iuventutis animos mitigarent[f]. Sed hoc in irritum cessit. Denique post abscessum[g] eius principes iuventutis, quibus potissimum incentoribus tantum malum exarserat, totam adeunt[h] congregacionem, indicant animo sibi fixum esse, ut eruptione facta de monasterio regem, ubicumque gentium reperiatur, perquirant, contra seviciam abbatis eius potentiae[i] patrocinium exposcant; orantque, ut, quibus valitudo[k] non obsistat, secum proficiscantur, qui vero aetate vel morbo pregravante id non possint, scripti sui astipulatione[l] factum eorum corroborent[m]. Res feda et dictu quoque horrenda visa est senioribus, fusique in terram per Deum precabantur, ne se et ipsum Fuldensis spei exiguum quod restabat perditum irent; turbatam graviter Goslariensi clade rem Fuldensem, si ipsi monasterii limen ea mente excessissent[n], non turbandam modo, sed omnino in preceps ituram. Nihil illi his sermonibus moti — iam enim pertinacia in amentiam atque in rabiem se verterat[o] — concite per monasterium discurrunt, invicem se ad audendum[p] facinus adhortantur, et sic tandem adulta conspiratione sedecim numero, crucem sibi preferentes, antiphona imposita, claustris monasterii erumpunt. Sequebantur *eos eminus maiores *p. 16
natu, qui sanum aliquid sapiebant, cum tanto luctu atque eiulatu, acsi eos ad sepulturam funebris pompa ultimum vale[1] audituros efferret. Itaque ne rei tam atrocis novitas repente nunciata regi stuporem incuteret, unum ex numero suo citato quantum poterat equo premittunt, qui litteras ad regem tantae calamitatis indices perferat[q]

a) suffrugia *A* 1. b) exigebatur *B* 1[a]. 2. c) *sic omnes* (tm̄ *B* 1), *quod pro* tm (tantum) *scriptum fuisse conicere non oportet.* d) uisione *A* 1. e) curtem *B* 2. f) mitigare *B* 1[b]. g) abcessum *B* 1. h) ad eū *B* 1[a]. i) potenciam *B* 1. *N.*; potentiam et *B* 2. k) ualetudo *A* 1. *B* 1[a]. 2. l) asstip. *B* 2. m) corroborarent *B* 1. 2. n) excesserint *B* 2. o) verterant *A* 1. p) audiendum *B* 1[b]. q) perferret *corr.* perferat *B* 2.

1) *Ovid. Met. X,* 62: Supremumque vale, quod iam vix auribus ille acciperet.

et, qua vi, qua necessitate ad haec extrema experienda 1063. coacti sint, edoceat. Ipsi paulatim pedestres servatis ordinibus subsequuntur. Postquam nuncius eo pervenit, lectaeque[a] sunt litterae, horror quidam perculit omnes qui in palacio erant super tam procaci facto, mirabanturque inter eximios et apostolicae conversationis viros tantum flagicii potuisse reperiri, ut privatas iniurias tam pessimo exemplo[b] ulciscerentur, nec[c] filii patris, in ea potissimum calamitate, misererentur, in qua hostes quoque[d] suos ad miserationem et ad lacrimas provocare potuisset. Placuit itaque omnibus insigne hoc facinus insigni aliquo exemplo vindicari. Tum rex consilio usus Coloniensis archiepiscopi et Ottonis ducis Baioariorum, quorum tunc arbitrio res publica administrabatur, precepit, ut ipse baiulus litterarum cum aliis tribus, qui auctores sedicionis fuerant, per diversa monasteria in custodia habendi mitterentur. Ad compescendam vero caeteram multitudinem, quoniam[e] nec spiritu lenitatis nec virga monasticae correptionis sanari potuissent, abbas militari manu uteretur. Tunc[f] abbas missis obviam militibus sine vi et tumultu eos Fuldam reduci iussit et extra monasterium custodibus adhibitis suum prestolari reditum. Ipse quoque, regi vale facto, eos e vestigio est subsecutus. Ibi collectos fratres et primos militum Fuldensium diu ea consultatio tenuit, laicorum[g] an monachorum iudicio in eos animadverti oporteret. Vicit ea sententia, quae[h] censebat eos, qui excusso iugo regulae, contempto abbate, per contumaciam egressi et necdum in monasterium recepti essent, laicorum pocius lege iudicandos[i] fore. Ita[k] abbas laicorum iurisdictionem secutus, duos ex eis, alterum presbiteratus, alterum diaconii honore insignes, iussit publice virgis cesos et attonsos expelli. Reliquos multis plagis maceratos per vicina monasteria, alium alio transmisit. De singulis tamen non pro modo culpae, sed pro natalium suorum claritate vel obscuritate mitius vel atrocius sumptum supplicium est. Viderit abbas, an vi doloris impulsus iniurias suas acerbius quam decuit vindicando modum forte excesserit. Id constat, inustam esse ea tempestate maculam Fuldensi monasterio, quae longa forsitan succedentium temporum serie ablui et extergi[l] non possit.

a) lecte *B* 1b. b) publico *B* 1. 2. c) nec — misererentur *om.* *B* 1b. d) quanquam *A* 1; quique *B* 1. *N.*; *cf. p.* 85, *n.* 1. e) qua *B* 1b. f) Item *B* 1b. g) laiocorum *B* 1b. h) qua *B* 1b. i) vindicandos *B* 2. k) Itaque *B* 2. l) extingwi *B* 1b.

1063. Bel, qui regnum invaserat Ungariorum, obiit. Ioas
filius eius sacius putans moderatis opibus in pace perfrui
quam[a] inmoderatas ambiendo calamitatem atque
excidium parere genti suae, mandavit[b] regi Heinrico[c],
si sibi apud Salomonem filium Andreae regis natalibus
et meritis suis condignus honor haberetur, subditum se
ei fidelemque futurum et malle beneficiis cum eo quam
armis, fide quam acie dimicare[1]. Eadem Ungarii omnes
assidua legatione pollicebantur. Ita rex Heinricus[d] Un-
(Sept.) gariam cum exercitu ingressus[2], Salomonem in solium
patris restituit, iuncta ei in coniugium sorore sua[3]; ab-
latisque omnibus, quae regi scrupulum movere vel regni
statum labefactare poterant, in pace remeavit ad Gallias.

Educatio regis atque ordinatio omnium rerum publi-
carum penes episcopos erat, eminebatque inter eos Mo-
gontini et Coloniensis archiepiscoporum auctoritas[4]. A
quibus cum in partem consilii Adelbertus Premensis
(Iun.) archiepiscopus assumptus fuisset[5], tum propter clarita-
tem generis, tum propter aetatis atque archiepiscopatus
prerogativam, ille sepius colloquendo, obsequendo etiam
atque assentando ita sibi regem brevi devinxerat, ut,
1064. caeteris episcopis posthabitis, totus in eum inclinaretur,
1065. et ipse in regno communi pene[e] monarchiam usurpare
videretur[6]. Secundas[f] post eum partes agebat Wernheri[g]

a) quia *B* 1a. b) mandatū *B* 1a. c) Heinricho *h. l. A* 1. d) Heinrichus *A* 1. e) *om. B* 2. f) Secundus *B* 2. g) Werenher *A* 1.

1) *Haec perperam et perplexe narrata sunt. Bela rex eadem fere mandavit, quae Geisae hoc loco attribuuntur. Cui cum fides non haberetur, Heinrico rege cum exercitu Ungariam ingrediente, Bela obiit, Geisa fuga elapsus, sed mox regressus cum Salomone pactus est; cf. Meyer v. Knonau I, p.* 344 *sqq.* 2) *Inter Sept.* 4. *et* 27. *Nam die Sept.* 4. *Anno, Sigefridus, Adalbertus ecclesiam Ardachrensem ad Danubium fluvium infra Linz sitam dedicaverunt ('Archiv f. österr. Gesch.' XLVI, p.* 467*) ante expeditionem Ungaricam, die Sept.* 27. *rex diploma dedit ad fl. Fischa in Austria (St.* 2630*), post expeditionem procul dubio.* 3) *Iudith, quae ei a.* 1058. *desponsata erat; cf. supra p.* 78, *n.* 1. 4) *Cf. supra p.* 80, *n.* 2. *Supra p.* 87. *dixit Lamp. Annonem et Ottonem, hoc loco Annonem et Sigefridum rempublicam gubernasse. Iam hinc apparet, quod verum est, usque in medium a.* 1063. *apud Annonem omnem potestatem fuisse.* 5) *Ab Annone solo potius; cf. Adam Brem. III,* 33*; Triumph. S. Remacli I,* 3, *SS. XI, p.* 439, *et quae Meyer v. Knonau p.* 333 *sqq. optime exposuit, nisus eo quod regis diplomate d. d. Iun.* 29 *(St.* 2622*) Adalbertus patronus regis dicatur.* 6) *Quod iam medio anno* 1064. *factum est, ab eo tempore, quo rex a.* 1065. *gladium accinxit, maxime viguit; cf. Meyer v. Knonau I, p.* 387 *sq.* 405 *sq. — Lamp. hac relatione complexus est quae compluribus annis gesta sunt.*

comes[1], iuvenis tam ingenio quam aetate ferox. Hi duo pro rege imperitabant; ab his episcopatus et abbatiae, ab his quicquid ecclesiasticarum, quicquid secularium dignitatum est, emebatur[2]. Nec alia cuiquam, licet industrio atque egregio viro, spes adipiscendi honoris ullius erat, quam[a] ut hos prius ingenti profusione pecu- *p. 167. niarum suarum redemisset. *Et ab episcopis quidem et ducibus metu magis quam religione temperabant. In abbates vero, quod hi iniuriae obviam ire non poterant, tota libertate grassabantur, illud pre se ferentes, nihil minus regem in hos iuris ac potestatis habere quam in villicos suos vel in alios quoslibet regalis fisci dispensatores. Et primo quidem predia monasteriorum fautoribus suis, prout libitum erat, distribuebant, et quod reliquum erat crebra regalium serviciorum exactione usque ad feces ultimas exhauriebant. Dein[b] convalescente audacia, in ipsa monasteria impetum faciebant atque 1065. ea inter se tamquam provincias partiebantur, rege ad omnia quae iussus fuisset puerili facilitate annuente. Itaque Premensis archiepiscopus duas occupat abbatias, (Sept. 6). Laurensem et Corbeiensem[3], premium hoc asserens esse fidei ac devocionis suae erga regem. Ne id invidiosum apud caeteros regni principes foret, persuaso rege, dat Coloniensi archiepiscopo duas, Malmendren[c] et Endan[4], (Iun. ex.). Mogontino archiepiscopo unam in Selechinstat[d, 5], Ottoni duci Baioariorum[e] unam in Altaha, Růdolfo[f] duci Suevo-

a) q2 (quia *B* 1a. b) Deinde *A* 1a. *B* 1b. c) Milmudren el Eldan *B* 2. d) Selechinstatt *B* 2. e) Bauarie *B* 2. f) Rodolfo *h. l. A* 1. *B* 1; Rudolffo *B* 2.

1) *De quo Lamp. infra a.* 1064. 1066. *plura narrat. Ut tantas partes hunc egisse perperam crederet, eo adductus est Lamp., quod huic praedium monasterii Hersfeldensis dono datum est. Quo damno motus iam sequenti loco in hos duos furiose invehitur. Cf. Meyer v. Knonau I, p.* 485, *n.* 177. 2) *Nota hoc anno Wecelonem fratrem Annonis, Annone summopere annitente, ut hoc fieret, archiepiscopum Magdeburgensem post Aug.* 31. *constitutum esse. Quod num casu an consulto ac cogitate a loquaci Lamperto silentio tectum esse credas, dubius non haerebis.* 3) *Quae ei datae sunt diplomatibus regis datis a.* 1065, *Sept.* 6 *(St.* 2683. 2684*).* 4) *Et Vilicensem; Chron. Lauresham., SS. XXI, p.* 413. *Invidiam facti totam in Adalbertum convertens, Annonem suum, qui sane Adalberto non minus avidus nec minus hac in re vituperandus erat, Lamp. culpa purgare ficte conatus est. Cf. praesertim Triumph. S. Remacli I,* 3, *SS. XI, p.* 439. 5) *Quod iam a.* 1063, *Iun.* 14 *(St.* 2620*) factum est, Annone, non Adalberto hoc regi suggerente. Quod Lamp. haud ignorasse videtur, cum supra p.* 82. *dixerit interventu Annonis Sigefridum satisfactionem accepisse. Cf. Meyer v. Knonau I, p.* 332 *sq.*

1065. rum[a] unam in Kenbeten[b, 1]. Igitur Premensis archiepiscopus, ut totam tirannidi suae vacantem redderet Corbeiensem[c] abbatiam, ridiculam commentatur fabulam. Disseminatis per curtim[d] regiam rumoribus divulgat episcopum civitatis cuiusdam Transalpinae[2], cui Pole nomen est, humanis rebus excessisse. Huic successorem, per suaso rege, subrogat abbatem Corbeiensem[3], iubetque, ut destitutam rectore aecclesiam quantocius eat invisere. Verum inter moras, quibus ille itineri necessaria parabat, dum quidam de Italia venientes episcopum, qui mortuus dictus fuerat, vivum et incolumem nunciassent, irridere omnes et detestari fraudem archiepiscopi ceperunt[e]. Tum Otto dux Baioariorum ad prohibendum tantum nefas divino spiritu animatus[4], multis conatibus circumquaque explicitis, vix et aegre obtinuit, ut tam abbati quam monasterio Corbeiensi suus honor, sua dignitas incolumis servaretur. Porro cum in monasterium Laurense satellites archiepiscopi venissent nunciantes, quod regia donatione locus ipse in ius potestatemque archiepiscopi concessisset, iuberentque, ut abbas[5] ei constituto loco non pigritaretur occurrere, tantus dolor et indignatio omnes invasit, ut nec manibus in legatos ipsos temperassent, nisi ius gentium plus quam ira valuisset. Contumeliose auditi, contumeliosius multo sunt dimissi. Quod postquam regi nunciatum est, missis aliis nunciis iussit abbati sub interminatione salutis propriae, ut abbatia se abdicaret festinusque monasterio excederet. Ille, comperta, priusquam legati advenirent[f], regis sententia, benigne eos suscipi iussit atque in diem posterum eorum quae in mandatis habebant audientiam distulit. Nocte paucis sibi abhibitis inde discedens, in loco tutissima, omnibus preter admodum paucos ignoratus[g], se recepit, cum et prius omnes aecclesiae thesauros clanculo exportatos[h] in tutum locasset. Ita legati

a) Suuenorum *B 1b*. b) Kenbetten *B 2*. c) Gorb. *h. l. B 1b*. d) curtem *B 2*. e) cepere *B 2*. f) venirent *corr.* adven. *B 1b*. g) paucis incognitus *B 2*. h) deportatos *B 1b*.

1) *Eodem anno datae sunt Einhardo episcopo Spirensi abbatiae Limburgensis et S. Lamberti die Aug.* 30 *(St.* 2680. 2681*), Altwino Brixinensi abbatia Pollingensis die Iun.* 11 *(St.* 2671*), Ellenhardo Frisingensi Benedictoburana Aug.* 18 *(St.* 2679*), Rumoldo Constantiensi abbatia Rhenaugiensis, Meyer v. Knonau I, p.* 468. 2) *Megingaudium, ut videtur, qui occurrit in charta a.* 1061 *('Cod. dipl. Istriano'). Iure haec refellit Dehio, 'Gesch. d. Erzb. Hamburg-Bremen' I, Anm. p.* 43. 3) *Sarachonem.* 4) *Immo animatus officio et commodo suo, cum advocatus monasterii Corbeiensis esset; cf. Mehmel, 'Otto von Nordheim' (Gött.* 1870*) p.* 28*; Delbrück p.* 17*; Meyer v. Knonau I, p.* 479 *sqq.* 5) *Udalricus.*

die postero, cui iussa regis exponerent, non habentes 1063. multumque viri prudentiam admirantes, infecta legatione redierunt[1]. Tum milites eius, quos eo tempore et opum gloria et militaris[a] rei industria clarissimos habebat, collatis viribus montem qui proximus adiacet monasterio[2] occupant, castellum extruunt[b], presidium imponunt, parati archiepiscopum ab infestatione monasterii capitis quoque sui periculo arcere.

MLXIIII. Causabantur Romani principes, quod 1064. rex eis inconsultis Romanae aecclesiae pontificem constituisset, et ob eam iniuriam defectionem meditari videbantur[3]. Propter quod placuit Coloniensem archiepiscopum Romam mitti. Qui veniens eo[4], cum aliud turbatis rebus invenire non posset remedium, iudicavit ordinationem, quae inscio senatu Romano facta fuisset, irritam fore, et sic amoto Parmensi episcopo, per electionem (Maii 31). eorum Anshelmum[c] Luccensem[d] episcopum pro eo ordi-
*p. 168. nari constituit. Verum *ubi ipse peracta legatione regressus est in Galliam, Parmensis episcopus armata 1063. multitudine non modica Luccensem[d] episcopum sede apostolica per vim deturbare aggressus est. Econtra fautoribus illius ad arma impigre concurrentibus, congressio facta est, multique hinc et inde vulneribus acceptis corruerunt[5]. Sic depravata ecclesiastici rigoris censura, homines non ut quondam, ut preessent aecclesiae Dei, iniecta manu trahebantur, sed ne non preessent, armata manu preliabantur, fundebantque mutuo sanguinem non pro ovibus Christi, sed ne non[e] dominarentur[f] ovibus Christi. Anshelmus[g] tamen, qui et 1064. Alexander[h], et virtute militum et favore principum se-

a) rei mil. *B* 2. b) exstruunt *B* 1. 2. c) Anselmum *A* 1. *B* 2. d) Lucensem *B* 2. e) sed ut *(corr.)* *B* 2. f) ne nodenarentur *B* 1[b]. g) Anselmus *A* 1. *B* 2. h) Allexander *B* 1.

1) *Quomodo revera de monasterio Laureshamensi res actae sint, vide in Chron. Lauresham., SS. XXI, p. 414 sq., ubi libellus paulo post has res gestas compositus exscriptus est. (Auctor Laureshamensis saec. XII. quaedam ex Lamperti Ann. excerpta cum illa antiqua narratione coniunxit.) Quacum Lamperti relationem aculeatam commentisque exornatam nullo modo concordari posse patet.* 2) *Burcheldon dictum in Chron. Lauresham. l. l. p. 415, montem saltus Odenwald prope Heppenheim situm. Cf. Ann. Weissenburg., supra p. 53.* 3) *Inepta bluterat Lamp. Cf. supra p. 81, n. 5.* 4) *Immo Mantuam, ubi diebus Maii 31. — Iun. 3. synodo celebrata Anshelmus confirmatus est pontifex.* 5) *Pugnas a. 1063. ante iter Annonis Romae factas dicit Lamp., de quibus incerta quaedam memoria tenuit.*

dem optinuit[a]. Alter vero, etsi per contumeliam repulsus, tamen quo advixit[a*] [1] ab iure suo non cedebat, huic semper derogans, hunc adulterum aecclesiae Dei, hunc pseudoapostolum appellans; missas quoque seorsum celebrans, ordinationes facere et sua per aecclesias decreta et epistolas more sedis apostolicae destinare non desistebat. Verum nullus attendebat, criminantibus universis, quod in ultionem privatae contumeliae sedem quoque[b] apostolicam homicidio[c] maculasset.

1063. (Sept. 3). Heinricus[d] Augustensis episcopus obiit[2], invisus regi, invisus episcopis omnibus propter superbe administratam regni gubernationem tempore[e] imperatricis[f]. Embricho[g] ei successit, prepositus Mogontinus, vir pontificalis modestiae et gravitatis.

1064. Wernheri[h] comes villam monasterii nostri quae dicitur Kirhberg[i] inconsulto abbate[3] a rege petiit et impetravit[4]. Pro qua recipienda diuturnum agonem desudavimus, dimicantes adversus tanti hostis seviciam non armis carnalibus, sed ieiuniis et crebris orationibus. Unde ille mordaciter magis quam facete[k] iocari solebat magno munere dignum se esse apud regem, qui monachos eius, languidos prius in[l] opere Dei et tepidos, novis facibus adhibitis exsuscitasset[m] invitosque ad ieiunia et nudipedalia coegisset.

(Nov.) Sigefridus Mogontinus episcopus et Guntherus[n] Babenbergensis et Otto Ratisponensis et Willehelmus[o] Traiectensis episcopi, item alii quam plures, columnae et capita Galliarum, autumnali[p] tempore[5] Ierosolimam[q] proficiscuntur.

Dec. 25. MLXV. Rex natalem[r] Domini Goslariae celebra-
1065. Mart. 27. vit, pascha[s] Wormaciae. Ubi archiepiscopus Premensis inter sacra missarum solemnia, dum debitum tantae

a) obt. *A* 1. *B* 1. a*) quoad vixit *A* 1. *B* 1. b) quanquam *A* 1. 1a. c) *om.* *B* 1a. d) Henricus *A* 1. e) tepr̃, *eadem manu superscr.* temporaliter *B* 1b. f) imperatrici *B* 1b. g) Embrichio *B* 2. h) Werherus *A* 1; Wernherus *A* 1a. 2. i) *infra a.* 1066. Kirhberc *A* 1, *hoc loco* Kirchberg *A* 1. *B* 1a. 2; kirchbergk *B* 1b. k) face(s)re) *B* 1a. 2. l) et tep. in op. dei *B* 2. m) exsuscitasse *B* 1b. n) Guntterus *A* 1. o) Willelmus *A* 1; Wilhelmus *A* 1a. 2. *B* 1a. 2. p) autumpnali *B* 2. q) Hierosolimam *h. l.* *A* 1. 2. r) nat *B* 1a; nativitatem *B* 1b. 2. s) pasha *A* 1.

1) *Demum a.* 1071 *ex. vel* 1072 *in. obiit.* 2) *Iam a.* 1063, *Sept.* 3; *cf. Ann. August., SS. III, p.* 127; *Necrol. Germ. I, p.* 67. 125. 480. 3) *Ruothardo.* 4) *Pro qua, ut recte Ausfeld p.* 47, *n.* 2. *coniecisse videtur, monasterio Hersfeldensi a.* 1065, *Apr.* 5. *dati sunt a rege* 10 *mansi in villa Homberg sita in eiusdem Wernheri comitatu (St.* 2662). *Quod Lamp. tacuit.* 5) Post transitum sancti Martini *(Nov.* 11) *Marian. Scott., SS. V, p.* 558.

festivitati sermonem faceret, hominem ab infestatione 1065. demonis purgavit, fusis pro eo tam suis quam tocius *Mart.* 27. populi qui presens erat precibus. Ea res grandi miraculo cunctis erat, stupentibus scilicet, quod vir tam pessimae in populo existimationis, qui vitam virtutum non haberet, signa virtutum faceret. Sed emuli eius invidiose[a] hoc interpretabantur, non meritis eius, sed presentium populorum supplicationi asscribendum[b] esse tantae rei effectum. Ibi per concessionem eiusdem archiepiscopi primum se rex arma bellica succinxit[1], *(Mart. 29).* statimque primam susceptae armaturae experientiam in archiepiscopum Coloniensem[c] dedisset et ad persequendum eum ferro et igni preceps abisset[d], nisi res turbatas imperatrix tempestivo valde consilio composuisset[2]. Inter caetera id potissimum invidiae ei erat, quod ante aliquot annos[3], dum imperatrici ius regni rerumque gubernacula eripere vellet, ipsum pene regem in ultimum discrimen precipitasset.

Heceloni Argentorati episcopo paulo ante defuncto *(Ian. 12/3).* successor substitutus est[4] Wernheri[e], propinquus Wernheri[f] comitis[5].

Interea[6] predicti episcopi Ierosolimam[g] pergentes, dum magnitudinem opum suarum gentibus, per quas iter habebant, inconsultius ostentarent, ultimum sibi periculum consciverant[i], nisi rem humana temeritate prolapsam divina misericordia restituisset. Nam barbaros, qui ex urbibus et agris ad spectandos tam illustres viros catervatim profluebant, primo peregrini cultus ac magnifici apparatus ingens miraculum, dein[h], ut fit, non minor

a) insidiose *B* 2. b) ascrib. *A* 1. c) Coloniensium *B* 1[a]. 2. d) abijsset *B* 2. e) Werher *A* 1. 1[a]; Wernher *A* 2. f) Werheri *A* 1. 1[a]. g) Hierosolymam *A* 1 *plerumque.* h) conscinerunt *A* 1. i) deinde *B* 1[b]. *P.* *A* 1[a] *e corr. post. m.*

1) *Cf. Ann. Weissenb., supra p.* 53; *Meyer v. Knonau I, p.* 400, *n.* 11, *qui ib. p.* 402. 405, *n.* 20. *bene exposuit hoc non solum auctore Adalberto, sed reliquis principibus, praesertim Annone archiepiscopo et Godefrido duce assentientibus factum esse.* 2) *Ubi Lamp. hac enunciationis forma utitur:* dedisset et . . preceps abisset, nisi *hoc vel illud factum esset, ut supra a.* 1063, *p.* 81, *l.* 14. 90, *l.* 22. *et multis locis, non res revera compertas eum dixisse apparet, sed studuisse, ut ira ac furore motus inimicos quovis modo calumniaretur.* 3) *A.* 1062, *Apr.; cf. supra p.* 80. 4) *In conventu Wormatiensi, ut Lamp. indicare videtur.* 5) *Supra a.* 1064. *nominati, quem Willibirgam, sororem Wernheri episcopi, uxorem habuisse credunt; cf. Meyer v. Knonau I, p.* 486, *n.* 178. 6) *Ad sequentem relationem itineris sacri episcoporum cf. Ann. Altah. a.* 1065. *et Marian. Scott., SS. V, p.* 559, *qui in plevis-*

1065. predae spes ac desiderium cepit. Itaque cum transita Licia fines Sarracenorum introissent[a] et iam[b] a civitate cui Ramulo nomen est una vel paulo plus mansione
Mart. 25. abessent, *proximo parasceue ante pascha circa terciam *p. 169.
diei horam[1] incursionem passi sunt ab Arabitis, qui comperto tam insignium virorum adventu undique ad spolia diripienda frequentes armatique confluxerant. Plerique christianorum[c] religiosum putantes manu sibi auxilium ferre[d] et salutem suam, quam peregre proficiscentes Deo devoverant, armis corporalibus tueri, prima statim congressione prostrati, vulneribus multis confecti et
Gen. 14, 23. omnibus quae habebant *a filo subteminis usque ad corrigiam caligae* exspoliati sunt. Inter quos Willihelmus[e] quoque Traiectensis episcopus, brachio pene plagis debilitato, nudus ac semivivus relictus[f] est. Caeteri christiani iactu lapidum, quod genus teli forte locus ipse affatim ministrabat, non tam periculum propulsabant, quam mortem[g], quae presens urgebat, differre conabantur. Pedem etiam paulatim subtrahendo ad villam declinabant, quae ab ipso itinere spacio mediocri distabat. Capharnaum hanc fuisse ex similitudine vocabuli coniciebant[2]. Quam ut ingressi sunt, episcopi omnes atrium quoddam occupant[3], humili septum maceria et tam fragili, ut, etiamsi nulla vis adhiberetur, sola vetustate facile corrueret. In cuius medio domus erat, cenaculum habens satis editum et ad repugnandum quasi ex industria preparatum. Huius superiora episcopus Mogontinus et Babenbergensis[h] cum clericis suis, inferiora caeteri episcopi[4] sibi vendicant. Laici[i] omnes ad arcendam vim

a) retroissent *B* 1b. b) intr. eciam *B* 2. c) crist. *B* 1b *saepe.* d) referre *B* 2. e) Willhelmus *A* 1; Wilhelmus *B* 1a. 2. f) derelictus *B* 1a. g) mortēm *B* 1a. h) Babenbergen̄ *corr.* Babenburgen̄ *B* 1b. i) layci *B* 1b *saepius.*

que cum Lamperto consentiunt. Omnes tres procul dubio narrationes sociorum episcoporum auribus perceptas secuti sunt, neutiquam Marianus et Lampertus eandem, id quod W. de Giesebrecht, 'DKZ.' ed. 5. *III, p.* 1107. *coniecit, cum modo Lamp. et Ann. Altah., modo Lamp. et Marianus, modo iste et Ann. Altah. magis inter se concordent. Ne Pseudo-Ingulfi, falsarii Croylandensis saec. XIV, relationem hac de re consulas, cave.* 1) *Ann. Altah.:* hora diei pene secunda. 2) *Minime.* Capharsala *Ann. Altah.,* Cavarsalim *Marianus, quod est Kefr Sâba (Kaffr Suba) prope Ramleh, antiqua civitas Antipatris, quae olim vocabatur Χαβαρζαβᾶ (Iosephi Antiquit. XIII,* 15, 1. *XVI,* 5, 2*; cf. K. v. Raumer, 'Palaestina' ed.* 2. *p.* 144 *sq.), longe distans a vico Capharnaum.* 3) *Ann. Altah.:* tres episcopi . . . atrium quoddam muratum . . . occupavere. 4) *Unus tantum, Otto Ratisponensis, praeter hos aderat, ut ipse Lamp. a.* 1064, *p.* 92. *recte dixit.*

1065. *Mart.* 25. hostium et maceriam defendendam impigre discurrunt, et primam quidem certaminis procellam lapidum iactu, ut predictum est, sustinuere. Dein[a] cum barbari magnam telorum nubem in castra coniecissent, et ipsi plerumque impressione in eos facta clipeos et gladios manibus eorum vi extorsissent, non solum iam maceriam tueri sufficiunt, sed portis[b] etiam interdum erumpere et pugnam comminus[c] lacessere audent. Quorum impetum dum Arabes nullo iam loco, nulla acie sustinere possent, consilium tandem a[d] tumultuaria congressione ad obsidionem vertunt et inedia atque lassitudine conficere aggrediuntur, quos ferro expugnare non poterant. Itaque multitudinem, qua[e] superabundabant[f], conglobatis scilicet circiter XII milibus, partiuntur, ut alii aliis vicissim ad obpugnationis[g] studium succedentes nullam illis vel paululum respirandi[h] copiam facerent, suspicantes, quod propter inopiam rerum omnium[i], quibus vita humana sustentari solet, dimicandi laborem non diu tolleraturi forent. *Mart.* 25—27. Ita christiani toto parasceue, toto sabbato[k] sancto usque ad terciam fere horam paschalis diei sine intermissione oppugnabantur; nec eis hostilis improbitas vel modicum temporis punctum, quo saltem somni perceptione corpora recrearent, indulgebat. Nam[l] cibum et potum nec[m], mortem pre oculis habentes, desiderabant nec, si magnopere desideraretur, quid sumerent, omnium inopes habebant[n]. *Mart.* 27. Cumque die tercio labore et inedia exhausti ad extremum pervenissent, et fortia plerumque conatos[o] virtus ieiunio infracta frustraretur, quidam ex numero presbiterorum exclamavit non recte eos agere, quod in armis suis plus quam in Deo spei ac roboris ponerent et calamitatem, quam[p] eo permittente incidissent, propriis viribus propulsare conarentur; propterea placere sibi, ut se dederent, presertim cum triduana iam abstinentia militaribus rebus eos inutiles prorsus reddidisset. Non esse Deo difficile, ut deditis eis et ab hoste sub iugum missis misericordiam prestaret, qui suos totiens[q] etiam in ultima necessitate conclusos mirabiliter liberasset. Ut hoc quoque inferret: barbaros nequaquam propter ipsos[r] occidendos tanto

a) Deinde *A* 1a. *B* 1b. *P*. b) portas *B* 1b. c) cominus *B* 2. d) *om.* *B* 1b. e) quia *B* 1a. f) superhabund. *B* 1.2. g) oppugn. *A* 1. *B* 1a.2. h) respirendi *B* 1b. i) omnibus *B* 1. k) sabbat *A* 1; sabato *B* 1b; sabbatho *B* 2. l) Non iam *B* 1. m) *minio del.* *B* 1a, *deest* *B* 1b. *P*. (*ubi* non desid.). n) habebantur *B* 1b. o) conatus *B* 2. p) q2 (quia) *B* 1a. q) toties *A* 1 *semper*; tociens *B* 1.2 *semper*. r) eos *B* 1a.

1065. Mart. 27. molimine grassari[a], sed ut pecunias eorum auferrent[b]; quibus si potiti fuissent, liberos eos deinceps intactosque sine vi, sine molestia abire passuros. Placuit consilium omnibus, statimque ab armis ad preces versi, per interpretem, ut in deditionem acciperentur, orabant. Quo comperto, dux Arabum citato equo in primos advolat et caeteros quidem longius summovet[c], cavens, ne temere admissa multitudine preda confuse distraheretur. Ipse decem et septem honoratissimos gentis suae secum assumens[1] castra ingressus est patentia[d], relicto ad portas presidii causa filio suo, ne quis forte predae avidus[e] post se non vocatus[f] irrumperet. Cumque admotis scalis in cenaculum, ubi Mogontinus[g] et Babenbergensis[h] episcopi latitabant, cum paucis[2] ascendisset, Babenbergensis[i] episcopus, cui, licet iunior aetate esset, tamen propter virtutum prerogativam *et tocius corporis *p. 170. admirandam dignitatem precipuus a cunctis honor deferebatur, rogare eum cepit, ut, omnibus quae[k] haberent cf. Matth. 5, 26. usque ad novissimum quadrantem sublatis, nudos se abire sineret. Ille et victoria elatus et preter ingenitam morum barbariem accepta quoque tot congressionibus clade nimium efferatus ait se adversus[l] eos iam triduo non sine grandi damno[m] exercitus sui ea mente bellum gessisse, ut suis condicionibus erga victos uteretur, non quas[n] ipsi constituissent; ne ergo[o] falsa spe eluderentur, se, omnibus quae haberent sublatis, carnes eorum comesturum[p] et sanguinem bibiturum[3]. Nec moratus, linteum[q], quo caput more gentis[r] obvolverat, expediens, facto vinculo in collum episcopi iniecit[4]. Episcopus, ut erat vir liberalis verecundiae[s] et maturae admodum gravitatis, ignominiam non ferens, tanto nisu pugnum ei dedit in faciem, ut uno ictu[5] consternatum ad[t] pavimentum usque precipitem daret, vociferans insuper prius

a) ingrassari, in *delet.* *B* 1b. b) aufferrent *B* 1b. 2. c) submouet *B* 1b. d) potentia *A* 1. e) auide *B* 1a. f) vocatos *B* 1a. g) Magontinus *h. l.* *B* 1b. h) Babergensis *B* 1a. i) Babenburgensis *B* 1b. k) *om.* *B* 2. l) adversos *B* 1b. m) dampno *B* 2. n) q² (quia) *B* 1a; quasi *B* 1b. o) go *B* 1b (*saepe pro* g̊). p) comest. *B* 1b. q) lintheum *B* 1. 2. r) gencium *B* 1b. s) verecunde *B* 1b. t) pav. ad *corr.* ad pav. *B* 1b.

1) *Marianus:* ducem Arabitarum cum viris XVI . . . intromiserunt. 2) *Ann. Altah.:* octo principes paganorum . . . ascenderunt. *Reliquis decem vel novem in inferiore parte aedificii relictis, ut Lamp. infra p.* 97, *l.* 8. 9. *significare videtur.* 3) *Marianus*: Istum pulchrum sanguinem gutturis tui sugam. 4) *Ann. Altah.:* lintheum, quo caput suum involutum erat *(i. e. turban)*, absolvit, collo episcopi sedentis circumposuit. 5) *Altah.:* uno ictu manus; *Marian.:* uno colapho.

eum penas pro impietate daturum, quod impuras manus in sacerdotem Christi profanus et idolatra[a] mittere presumpsisset. Irruunt protinus alii clerici et laici et tam huic quam caeteris qui in cenaculum ascenderant adeo artis nexibus manus a tergo constringunt, ut sanguis plerisque rupta cute per ungues proflueret. Perlato audacis facti indicio ad eos qui in[b] inferiori parte domus[c] consistebant, ipsi quoque his qui apud se erant Arabum principibus idem faciunt. Dein[d] laici omnes sublato in altum clamore vocatoque in auxilium sibi omnium rerum opifice Deo rursus arma capessunt[e], maceriam occupant, presidium, quod circa portas erat, conserta manu fundunt fugantque, et sic alacres, sic innovatis inopino successu viribus ubique rem peragunt, ut nihil lassitudinis, nihil incommodi ex triduana eis inedia et labore accessisse putares. Alacritatem tantam, repente ex trepidis rebus et ultima desperatione coortam, nimium admirati Arabes, nec aliam novitatis huius causam suspicati, quam[f] quod de principibus suis sumptum fuisset supplicium, infestissimis animis in pugnam ruunt et facto grege per arma, per viros in castra perrumpere[g] parant. Et acta res foret, nisi mature[h] orto consilio christiani vinctos[g*] eo loco principes statuerent[i], ubi atrocissima vis hostium et creberrimus telorum imber[k] incumbebat, apposito super capita eorum spiculatore, qui districtum in manibus gladium tenens clamitabat per interpretem, nisi ab obpugnatione[l] quiescerent, non armis se adversum[m] eos, sed principum capitibus dimicaturos. Tum ipsi principes, quos preter vinculorum acerbitatem imminens quoque cervicibus gladius vehementer angebat, cum magno eiulatu suos obtestabantur, ut moderatius agerent, ne obstinate certamen hostibus inferentes eos ad supplicium necemque suam, cum incisa[n] spes[o] esset veniae, inflammarent. Patris periculo attonitus filius ducis Arabum, quem ad portam atrii a patre causa presidii relictum supra memoravi, citato gradu in confertissimos suorum cuneos se dedit et furentis exercitus impetum voce et manu increpitans retinuit et tela in hostes iacere prohibuit, quae[p] non hostes, ut ipsi putarent, sed principes sui propriis pec-

1065. *Mart.* 27.

a) ydolatra *B* 2. b) inf. in parte *B* 1a. c) *om.* *B* 1. 2. d) Deiude *A* 1a. *B* 1b. *P.* e) capessant *B* 1b. f) q2 (quia) *B* 1a. g) prorumpere *B* 2. g*) iunctos *B* 1b. h) maturo *B* 1b. i) staturent *B* 1b; stat. princ. *B* 1a. k) ymber *B* 1b. 2. l) oppugn. *A* 1. *B* 1a. 2. m) aduersus *B* 1a. n) inscisa *B* 1. 2. o) esset spes *B* 2. p) qui *B* 1a.

1065. Mart. 27. toribus excepturi forent. Per hanc[a] occasionem paululum ab armis et incursione[b] vacatione data, nuncius venit in castra ad christianos, missus ab his qui in parasceue omnibus amissis nudi et saucii usque Ramulo pertenderant[1]. Is amaritudine et metu confectis mentibus magnum attulit refrigerium, indicans ducem predictae civitatis, licet paganum, divino tamen, ut putabatur, instinctu animatum, cum ingentibus copiis ad ipsos liberandos advenire. Nec latere potuit Arabitas advenientium hostium fama. Statimque omnes, aversis ab aliorum oppugnatione ad se ipsos salvandos cogitationibus, precipiti fuga, quo quemque[c] spes evadendi vocabat, dilabuntur. In ea trepidatione, dum alii ad alia curanda discurrerent, unus vinctorum evasit, opera usus Sarraceni cuiusdam, quem ducem itineris christiani habebant, tanto omnium dolore, tanto gemitu, ut ab eo, cuius indulgentia dimissus fuerat, vix manus inhiberent[d].
(Mart. 28). Nec multo post dux ipse, ut nunciatum fuerat, cum exercitu advenit[2], pacificeque in atrium a[e] christianis susceptus est, suspensis tamen omnibus inter spem et metum, ne forte non sublata calamitas, sed hostis[f] tantum mutatus esset, et propter novitatem rei difficile credentibus, (Matth. 12, 26.) quod Satanas[g] Satanan eicere, hoc est paganus paganum ab infestatione *christianorum cohibere vellet. Primo *p. 17 omnium vinctos sibi presentari iussit. Quos cum aspexisset et quae facta fuerant ordine audisset, maximas christianis gratias egit pro magnifice gestis rebus et expugnatis rei publicae acerrimis hostibus, qui regnum Babilonium[h] iam per multos annos assiduis populationibus infestassent et magnas plerumque adversum se instructas acies commisso certamine obtrivissent[i]. Traditos eos custodibus regi Babiloniorum[h. 3] vivos servari precepit. Ipse, accepta a christianis quanta convenerat pecunia[4], secum eos Ramulo perduxit. Inde adhibito eis expeditorum iuvenum presidio, ne qua denuo latronum incursione periclitarentur, usque Ierosolimam eos
(Apr. 12). perduci iussit. Nihil deinceps difficultatis in eundo,

a) *om.* *B* 1b. b) incursionibus *A* 1. 1a. c) f. quocūque *B* 1b. d) inhiberet *B* 1b. e) *om.* *A* 1. 1a. f) t. h. *B* 2. g) sathanas sathanan *B* 1b. 2. h) Babyl. *A* 1. i) obtinuissent *B* 1a.

1) *Supra* p. 94, *l.* 10 *sqq.* 2) *Hoc secunda feria paschatis factum esse Ann. Altah. et Marianus referunt.* 3) *Alp Arslan.* 4) *Marianus:* accepit quingentos bisantios aureos.

nihil in redeundo perpessi Liciam[a] pervenerunt, gratias[b] Deo referentes, quod emensis[c] tot rerum asperitatibus vivos eos et incolumes in tutum restituisset. Ex hoc per christianorum fines reditum facientibus omnia cedebant ex sententia. Verum posteaquam in Ungariam ventum est, Guntherus[d] Babenbergensis[e] episcopus, heu! inmatura morte preventus, prosperae ac laetae reversionis lugubrem omnibus exitum fecit. Decessit autem X. Kal. Augusti[1], aetate integra et[f] ad perfruendum hoc seculo maxime matura[g], vir preter morum gloriam et animae divicias corporis quoque bonis adprime[h] ornatus. Natus erat ex primis palacii, privatis possessionibus preter episcopatum affluentissimus, lingua promptus et consilio, litteris eruditus tam divinis quam humanis, tum statura et formae elegantia ac tocius corporis integritate ita[i] caeteris[k] eminens mortalibus, ut in illo Ierosolimitano itinere ex urbibus et agris spectandi eius studio profluerent, et bene secum actum crederet, cui eum videre contigisset. Unde, cum positis eis in diversorio plerumque turba intemperans propter eum nimis molesta foret, compulsus est aliquotiens a caeteris episcopis, ut in publicum procederet et obsidentem fores[l] multitudinem suo spectaculo a caeterorum vexatione avocaret. Tantum hunc transitoriae felicitatis splendorem vitae innocentia et morum temperantia clariorem in eo cumulatioremque faciebant. Nam tantam in se utriusque[m] hominis gloriam, quam omnes mirabantur, solus ipse ita[n] propter Deum contempnebat[o], ut infimae quoque condicionis hominibus popularem se communemque preberet et a servis[p] suis plerumque maximas verborum contumelias inultus acciperet. Celebri ergo pompa funeris in patriam reportatus et magnis omnium qui eum noverant planctibus exceptus, in Babenbergensi aecclesia, ubi a puero adoleverat, sepultus est. Successit ei in episcopatum[q] Herimannus vicedomnus Mogontinus, qui in eadem Ierosolimitana peregrinatione[r] constitutus, dum eum invalescente morbo ad exitum urgeri videret, legationem premisit ad necessarios suos, quibus patria excedens suae

1065.

Iul. 23.

a) Litiam *B* 2. b) gra *B* 1[a]. c) imensis *B* 1[a]; emersis *B* 1[b]. d) Gunterus *A* 1. 1[a]. e) babenburgensis *B* 1[b]. f) *om.* *B* 1. 2. g) natura *B* 1[a]. h) appr. *B* 2. i) ut *add.* *B* 1[b]. k) cunctis *B* 2. l) foris *B* 2. m) hom. utr. *B* 2. n) *om.* *B* 2. o) contemn. *A* 1. p) verbis *del., et in marg. corr.* servis *B* 2. q) episcopatu *A* 2 *solus.* r) perigrinacione *B* 1 (per ler. *corr.* ler. per. *B* 1[b]).

1) *In Oedenburg civitate, ut Ann. Altah. habent.*

1065. rei familiaris dispensationem delegaverat, petens, ut sibi ad episcopatum quaqua possent ratione aditum patefacerent. Quod et sedulo fecerunt, profuso in coemptionem eius argenti et auri inestimabili pondere.

(Maii 17). Eilbertus[a] Patavii episcopus obiit; cui Altman capellanus[b] imperatricis[c] successit, qui dum ipso tempore cum caeteris principibus Ierosolimam abisset, per interventum imperatricis absens[d] designatus est episcopus.

Arnolfus[e] Wormaciae episcopus, vir pontificalis *(Maii 1?)* modestiae et sanctitatis, migravit ad Dominum; successitque ei[f] Adelbero monachus ex monasterio sancti Galli, frater Ruodolfi[g] ducis, uno pede omnino debilis, vir per omnia dignus spectaculo. Erat enim fortitudinis magnae, edacitatis nimiae, crassitudinis tantae, quae aspicientibus horrorem magis incuteret quam admirationem; nec ita centimanus gigas[h] aut aliud antiquitatis monstrum, si ab inferis emergeret[1], stupentis populi oculos in se atque ora converteret.

Dec. 25. MLXVI. Rex natalem[i] Domini Goslariae[k, 2] celebravit. Ubi ab ipso iam inicio autumni[l] usque ad eam partem hyemis[m] tamquam stativis castris se continuerat[3], sumptus habens regiae *magnificentiae multum impares. *p. 17 Nam preter pauca, quae ex reditibus[n] regalis fisci veniebant, vel quae abbates coacticio[o] famulatu ministrabant, caetera omnia in quottidianos[p] usus eius quottidianis[p] impensis emebantur. Hoc adeo fiebat odio Premensis archiepiscopi, quem omnes criminabantur sub pretextu regiae familiaritatis monarchiam usurpasse manifestae tyrannidis. Et ipsi ergo consueta regi servicia[q] detractabant, et ille in alias regni partes regem abducere nolebat, ne scilicet cum aliis principibus communicando[r]

a) Cilbertus *B* 1ª; Gilbertus Pataui *B* 2. b) cappell. *B* 1ᵇ. 2. c) imperatoris *B* 1ª. d) *om.* *B* 1ᵇ. e) Arnolffus *B* 2. f) *om.* *B* 2. g) Rudolfi *A* 1. 2. *B* 2. h) gygas *A* 1. 2. i) nat *B* 1ª; nativitatem *B* 1ᵇ. 2. k) Goslare *B* 1ª. l) autumpni *B* 2. m) hiemis *A* 1. *B* 1ª. n) redditibus *B* 1ª; retibus, *post corr.* redit. *B* 1ᵇ. o) coacto *B* 2. p) quotid. *A* 1; cottid. *B* 2. q) mittere *add.* *A* 1. 1ª. r) communicandū *B* 1ª.

1) *Horat. Carm. II,* 17, 14: nec si resurgat centimanus Gyes *(ubi codices mss. habent* gyges; *cf. ib. III,* 4, 69: centimanus Gyes*); Sulp. Sev. Vita Martini c.* 26: si ipse, ut aiunt, ab inferis Homerus emergeret. 2) *Immo Moguntiaci. Cf. Meyer v. Knonau I, p.* 483, *n.* 174. 3) *Minime, sed mense Augusto exeunte a partibus Rheni Goslariam profectus, mense Septembri in Oschersleben et Bassleben diplomata dedit (St.* 2683. 2684*), Goslariam reversus, inde mense Novembri Corbeiam ivit, ubi diebus Nov.* 19. *et Dec.* 8. *(St.* 2687. 2688*) moratus est, neque inde eum Goslariam rediisse solo Lamperto hoc loco teste credendum est.*

principatum consiliorum et familiaritatis ipse sibi aliquid 1065. immineret[a] de fastigio usurpatae singularitatis. Sed non ultra laturi iniuriam videbantur principes regni. Archiepiscopi Mogontinus[b] et Coloniensis cum caeteris, quibus curae[c] erat res publica, crebra conventicula faciebant atque omnes in commune, quid facto opus esset, consulere rogitabant. Dein iam adulta conspiratione, diem generalis colloquii omnibus indixere regni principibus, ut Triburiam convenientes Premensem archiepiscopum, communem omnium hostem, communibus omnes studiis oppugnarent regique denunciarent aut regno ei cedendum esse[d] aut familiaritate et amicicia Premensis archiepiscopi defungendum.

Perlato Goslariam[1] atrocis rei nuncio, rex ad sta- *(Dec.)* tutam diem concitus properabat. Cum quo et Wernheri[e] comes veniens in villam Ingilneheim, cuius pars aliqua ad nostrum quoque monasterium pertinet, hospitatum divertit[2]. Ubi dum milites eius ab incolis predas agerent, et illi ad arma conclamantes manu vindicare[f] se niterentur, atrox pugna coorta est. In qua dum Wernheri[e] comes ad ferendum[g] suis opem impigre discurreret, a quodam nostri monasterii vilissimo mancipio vel, ut alii ferunt, a femina saltatrice clava percussus in capite corruit atque ad regem semivivus est reportatus. Admonitus ab episcopis, qui presentes erant, ut pro peccatis suis Deo in extremo iam spiritu constitutus satisfaceret seque Herveldensium monachorum precibus interemptum recognoscens villam Kirhberc[h], quam iniuste invaserat, redderet, nullo modo adquievit[i], donec episcopi consensu facto minitarentur se ei sacram communionem morienti non daturos, nisi prius tanti peccati pondere se exonerasset. Sic tandem pudore magis quam religione victus reddidit, statimque vita excessit.

Statuta die[3] tristis in regem omnium vultus, tristis 1066. *(Ian.)*

a) immineret *B* 1ᵃ; imminuere *B* 1ᵇ. b) Moguntinus *h. l. B* 1ᵃ. c) cura *B* 2. d) esset *B* 1ᵇ. e) Werenher *A* 1. f) se vind. *B* 1ᵇ. 2. g) ferendam *A* 1. h) Kirchberg *B* 1. 2. i) acq. *B* 1ᵃ. 2.

1) *Immo Corbeiam, ut probabilius est; cf. p.* 100, *n.* 3. *Sed potius demum in colloquio Triburiensi rex et archiepiscopus hanc conspirationem comperisse videntur, ad partes Rheni profecti, ut abbatem Laureshamensem libertatem monasterii sui contra Adalbertum defendentem superarent.* 2) *De tempore, quo haec facta sint, falso a Lamperto indicato vide Kilian, 'Itinerar Heinrichs IV.' p.* 35 *sq.; Meyer v. Knonau I, p.* 484, *n.* 176. 3) Post octabas epiphaniae *(Ian.* 13*) teste Annone in epistola*

1066. (Jan.) erat sententia, ut aut regno se abdicaret aut archiepiscopum Premensem a consiliis suis atque a regni consortio amoveret. Tergiversanti et, quid pocius eligeret, hesitanti archiepiscopus consilium dedit, ut proxima nocte, ablatis secum regni insignibus, clam aufugeret[a] et Goslariam aut in alium locum se reciperet, ubi ab[b] iniuria tutus foret, donec turba haec conquiesceret. Adveniente vespera thesauros regios per satellites et socios fraudis suae iam exportare ceperat, cum repente ad ministros regis consilium hoc, nescio quo indicio, permanavit; qui statim raptis armis curtim regiam circumdederunt totamque deinceps noctem ducentes pervigilem, ne quid novi accideret, asservabant. Facto mane infensis adeo animis omnes in archiepiscopum coorti sunt, ut nec manibus temperassent, nisi regia maiestas vix et aegre iracundiam cohibuisset[1]. Contumeliose itaque eiectus est de curte regia cum omnibus tyrannidis suae fautoribus, misitque cum eo rex amicorum suorum non modicam manum, ne scilicet ab emulis suis insidias in via pateretur. Sic iterum[c] rerum publicarum administratio ad episcopos rediit[2], ut singuli suis vicibus, quid regi, quid rei publicae facto[b] opus esset, previderent.

Apr. 16. Rex pascha[d] Traiecti celebravit. Eberhardus Tre- Apr. 15. verorum archiepiscopus, dum in sabbato[e] sancto tantae diei misterium[f] solemniter populo exhibuisset, regressus in secretarium[g], caput[h] in sinum archidiaconi *reclinavit, *p. 173. circumstantibusque fratribus, spiritum exhalavit[i]. Episcopatum eius per interventum[k] Coloniensis archiepiscopi suscepit Cuono[l] prepositus[m] Coloniensis[3]. Graviter et indigne nimis tulit tam clerus[n] quam populus Treverorum, quod ipsi in electionem eius[o] admissi consultique non essent, seque vicissim hortabantur, ut insignem hanc contumeliam insigni aliquo exemplo eluerent. Erat

a) auffug. *B* 2. b) *om. B* 1[b]. c) dum *B* 1[a]. d) pasche *B* 2. e) sabato *B* 1[b]. f) myst. *A* 1. g) sacrarium *A* 1. 1[a]. 2. *Utrum Lampertus scripserit, certe dignosci nequit, cum et* sacrarium *et* secretarium *scriptores medii aevi pro aedicula quam vocamus 'Sakristei' usurpent, sed supra p.* 82, *l.* 16. sacrarium *aliam vim habet;* in sacrario *Eberhardum obiisse referunt etiam Gesta Trev. c.* 32, *SS. VIII, p.* 174. h) capud *B* 1[a]. i) exal. *B* 1. 2. k) intercessionem *B* 2. l) Cuno *A* 1. 2. *B* 2; Cono *S.* m) Col. prep. *B* 2. n) clericus *B* 1[b]. o) *om. B* 1. 2.

ad Alexandrum papam, Giesebrecht, 'DKZ.' ed. 5. *III, p.* 1258, *nr.* 5, *colloquium Triburiae habitum est.* 1) *Cf. supra p.* 93, *n.* 2. 2) *Apud quos revera nusquam fuit; cf. supra p.* 80, *n.* 2. *Apud Annonem summam potestatem a.* 1066. *fuisse constat.* 3) *Lamp. caute silentio texit hunc Annonis nepotem fuisse. Nescio an Hazzecha mater Cunonis (Theoderici Passio Conradi c.* 1, *SS. VIII, p.* 214*) soror Annonis fuerit.*

1066. tum[a] temporis maior domus[1] aecclesiae Treverorum Diedericus[b] comes, adolescens tam natura ferox quam *(Maii 18).* aetate. Is die, quo episcopus urbem ingressurus sperabatur, cum ingentibus copiis ei[c] obviam processit atque in ipso lucis crepusculo, priusquam hospicio[2] progrederetur, super eum irruens, paucos resistere temptantes occidit, caeteros inopino terrore perculsos facile fudit fugavitque, opes, quas[d] amplissimas advexerat[e], diripuit, ipsum episcopum captum traditumque in manus carnificum de rupe altissima precipitari et sic interfici iussit[3]. *(Iun. 1).* Corpus eius a religiosis viris collectum atque in monasterio Doleiensi sepultum est[4]; *(Iul. 25).* ubi usque in presens tempus magnis, ut fertur, miraculis divinitus sepe illustratur[5]. Successit ei in episcopatum Ŭto[f, 6], concordante in electionem eius tam clero[g] quam populo.

In festis paschalibus per quatuordecim fere noctes *Apr. 16–29.* continuas cometa[h] apparebat. Quo in tempore atrox et lacrimabile nimis prelium[i] factum est in partibus aquilonis; in quo rex Anglisaxonum tres reges cum infinito eorum[h] exercitu usque ad internicionem delevit[7].

Rex Friteslare[k] veniens gravissimam egritudinem *(Maio).* incidit[8], ita ut a medicis desperaretur, et principes de regni successione consilia conferre cepissent. A qua infirmitate vixdum plene resumptis viribus pentecosten[l] *Iun. 4.* Herveldiae celebravit. Nec multo post nuptias in Tri-

a) tunc *B* 1[b]. 2. b) Dietericus *B* 2. c) obv. ei *B* 2. d) quam *B* 1. 2. e) adduxerat dirupuit *B* 1[b]. f) Uto *A* 1. 2. *B* 1[a]. 2. g) claro *A* 1. h) *om.* *B* 2. i) pmium *B* 2. k) Frideslare *A* 1; ffriteslaree, ee *e corr.* *B* 1[b]; iam *add.* *P.* l) penthec. *B* 2.

1) *Advocatus. H.* 2) *In villa Bitburg habito; Triumph. S. Remacli I,* 17, *SS. XI, p.* 446; *Gesta Trev. c.* 33, *SS. VIII, p.* 174; *Gest. Trev. add. c.* 9, *ib. p.* 182; *Passio Conradi c.* 2, *ib. p.* 215. 3) *Cum regem eodem tempore ad mortem aegrotare audivisset (v. infra l.* 21*), hoc scelus perpetrare conatus esse videtur.* 4) *Primo Iul.* 8. *ante fores ecclesiae Lonset, postea Iul.* 25. *in monasterio Tholeiensi; Passio Conradi c.* 4. 7, *l. l. p.* 217 *sq.* 5) *Cf. Pass. Conradi c.* 7, *l. l. p.* 218 *sq.* 6) *Filius Eberhardi comitis de Nellenburg, regis fidelissimi consiliarii; Gest. Trev. add. c.* 9, *SS. VIII, p.* 183. 7) *Die Sept.* 25, *non tempore paschali, Haroldus II. rex in proelio apud Stamfordbridge commisso occidit Haroldum Hardrada regem Norwegiae et Tosti ducem, fratrem suum. Nescio num tertium regem occisum Lamp. in mente habuerit regem Hiberniae, quem Adam Brem. III,* 51. *in hoc proelio cecidisse dixit, an cum hac pugna confuderit in unum proelium Oct.* 14. *apud Hastings commissum, quo Wilhelmus Haroldum regem Anglorum occidit. Quod proelium terribili illo cometa praesignatum esse permulti scriptores omnium fere terrarum opinati sunt.* 8) *Cf. Triumph. S. Remacli I,* 16, *SS. XI, p.* 445. *Quo tempore hoc factum sit, indicant Ann. Altah. a.* 1066.

1066. (Iul.) buria regio apparatu celebravit in coniunctione [1] Berhtae [a] reginae, filiae Ottonis marchionis Italorum [2].

Reginherus Misnensis [b] episcopus obiit; cui Craft [c] prepositus Goslariensis successit. Sed is dum suscepto episcopatu Goslariam venisset, post refectionem in cubiculum, ubi thesauros suos, quorum nimius amator erat, nullo conscio infoderat, quasi paululum requiescere volens, sese inclusit. Cumque iam die vergente in vesperam preter modum consuetudinemque suam somno indulgere videretur, rem insolitam mirantes cubicularii pulsare ostium ceperunt. Sed nec pulsantibus nec vociferantibus ullum dabatur responsum. Tandem effractis foribus irrumpentes invenerunt eum [c*] fractis cervicibus, colore tetro, exanimem ipsis thesauris suis miserabilem [d] in modum incubantem [e]. Episcopatum pro eo suscepit [f] Benno predictae Goslariensis aecclesiae canonicus.

1067. MLXVII. Otto marchio Thuringorum obiit, gaudentibus admodum in morte eius omnibus Thuringis [g], eo quod ipse primus ex principibus Thuringorum [g], ut predictum est [3], decimas ex suis in Thuringia possessionibus dare consensisset et per hoc calamitatem maximam genti suae invexisse videretur. Marcham [h] eius Egbertus patruelis regis suscepit [4].

(Mart. 23). Einhardus Spirensis episcopus obiit; cui Heinricus successit, Goslariensis aecclesiae canonicus, tantae [i] dignitati vixdum per aetatem maturus, et non tam electione principum ad hanc provectus [k] quam indulgentia regis, cui in puerili aetate fuerat [l] familiarissime assentatus.

(Sept. 19/20). Benno Osenbruggensis episcopus obiit; cui alius (Nov. 23). Benno successit [5].

Nov. 11. Rex in nativitate [m] sancti Martini Goslariam veniens

a) Berthe *B* 1. 2. b) Mißneñ *B* 2. c) Crafft *B* 2; Craht *S. H.* c*) cum *A* 1. d) miserabiliter *B* 1b. e) incumbentem *B* 1b. f) susscepit *B* 2. g) Turing. *h. l.* *B* 1b. h) Marchia *A* 1. 1a. i) ante *B* 1a. k) profectus *A* 1. 2. *B* 1b. l) fuit *B* 1a. m) natalem *A* 1. 1a.

1) *Cf. supra p.* 58, *n.* 7. 2) *In diplomate spurio abbatiae S. Maximini (St.* 2694*) Heinricus die Iul.* 13. *declarat se Triburiae Berhtam in matrimonium duxisse, qui dies tam optime concordat cum tempore indicato ab Ann. Altah., ut pateat falsarium eum ex notitia quadam eiusdem temporis didicisse, qui et locum recte adnotaverit.* 3) *A.* 1062, *supra p.* 79. 4) *Cum Otto filias tantum haberet; Ann. Saxo a.* 1062, *SS. VI, p.* 693. 5) Die sancti Clementis *Vita Bennonis c.* 13, *SS. XII, p.* 66. *Unde patet regem tunc non adeo aegrotasse, ut verbis sequentibus dictum est, ut Meyer v. Knonau I, p.* 574, *n.* 48. *monuit.*

graviter infirmari cępit atque eadem valitudine[a] per 1067. Nov. multos dies laborans lecto recubabat.

MLXVIII. Rex natalem[b] Domini Goslariae nec- Dec. 25. dum sospitate ad plenum recuperata celebravit; a quo Egbertus[c] marchio exactis diebus festis digressus, cum 1068. se in sua recepisset, modica febre pulsatus terminum (Ian. 11). vitae accepit[1]. Sed marcham[d] adhuc vivens adquisierat[e] filio suo, tenerrimae aetatis infantulo, quem ei vidua[2] *p. 174. ducis[f] Ottonis de *Swinefurt[g] pepererat[h]. Cui tamen ipse paucis diebus antequam vita excederet repudium scribere cogitaverat et contra leges ac[i] statuta canonum viduam[3] Ottonis marchionis matrimonio sibi iungere[k], quod haec forma elegantior et efferatis moribus[l] suis oportunior videretur. Sed mors oportune[m] interveniens nefarios[n] conatus[o] eius intercepit.

Ravenger patriarcha Aquileiensis[p] obiit; cui Sigehardus cancellarius successit; pro quo Bibo cancellarius est substitutus[4].*

*) *B* 1. 2 *add.:* Ecclesia in[q] Monte Sancti Petri[5] exusta est XVIII. Kal. Decembris. Nov. 14.

MLXVIIII. Rex natalem[b] Domini Goslariae cele- Dec. 25. 1069. bravit, pascha Quidelenburc[r], pentecosten[s] Coloniae[6]; Apr. 12. post pentecosten[s] Wormaciae cum principibus regni Maii 31. Iun. colloquium habuit. Ibi primum cum episcopo[t] Mogontino[u] rem secreto agit[v] eiusque opem ad perficiendum quod mente machinetur obnixe implorat; si impetret, se deinceps ei subditum et dicto obtemperantem fore; ad hoc Thuringos armata[w] manu, si aliter nequeat, coacturum, ut decimas sine ulla inperpetuum contradictione persolvant. Annuente episcopo et pactione

a) valetud. *omnes h. l.* b) nat̄ *B* 1^a; nativitatem *B* 1^b. 2. c) Ecbertus *B* 2; Ekbertus *S.* d) marchiam *A* 1. *S.* e) acquis. *B* 1^a. 2. 3^b. f) *om.* *B* 1^b. g) Suuinenfurt *A* 1. 1^a. h) peperat *B* 1^b; pep̨eat *B* 3^b. i) et *B* 2. k) coniungere *B* 2. l) moribis *B* 1^a. m) inoportune *B* 2. n) nefa raios *B* 1^a. o) conatos *B* 1^b. p) Aquilegiensis *A* 2. *B* 2. q) s. P. in M. *B* 2. r) Quidelenburg *B* 1. 2. s) penthec. *B* 1^b. 2. t) *deest* *B* 1. 2. u) Maguntino *h. l.* *B* 2. v) habuit *B* 2. w) adarmata *B* 2.

1) *Diem obitus praebet 'Braunschw. Reimchr.' v.* 1716 *sq., 'Deutsche Chron.' II, p.* 481. 2) Immula seu Irmingardis *Anno Saxo a.* 1067. 1068, *SS. VI, p.* 695. *Filius Egberti nomen habebat.* 3) *Adelam de Loranio (Ann. Saxo a.* 1062, *p.* 693*) quam paulo post Dedi marchio in matrimonium duxit (infra a.* 1069, *p.* 106*).* 4) *Qui primo subscripsit diplomati dato a.* 1068, *Maii* 10 *(St.* 2714*).* 5) *Erphesfurtensis. Cf. Erph. Ant. Varil., Mencken, SS. II, c.* 472. 6) *Immo Moguntiaci. Quod Lamp. scire potuisset, cum Kal. Iun. rex ibi dederit abbatiae Hersfeldensi privilegium (St.* 2723*); cf. Meyer v. Knonau I, p.* 612, *n.* 11.

1069. (Iun.) utrimque firmata[1], rex ad publicum refert sibi cum uxore sua non convenire; diu oculos hominum fefellisse, ultra fallere[a] nolle; nullum eius crimen, quo iuste repudium mereatur, afferre, sed se, incertum quo fato, quo Dei iudicio, nullam cum ea maritalis operis copiam habere. Proinde per Deum orare, ut se male ominata compede absolvant paciantur que equo animo discidium fieri, ut illa[b] sibi et ipse[c] ei, si ita Deus velit, felicioris matrimonii viam patefaciat. Et ne quis violatum[d] semel pudorem causetur obstare iterum nupturae, se sub iureiurando confirmare, quod eam, ut acceperit[e], sic incontaminatam inlibatoque[f] virginitatis pudore conservaverit. Feda res et ab regia maiestate nimium abhorrens visa est omnibus qui aderant. Negocio tamen, cui rex tam fervide animum adiecisset, detractare singuli religiosum arbitrabantur. Episcopus quoque tam preciosa pollicitatione redemptus, quantum poterat salva verecundia, haut[g] aegre causam[h] regis tuebatur[2]. Itaque cunctis id fieri decernentibus, synodum conficiendo negocio indixit Mogontiae proxima post festum sancti Michaelis ebdomada[i]. Hac expectatione rebus suspensis, regina Loresham, ut statutum tempus ibi prestolaretur, missa est. Rex alio, quo regni negocia vocabant, abiit.

Interea Dedi marchio Saxonicus, cum viduam duxisset Ottonis marchionis[3] tercio prius anno defuncti[4], predia etiam, quae ille a diversis dominis beneficii loco

a) vallere *B* 1a. b) ille *B* 2. c) ipsa *B* 2. d) vioalatum *B* 1a. e) accepit *B* 2. f) illib. *B* 1a. g) haud *A* 1. *B* 2. h) regis causam *B* 1b. i) hepdomada *A* 1; ebdomoda *B* 1b.

1) *Ex eo quod Sigefridus archiepiscopus hoc anno litem de decimis Thuringiae renovaverit (Dronke, Cod. dipl. Fuld. p.* 370 *sq., nr.* 764*; Sigefridi charta, Ioannis, SS. R. Mogunt. II, p.* 462 *sq.; cf. Ausfeld p.* 42*—*59*), et rex ei hac in re faverit, Lamp. haec audacter sibi confinxit vel, ut aliis persuaderet, ementitus est. Quid enim rex et archiepiscopus inter se secreto pacti sint, monachus Hersfeldensis scire non potuit, cum neuter eorum hoc ei revelasset. Cf. Meyer v. Knonau I, p.* 661 *sqq.* 2) *Archiepiscopum ad matrimonium dissolvendum regi publice auxilium praebuisse constat, cum et Ann. Altah. idem referant. Cum vero archiepiscopus Alexandro papae (Jaffé, Bibl. V, p.* 65 *sq., nr.* 34*) scripserit se regi potius hac in re restitisse et petiverit, ut papa legatum ad rem diffiniendam mitteret, apparet hominem illum inconstantem nulliusque fidei et regi secreto adversatum esse et papae non plenam veritatem de re a se tractata scripsisse, id quod W. de Giesebrecht, 'DKZ.' III, p.* 1116 *sq. statuit, etiam Meyer v. Knonau I, p.* 662. *quodammodo concessit.* 3) *Cf. supra p.* 105, *n.* 3. 4) *A.* 1067, *supra p.* 104.

habuerat[1], summa vi nitebatur adquirere[a]. Cum nullus 1069. daret postulanti, indignitatem non ferens, regi, per quem potissimum stetisset, ne darentur, bellum parabat crebrisque colloquiis Thuringos ad societatem armorum sollicitabat. Promptum hoc fore sperabat, eo quod rex archiepiscopum adiuvando in exigendis decimationibus multum a se avertisset animos eorum[2]. Incitamentum tamen[b] illi furoris vel maximum erat uxor saevissima. Haec placido hominis ingenio et per aetatem iam mansuefacto iuveniles animos inspirabat, sepius obtundens, quia, si vir esset, non inultus iniurias acciperet nec priori marito eius audacia se imparem gereret, quo et virtute et opulentia superior esset. Rex[c] accepto nuncio graviter permotus ingentes copias, et quae pluribus[d] etiam bellis satis essent, celerrime contraxit. Tum vero episcopus Mogontinus tempus se accepisse ratus, quo per occasionem publici belli privatum in Thuringos odium vindicaret, infestissimus aderat, regem quam atrocissime rem agere instigabat; ipse quoque totis amicorum, totis[e] Mogontini[f] episcopatus opibus cepto annitebatur. Non fefellit Thuringos efferatus in se animus episcopi, nec ipsi in eum mitiores spiritus gerentes,
*p. 175. legatos ad regem *miserunt, se nihil iniquum, nihil quod secus sit moliri adversus eum, nec arma contra[e] rem publicam suo consilio aut favore sumpta[g] esse; paratos se pocius hostem publicum capitis quoque sui periculo expugnare; promptius[h] autem ac devotius id facturos esse, si decimationum leges, priorum regum et episcoporum indulgentia sibi statutas, ratas inviolatasque fore pateretur. Quodsi[i] episcopus ad eos rem divinam non divinis, sed humanis armis expugnatum[k] veniret et decimas[h] iure belli sibi extorquere vellet, quas nec iure ecclesiastico nec lege forensi potuisset, iam pridem se sacramento obstrictos obligatosque fuisse, ut raptores et

a) acq. *B* 1^{a}. 2. b) *om.* *B* 2. c) Rex — contraxit *om.* *B* 2. d) plurimis *B* 1^{b}. e) *om.* *B* 1^{a}. f) Moguntini *B* 2. g) supta *B* 1^{a}. h) procius *B* 1^{a}. i) qdsi *B* 1^{a}. k) expugnaturus *B* 1^{b}.

1) *Praesertim procul dubio beneficia archiepiscopi Moguntini, de quibus supra a.* 1062, *p.* 79. *dictum est, ut Giesebrecht l. l. p.* 139. *monuit.*
2) *Optime ostendit Ausfeld p.* 51 *sqq. Thuringos secretum illud pactum regis et archiepiscopi, quod paulo ante factum esse Lamp. confinxit, novisse non potuisse, Lampertum sua praesumptione caecatum quaestionem de decimis Thuringiae falsissime narrationi huius rebellionis immiscuisse, quod etiam ex ipsius narratione appareat.*

1069. predatores inultos non sinerent[1]; sacius sibi[a] esse mori in bello quam amissis patrum legittimis[b] periuros vivere. Rex ad haec benigne respondit auxiliumque suum, si in fide permanerent, certissimos sperare iussit. Dehinc, *(Iul.)* ubi res matura visa est, infesto agmine Thuringiam intravit. Duo ibi castella, quibus marchio presidium imposuerat, Bichelingun[c] et Scidingen[d], alterum per deditionem, alterum manu expugnatum recepit. Caeteris ilico[e] admovendus erat exercitus. Sed marchio advertens nullo loco vel munitione sustineri posse impetum regis, incisa[f] spe resistendi, se suaque omnia dedidit. Thuringi, etsi, ut promiserant, erga regem et causam publicam devoti fidelesque essent, in episcopum tamen Mogontinum hostilia pleraque fecere, probris et conviciis in faciem lacessere, milites eius, dum predas agerent, facto grege sepius incursare, rapinam[g] excutere, fundere, fugare, nonnullos denique ministros eius, nec hos mediocri fortuna vel humili loco natos[h], dum ab exercitu regis paulo longius predatum abissent[i], comprehensos suspenderunt[k]. Iussum tamen eis est ab rege facile et contemptim, ut decimas darent[2], non quo recusantibus vim ferre[l] in animo esset, sed ne non reddito promisso archiepiscopum offenderet. Dedi marchio aliquamdiu habitus in custodia, tandem, adempta possessionum et redituum[m] non modica parte, dimissus est. Filius eius Dedi iunior patrem ea tempestate infestius acerbiusque quam alius quisquam insectatus est[3]. Ob eam rem exacto bello ingenti gloria esse cępit apud regem, egregiae indolis adolescens, nisi ambitionis spiritu et prepropera[n] dominandi cupidine preceps raperetur. Is non multo post, cum nocte quadam ad necessitatem naturae secessisset, apposito extrinsecus[o] insidiatore confossus in inguine et occisus est[4]. Quis necis eius auctor fuerit[5], non satis constat, quamquam dolo novercae

a) .n. (enim) *B* 2. b) legitimis *h. l. B* 1[a]. c) Bichelingim *B* 1[c]; Bichelingen *B* 2. d) Schidingen *A* 1; Seidingen *B* 1[b]. e) illico *h. l. A* 1. *B* 1[c]. 2. f) inscisa *B* 2. g) rapinas *B* 2. h) ortos *A* 1. 1[a]. i) abijssent *B* 2. k) suspenderent *A* 1. 1[a]. l) inferre *B* 2. m) reddituum *B* 1. 2. n) prepropia *B* 1[a]. o) extrinsico *B* 1[b].

1) *Huius treugae, quam 'Landfrieden' dicimus, a Thuringis constitutae Lamp. etiam a.* 1070, *infra p.* 116. *mentionem fecit, iisdem fere verbis usus.* 2) *Hoc verum videtur, regem scilicet leviter hoc Thuringis praecepisse.* 3) *Ann. Ottenbur., SS. V, p.* 7. *eum patrem regi reconciliasse tradunt. Cf. Delbrück p.* 21. 4) *Cf. Geneal. Wettin., SS. XXIII, p.* 227. 5) *A proprio servo eum occisum esse dicit Ekkeh. a.* 1070, *SS. VI, p.* 200; *sed clam occisum Ann. Ottenbur. l. l.*

interfectum vulgi sermonibus passim iactaretur. Illud 1069. haut[a] dubie liquet, monasteria et aecclesias moriente eo magna formidine exoneratas esse, cum mentibus omnium certissima opinio insedisset eum[b] augendarum opum studio non[c] Deo, non[c] homini[d] parciturum, qui patri proprio non pepercisset.

Imminente iam die, qui scindendo[e] regis coniugio *(Sept.)* dictus fuerat, rex Mogontiam concitus properabat. Et ecce inter eundum comperit legatum sedis apostolicae suum Mogontiae adventum prestolari, qui discidium fieri prohibeat[f] et episcopo Mogontino apostolicae animadversionis sententiam minitetur, quod tam nefariae separationis se auctorem promiserit[1]. Consternatus ilico, quod rem diu exoptatam perdidisset e manibus, per iter[g] quo venerat in Saxoniam redire volebat. Vix et aegre tamen amicorum consiliis superatus, ne principes regni frustraretur, quos summa frequentia sibi Mogontiae occurrere iussisset, Frankonofurt[h] abiit, ibique eos qui[i] Mogontiae convenerant statuto die[2] adesse iussit. *Oct.* 4—10. Quo dum frequentes venissent, Petrus Damianus — is legatus erat sedis apostolicae, vir aetate et vitae innocentia admodum reverendus — mandata exposuit Romani pontificis: Pessimam rem et ab nomine christiano, nedum ab regio multum abhorrentem esse, quam moliatur. Si minus humanis legibus vel canonum sanctionibus terreretur[3], parceret saltem famae et existimationi propriae, ne scilicet tam fedi exempli venenum ab rege

a) haud *A* 1. *B* 2. b) cum *A* 1. 1ª, *alio atram. corr.* eum *A* 1ª. c) nec *B* 1ᵇ. d) hominibus *B* 2. e) scindendi *B* 1. 2. f) prohibebat *B* 2. g) man. pariter *(ex* p iter, *ut B* 1ª *habet) A* 1. 1ª. h) Franconefurt *A* 1; frankonefurt *B* 1; Franconofurt *B* 2. i) *om. B* 1ª.

1) *Idem fere annalista Altah. retulit, quod verum habendum est. Papa igitur aut legatus fraudem archiepiscopi perspexisse videtur. Monachus Altahensis etiam legatum inopinatum advenisse scribit, in hoc tantum lapsus, quod eum archiepiscopo improvisum venisse opinaretur. Cf. p.* 106, *n.* 2. 2) *Cf. supra p.* 106, *l.* 21. *Oct.* 7. *et* 8. *rex diplomata Franconofurt dedit, St.* 2726. 2727. 3) *Non tam inepta Petrus Damianus, vir canonum peritus, loqui potuit. Cf. Gratian. II, C.* 27, *q.* 2, *c.* 16: Non est dubium illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua commistio sexus non docetur fuisse; *ib. c.* 17. 18; *ib. c.* 36: In omni matrimonio coniunctio intelligitur spiritualis, quam confirmat et perficit coniunctorum commistio corporalis. *Sane matrimonium regis, quippe quod non perfectum fuerit, iure canonico annihilari potuit, quamvis utraque pars matrimonio contrahendo antea consenserit. Unde rex rationem, propter quam connubium dissolvi potuit, proposuit, supra p.* 106, *l.* 9 *sqq.*

1069. sumpto inicio totum commacularet populum christianum[1], et qui ultor esse[a] debuisset criminum, ipse auctor et signifer fieret[b] ad flagicium. Postremo, si non flecteretur consiliis, se necessario vim ecclesiasticam adhibiturum et canonum lege scelus prohibiturum. Ad haec[c] suis manibus nunquam imperatorem consecrandum *fore, *p. 176. qui tam pestilenti exemplo, quantum in se esset, fidem christianam prodidisset. Tum vero in eum[d] coorti omnes, qui aderant[e], principes aiebant equa[f] censere Romanum pontificem, et per Deum rogabant, ne crimen inferret gloriae suae[g] et regii nominis maiestatem tam turpis facti colluvione macularet; preterea ne parentibus reginae causam defectionis et iustam turbandae rei publicae occasionem daret, qui si viri essent[2], cum armis et opibus plurimum possent, tantam filiae suae contumeliam proculdubio insigni aliquo facinore expiaturi essent. Hac oratione[h] fractus magis quam inflexus: 'Si id', inquit, 'fixum obstinatumque est vobis, imperabo egomet mihi feramque, ut potero, onus, quod deponere non valeo'. Ita efferato magis per studium concordiae odio, annuit quidem, ut in regni consortium regina revocaretur; ipse tamen, ut congressum eius conspectumque vitaret, adhibitis sibi vix XL militibus in Saxoniam concitus rediit. Regina cum caetera multitudine et regni insignibus paulatim subsecuta est. Cumque ad eum Goslariam venisset, vix compulsus ille a familiaribus suis, ut ei obviam procederet, satis superque pro consuetudine eam benigne suscepit. Sed protinus refrigescente amore, ad ingenium suum atque ad pristinum rigorem animi rediit; et quia consilia scindendi coniugii sepe iam temptata non processerant, statuit deinceps, communicato cum ea solum regni nomine, sic eam habere, quasi non haberet[3].

a) deb. crim. esse *B* 2. b) foret *B* 2. c) hoc *an* hec *incertum* *B* 2. d) v. meum *B* 1[a]. e) aderā *B* 1[a]. f) equc *B* 2. g) *om.* *B* 1[b]. h) racione *B* 1[b].

1) *Nota bene hoc ipso anno Rudolfum ducem sororem reginae Adalheidam, falso ei crimen adulterii obicientem, repudiasse, (Ann. Weissenb., supra p.* 55; *Wenric. c.* 6, *Libelli I, p.* 294*), hoc Lampertum cauto silentio texisse, quin etiam cavisse, ne huius Rudolfi uxoris unquam mentionem faceret (cf. infra p.* 138, *n.* 1*). Iure monet Meyer v. Knonau I, p.* 614. *forsitan Rudolfi exemplo regem incitatum esse, ut suam quoque uxorem dimitteret.* 2) *Cf. ad haec verba Meyer v. Knonau I, p.* 626, *n.* 44. 3) *Cf. infra a.* 1071, *p.* 131, *l.* 25 *sqq.; L. Ranke, 'Werke' LI, p.* 135*; Meyer v. Knonau I, p.* 627 *sq., n.* 50. 51.

Maxima eo anno vinearum omniumque silvestrium[a] 1069.
arborum sterilitas fuit[1].

Meginwardus abbas Hildenesheimensis abbatiam
suscepit Augiensem, patefacto in eam[b] sibi per multam
largicionem aditu[2].

Růmoldus[c] Constantiensis episcopus, maturae ad-
modum gravitatis vir, obiit[3]; cui Carolus[d] successit, *(Nov. 4).*
Magadaburgensis[e] canonicus[4]. Is a clericis Constan-
tiensibus primo benigne susceptus est; sed processu tem- 1070.
poris, dum pro libito suo magis quam ex ratione rem
gereret, indignantes clerici a communione eius se absti-
nere ceperunt propter simoniacam[f] heresim, per quam
episcopatum usurpasse dicebatur; id quoque ei crimini
dantes, quod plerosque aecclesiae thesauros furtive ab-
stulisset[5]. Qua accusatione Romam perlata, Romanus
pontifex mandata direxit Mogontino archiepiscopo[6], ne
ullo modo ab eo consecraretur, donec in sui presentia
causa diligentius ventilaretur.

Tolose[7] episcopus obiit; cui Bibo cancellarius suc- 1069. *(Iul. 11).*
cessit; pro quo Adalbero[g] canonicus Mettensis[h] cancel-
larius est[i] substitutus[8].

MLXX. Rex natalem[k] Domini Frisinge[l] celebravit. *Dec. 25.*

Episcopus Mogontinus et Coloniensis et Babenber- 1070.
gensis a domno apostolico evocati Romam venerunt.
Ibi[m] episcopus Babenbergensis accusatus, quod per simo-
niacam[n] heresim data pecunia episcopatum invasisset[9],

a) sylv. *A* 1 *saepe.* b) ea *B* 1ª. c) Rumoldus *A* 1. 2. *B* 1ª. 2. d) Karolus *B* 1. e) Magdaburg. *A* 2. *B* 1ᵇ. *P.*; Magdeburg. *B* 2. f) symon. *B* 2. g) Adelbero *B* 1. 2. h) Meten *B* 2. i) subst. est *B* 2. k) nat̄ *B* 1ª; nativitatem *B* 1ᵇ. 2. l) Frisingae *A* 1. m) Ibique *B* 1ª. n) symon. *h. l. B* 1ᵇ.

1) *Idem referunt Ann. Weissenb., supra p.* 53, *ad a.* 1068. *Cf. Ann. August. a.* 1069, *SS. III, p.* 128: Fames valida. 2) *Cf. Berthold. (Ann. S. Blasii), SS. V, p.* 274; *Ann. Altah. a.* 1071. *tradunt Hecelonem episcopum Hildesheimensem, consanguineum eius, ei pecuniam dedisse.* 3) *De die obitus vide Meyer v. Knonau I, p.* 630 *sq., n.* 59. 4) *Demum a.* 1070, *Febr. Augustae episcopus designatus est. Cf. Berthold. (Ann. S. Blasii) a.* 1070. *l. l.; Ann. August., SS. III, p.* 128. 5) *Cf. acta synodi Mogunt., Jaffé, Bibl. V, p.* 72; *Berthold. (Ann. S. Blasii) a.* 1069. 1070. *l. l.; Ann. Altah. a.* 1071. 6) *Cf. epist. Sigefridi ad Alexandrum papam, Jaffé, Bibl. V, p.* 68, *nr.* 36: Namque mihi Romae posito viva voce et postea apostolica legatione interdixistis, ne eum qui designatus est in Constantiensem episcopum ullo modo consecrarem. *Hoc igitur factum est post Sigefridi iter Romanum, quod infra a.* 1070. *narratur.* 7) *Tullensis Udo.* 8) *Bibo cancellarius postremo subscripsit diplomatibus datis Aug.* 15 *(St.* 2724. 2725*), Adalbero primo diplomati dato Oct.* 7 *(St.* 2726*).* 9) *Cf. supra p.* 99 *sq.*

1070. multa et preciosa munera papae dedit et per haec efferatam adversum se[a] mentem eius ad tantam mansuetudinem reduxit[1], ut, qui non sine periculo honoris et gradus sui evasurus putabatur, non solum impunitatem criminis, quod obiectum fuerat, consequeretur, sed etiam pallium et alia quaedam archiepiscopatus insignia ab[b] sede apostolica pro benedictione perciperet. Mogontinus archiepiscopus ultro se episcopatu abdicare atque in ocium privatae conversationis secedere magnopere cupiebat, sed tam Romani pontificis auctoritate quam eorum qui presentes erant maturioribus consiliis vix et aegre abductus est a sententia. Omnes in commune acerbe obiurgati, quod sacros ordines per simoniacam heresim venderent et ementibus indifferenter communicarent manusque imponerent, tandem accepto[c] ab eis iureiurando, quod haec[d] ulterius facturi non essent, in sua cum pace dimissi sunt.

1069. Dux Lutheringorum[e] Gotefridus[f], omnibus pene terris magnitudine suarum rerum gestarum compertus
(Dec. 24). et cognitus, obiit et Verdunis[g] sepultus est; cui filius
eius [Gotefridus][h] Gozelo *successit, prestantis quidem *p. 177.
animi adolescens, sed gibbosus.

1070. (Mart. 6). Udalricus marchio Carentinorum obiit[2].

Apr. 4. Rex pascha in Hildenesheim[3] celebravit. Ibi inter milites regis et milites episcopi[4] sedicio facta est. Sed milites regis in congressione superiores facti plerosque ex militibus episcopi peremerunt captosque[i] sedicionis auctores ex edicto regis in vincula coniecerunt[k]. Rex
Maii 13. Maii 23. ascensionem Domini Quidelenburc[l], pentecosten[m] Merseburc[5] celebravit.

Augustissimum[n] in Quidelenburc[o] templum cum omnibus attiguis sibi aedificiis, incertum divina ultione an fortuita calamitate, incensum atque in cineres redactum est[6].

a) *om.* *B* 1a. b) a *B* 1b. c. *P.* c) ab eis acc. *B* 1a. d) hoc *B* 2. e) Lutering. *B* 2. f) Godefridus *A* 1. g) verdunisse sep. *B* 1a. h) Gotefr., *superscr.* Gozelo *B* 1b, *quod et in archetypo fuisse patet, nam* Godefridus (Godfridus *H.*) *solum* *A* 1. *H.*; Gozelo *solum* *B* 1a. 2; Godefridus, qui et Gozelo *S.* i) captos *B* 1b. k) coniceretur *B* 1b. l) Quidelenburg *B* 1b; Quidelinburg *B* 2. m) penthec. Merseburg *B* 1b. 2. n) Augusstimum *B* 1a. o) Quidelinburg *B* 2.

1) *Infra a.* 1075. *Herimannum se iuramento (periurio) purgasse dicentes clericos Babenbergenses profert (SS. V, p.* 220*).* 2) *Diem obitus praebet Necrol. S. Michaelis Luneb., Wedekind, 'Noten' III, p.* 18*; cf. ibid. I, p.* 190. 3) *Spirae secundum Ann. Altah., sed iure Kilian, 'Itinerar' p.* 46. *Lamperto assentitur.* 4) *Hecelonis.* 5) *Misinae secundum Ann. Altah. Cf. Kilian p.* 46. 6) *Cf. Ann. Corb., SS. III, p.* 6.

Clarus eo tempore in palacio[a] et magnae in re publica auctoritatis erat Otto dux Baioariorum. Sed, sicut semper gloriam sequi solet invidia[1], invidentes ei plerique homines nequam, qui maliciae suae potentiam[b] eius atque[c] inmoderatam gloriam obstare querebantur[d], sollicite oportunitatem ad opprimendum eum querebant. Itaque quendam Egenen nomine, hominem ingenuum, sed omni flagiciorum genere infamatum, in necem exiciumque eius subornaverunt[2]. Is crimen adversus eum detulit, quod se ad occidendum regem precibus et pollicitationibus multis sepenumero sollicitasset, atque in[e] argumentum fidei gladium ostentabat, quem sibi ab eo in hos tam sceleratos[f] nefariosque usus datum asserebat[3]. Si inficiaretur, paratum se quovis indicio[g] verbis suis fidem facere. Qua accusatione vulgata, hi, quos ratione communis commodi[h] aliquando offenderat, omnes infensi infestique aderant et iracundiam regis adversus eum inflammare summa vi, summa ope nitebantur. Igitur rex eum[i] Mogontiam cum caeteris principibus[k] ad colloquium evocavit, quid delatum esset, exposuit, negantique inducias in sex ebdomadas[l] dedit[4], ut[m] Kal. Augusti Goslariam veniens obiectum crimen congressus[n] cum accusatore suo manu[o] propria refelleret[p]. Cum in haec verba discessum esset, causari principes de iniquitate condicionis ceperunt, nec bonum nec equum esse dicentes, ut homo nobilissimus, integerrimae apud omnes existimationis nec ulla unquam sinistri rumoris macula attaminatus, manum conferre iuberetur cum homine sceleratissimo, qui si quid ingenuitatis a parentibus

1070. — *Iun. (c. 12).*

a) pallacio *(saepe)* erat et m. in rep. auct. O. dux *B* 2. b) *om.* *B* 1[b]. c) suam *add.* *B* 1[b]. d) querebant *B* 1[b]. e) *om.* *B* 1[a]. f) celeratos *B* 1[a]. g) indicio *B* 2 *solus.* h) comodi *B* 2. i) cum *B* 2. k) eum *add.* *B* 2. l) hebd. *A* 1; hebdomodas *B* 1[b]. m) VI (*pro* vt) *B* 1[a]. n) *om.* *B* 2. o) pr. manu *B* 2. p) reuelleret *A* 1.

1) *Sallust. Iug. c.* 55: meminisse post gloriam invidiam sequi. 2) *Infra p.* 172. *Gisonem comitem et Adalbertum Lamp. scribit incitasse Eginonem, ut hoc faceret. Infra a.* 1071, *p.* 130. *Liupoldum de Mersburg maxime Ottoni duci adversatum esse dicit.* 3) *Rem accuratius exponit annalista Altahensis a.* 1069. 1070, *ducem revera sceleris huius reum arbitratus. Sed testem habes Ekkehardum a.* 1071, *SS. VI, p.* 200, *cum Brunonem de bello Saxon. c.* 19. *testem adducere non liceat, iustos homines ducem falso accusatum esse postea censuisse, et ipsum regem postea ducem huius criminis insontem duxisse credes, qui eum in familiaritatem acceperit. Sed num dux tunc regi fidelis fuerit, iure dubitabis.* 4) *Spatium temporis a colloquio Moguntino usque ad Aug.* 1. *paucis diebus maius sex hebdomadibus fuisse ostendit Kilian p.* 46—49.

1070. accepisset, id per furta, per latrocinia, denique per omnia[a] viciorum probra iam dudum oblitterasset. Ille tamen et indignitate rei efferatus et Deo innocentiae suae teste et conscio fretus cum quovis, etiam indigno, etiam preter natales suos, pugnare malebat quam tanti *Aug. 1.* sceleris suspicione teneri. Igitur die statuta ad proxima Goslariae loca cum armata multitudine venit; missis ad regem nunciis mandavit, si sibi tuto venire, si tuto causam dicere liceret, paratum se coram venire et condicione, quam principes regni equam iudicassent, crimen, cuius insimulatus fuerat, refellere. Rex ad haec atrociter et acerbe respondit se ei nec in veniendo nec in causa dicenda pacem aut securitatem polliceri; id solum expectare[b], ut iuxta condictum Goslariam comminus veniret, et si quid de innocentia sua presumeret, conserta cum adversario suo manu equissimo iudici Deo rem committeret; ni id faceret, se omissa legum dissidentium simultate, relegato sententiarum certamine, pro convicto confessoque eum in tanti[c] sceleris inmanitate habiturum[1]. Relato ad ducem hoc responso, nec tutum nec satis honestum eius[d] rationibus visum est his qui recte ei consultum cupiebant, ut sic inflammatae adversum se regis iracundiae illudendum se vexandumque obiceret, cum sibi integris adhuc[e] rebus et crimine necdum comprobato tuto coram venire non licuisset, quod tam iure caeli quam iure fori omnibus semper reis omnibus in causis licuisset. Ita incisa[f] spe veniae, infectis rebus in sua se recepit, sacius putans, quoad posset, armis salutem tueri quam ad[g] exsaturanda hostium suorum odia turpiter more pecudum iugulari. *Aug. 2.* Postera die rex principes Saxoniae, quod ex his oriundus esset, et hi propter privatas inimicicias maxime invisum eum haberent[2], sententiam super eo[h] rogavit.

a) omnium *B* 1b. b) exspect. *B* 2. c) tanta *B* 1b. d) *om. B* 1a. e) ad haec *A* 1. f) inscisa *B* 1b. 2. g) *om. B* 1b. h) eum *B* 2.

1) *Annalista Altahensis nobis tradidit quae rex vere respondit:* Pax ei ad me venienti firma erit, || et post, prout reus vel (et *c.*) innocens apparuerit. *In hac relatione callide studuit Lamp., ut omnia in favorem ducis, in odium regis converteret, ut Delbrück p.* 21—26. *exposuit.* 2) *Sane conscius fraudis sibi fuit Lamp., cum haec scriberet. Cf. O. Franklin, 'Das Reichshofgericht im Mittelalter' II, p.* 129 *sq.: 'Es war in älterer Zeit die Regel, dass das Reichshofgericht mit Stammesgenossen einer der Parteien besetzt wurde, ob rechtliche Nothwendigkeit, ist nicht mit Sicherheit auszumachen'.*

Qui eum tamquam manifesti criminis deprehensum 1070.
*p. 178. *reum maiestatis iudicaverunt, et si caperetur, capitali in eum sententia animadvertendum fore decreverunt[1]. Ilico amici regis ferro et igne persequi eum, singuli pro virili[a] portione, adgrediuntur[b]. Plerique etiam nec fide erga regem nec studio erga rem publicam nec ultione cuiusquam privatae iniuriae, sed sola[c] rapinarum cupiditate arma contra eum capiunt. Ita[d] undique laxatis, immo[e] ruptis irarum habenis, omnes in eum irruunt, predia eius et possessiones alias diripiunt, vastant, incendunt, ministros eius agrorumque cultores, si quos fors[f] obtulisset, obtruncant, lacerant, iugulant. Sic postremo preter modum modestiamque ira inmoderatior debachabatur, ut nec ab aecclesiis nec templis, quae ille propriis impensis Deo construxerat, hostilis seviciae impetus temperaret. Deinde rex collecto exercitu egressus extremam operi manum per se ipsum imposuit; principes, quos ei consanguinitate vel alia necessitudine obnoxios noverat, aut acceptis obsidibus aut iureiurando, ne ad eum deficerent, obligavit. Castellum eius Hanenstein, a quo ad primum statim belli terrorem presidium abductum fuerat, funditus everti iussit. Alii castello, quod[g] Tesenberg dicitur, exercitum iam admoverat. Sed hi qui intus erant, etsi loci situ inexpugnabiles essent et copiis omnibus, quae administrando bello necessariae erant, affatim affluerent, ultro tamen se dedere quam[h] ancipitem belli fortunam temptare maluerunt. Relicto illic presidio, rex in ulteriora loca ad demoliendas uxoris quoque eius possessiones[2] exercitum abduxit, villas multas opibus et aedificiis ornatissimas incendit, bona diripuit, in mulieres et pueros — nam viri in montes et in saltus[i] devios se abdiderant — feda et hostilia multa commisit; tantaque in ea expeditione acerba et crudelia perpessi sunt a rege proprio homines innocentes et nulla saltem suspicione criminis cuiusquam infamati, ut nihil acerbius, nihil cru-

a) virile *B* 2. b) aggred. *B* 1. 2. c) solum *B* 1b. d) Itaque *B* 1. 2. e) ymo *B* 1b; ymmo *B* 2. f) fors *B* 1. g) 'q̊ *B* 2. h) q2 (quia) *B* 1a. i) saltos *B* 1b.

1) et si — fore *Lamp. commentus esse videtur. Cf. Ann. Alt.:* reus maiestatis esse decernitur, et in regis potestate redacto ducatu . . . ipse, ubicumque inveniretur, persequi ab omnibus iubetur. 2) *In Westfaliam. Uxor enim Ottonis Richenza fuit, vidua Hermanni comitis de Werla (Ann. Saxo, SS. VI, p.* 720 *sq.). HESSE.*

1070. delius a barbaris perpeti potuissent. Tandem dux Otto perdoluit, et calamitatum pondere superata est constantia pacientiae. Itaque assumptis secum ad tria milia viris electis et omni militaris disciplinae studio exercitatis impetum in Thuringiam fecit, villas regalis fisci, rebus cunctis affluentissimas, incendit, predam multam abegit et milites suos, quorum plerosque ad societatem belli sola spes rapinarum allexerat[1], hac primum mercede inescavit fidosque ac firmos sibi effecit. Ita populabundus ultra Heschenewege[a] pervenit. Ibi confluentibus ad se agrorum suorum cultoribus, quibus milites regis preter miseram vitam nihil reliquum fecerant, partem aliquam predae distribuit, verbera[b] divinae animadversionis fortibus animis tolerare[c] admonuit et pro se, quoniam[d] arma ferre non possent, suppliciter ad Deum vota facere flagitavit. Interea Thuringi, qui se ante aliquot annos sacramento obstrinxissent, ne latrones aut raptores inultos sinerent[2], rerum suarum direptionibus exacerbati ad arma conclamant, conglobatis propere[e] ingentibus copiis hostes e vestigio insequuntur, inventisque haud[f] procul ab Heschenewege[g] certamen
Sept. 2. inferunt IIII. Nonas Septembris[3]. Nec diu anceps pugna fuit. Nam[h] his qui cum duce Ottone erant impigre occursantibus, vix primam prelii procellam sustinentes in fugam vertuntur, et alii in proximos[i] montes et silvas evadere, alii per iter[k] quo venerant citatis equis reverti[l] summo conamine[m] nitebantur, haut[n] satis auspicato temptatam fortunae aleam detestantes. Ipse denique, qui primo, ut res certamini committeretur, vehementissimus auctor incentorque fuerat, Rûtgerus[o] comes[4], is nunc primus fugiendi auctor ac signifer apparebat omnique, ut vulgo dicitur[5], vento *citacior montes et *p. 1

a) Heschenenuuege *A* 1. b) verba *B* 1a. c) tollerare *h. l. solus B* 2. d) q̃ (quam), *eadem manu superscr.* quoniam *B* 1b; quō *h. l. A* 1 *(quod Schr. in* quum *corrupit), et ita plerumque in cod. autographo* quoniam *breviatum fuisse pteat, cum A* 1 *persaepe, nonnumquam et codices quidam pro eo* quomodo *habeant.* e) prope *B* 1b. f) haut *h. l. solus B* 1b. g) Heschenenuuege *A* 1; Heschenwege *B* 2. h) Nas *B* 1b. i) proximo *B* 1a. k) pariter *A* 1. *B* 1b, *alio atram. corr.* per iter *B* 1b (p iter *B* 1a. 2). l) *om. B* 2. m) conamē *B* 1b. n) haud *A* 1 *(semper). B* 2. *Etiam in V. Lulli modo* haud, *modo* haut *scriptum est.* o) Rutgerus *A* 1. *B* 1a. 2.

1) *Cf. Sall. Cat. c.* 57, 1: plerique quos ad bellum spes rapinarum . . . inlexerat. 2) *Cf. supra p.* 108, *n.* 1. 3) *Cf. Ann. Corb., SS. III, p.* 6; *Ottenb., SS. V, p.* 7. 4) *De Bilstein ad Wirraham fl.; v. Gebhardi, 'Hist.-genealogische Abhandl.' III, p.* 102 *sqq. HESSE.* 5) *Silius Ital. IV,* 6: volucrique citatior Euro.

colles modernus[a] Idithun[1] transmittebat. Trecenti plus vel minus[b] in ea congressione ex Thuringis corruerunt. Ex parte altera unus occisus, duo sunt vulnerati. Dux Otto, signo receptui dato, cum a cede hostium vix et aegre militem suum revocasset, aliquamdiu in eisdem castris commoratus est, et vergente iam in vesperam die plerosque principes exercitus sui, singulos[c] in sua, cum pace dimisit. Ipse adhibitis sibi quantas res poscere videbatur copiis in ulteriorem Saxoniam contendit ibique totam hyemem[d] usque ad natalem[e] Domini exegit[2], partim rapinis et depredationibus victitans, partim ex possessionibus Magni comitis, quem belli periculorumque omnium socium et innocentiae suae[f] devotissimum assertorem habebat[3]. Is filius erat Ottonis ducis Saxoniae, egregius adolescens, boni[f] et equi in pace supra annos suos servantissimus et in bello audacia et virtute militari nulli secundus. Perlato ad regem nuncio acceptae[g] in Heschenewege[h] cladis, omissis rebus aliis Goslariam concitus remeavit, nec inde usquam[i] ante natalem[e] Domini abscessit[k], timens scilicet, ne tam caram tamque acceptam sibi[l] villam, quam pro patria ac pro lare domestico Theutonici[m] reges incolere soliti erant, hostes per absentiam eius, quod minitari et crebris usurpare sermonibus dicebantur, in favillas cineresque redigerent.

1070. *Dec. 25.* *Sept.* *Dec. 25.*

Adalbero[n] Wormaciae episcopus* propria, ut fertur[o], crassitudine prefocatus interiit[4]; cui Adalbertus[p] successit. *(Aug. 6).*

Aribo[q] diaconus, frater Willehelmi[r] et Ottonis marchionum, occisus est a propriis servis suis, vir tam divinis quam secularibus litteris adprime[s] eruditus, sed

*) *B* 1[c]. *P. add.:* monachus Sancti Galli et frater ducis Suevorum *ex loco supra p.* 100, *l.* 11 *sq.*

a) modernos Idithim *B* 1[b]. b) plus minusue *A* 1. c) singuli *B* 1[b]. d) hiemem *B* 1[a]. 2. e) nat *B* 1[a]; nativitatem *B* 1[b]. 2. f) *om. B* 1[b]. g) accepit *B* 1[b]; percepte *B* 2. h) Heschenenuuege *A* 1; Heschenwege *B* 2. i) usqꝫ(ue) *B* 1[b]. k) abcessit *B* 1[a]; recessit *B* 2. l) *om. B* 1[a]. m) teuton. *h. l. solus B* 2. n) Adalberus *A* 1; Adelbero Wormatien *B* 2; Adalbertus *Schr.*; Adelbertus *P. (sed B* 1[c] *ut editum).* o) ferunt *B* 1[a]. p) Adelb. *B* 2; cui Adalb. succ. *om. B* 1[b.c]. q) Kribo *A* 1. 2; Eribo *B* 2. r) Wilhelmi *A* 1. 2. *B* 1[a]. 2. s) appr. *B* 1[a]. 2.

1) *Cf.* 1. *Paral.* 25, 3; *Isidor. Etym. VII,* 8, 28: Idithum transiliens eos sive saliens eos. *HESSE.* 2) *Sed cf. Ann. August., SS. III, p.* 128: Ottone Pawariorum duce ad Liuticios secedente, Welf gener eius ducatum suscepit. 3) *Cf. Adam Brem. III,* 59. 4) *Diem obitus habent Libri anniv. S. Galli, Necrol. Germ. I, p.* 478. *Cf. supra p.* 100.

1070. propter lasciviam morumque intemperantiam merito bonis omnibus gravis et invisus.

Silvestrium arborum eadem quae priore[a] anno sterilitas permansit[1]. Sed vinearum tanta fertilitas fuit, ut plerisque in locis pre multitudine vix colligi vindemia posset.

Dec. 25. MLXXI. Rex natalem[b] Domini Goslariae[2] celebravit. Ibi per interventum Růdolfi[c] ducis Suevorum Welf[d] filius Azzonis marchionis Italorum ducatum Baioariae[e] suscepit[3]. Is filiam[4] Ottonis ducis Baioariorum uxorem duxerat et[f] per iusiurandum altera iam vice matrimonio fidem dixerat[5]. Quamdiu itaque res tranquillae[g] erant, quamdiu etiam bellum temere ceptum sine grandi permutatione rerum sedari posse sperabat, maritalem uxori[h] affectum et honorem deferebat et causam soceri, quantum poterat, armis et consiliis tuebatur. At ubi animadvertit datam in eum esse[i] sententiam et bellum iracundiamque regis magis in dies adversus eum crudescere, leges omnes vinculaque omnia, quibus vicissim propinquitatem firmaverant, abrupit, satius putans periurii crimen et violatae fidei verecundiam sustinere quam res suas florentissimas desperatis ac perditis eius rebus admiscere. Et primo in tam trepidis rebus petenti[k] auxilium denegavit, dein[l] filiam eius a complexibus suis et thori consortio segregavit patrique remisit, postremo ad ipsum eius ducatum occupandum omnem operam intendit, nihil pensi habens, quantum auri, quantum argenti, quantum redituum[m] ac possessionum suarum[i] dilapidaret[6], dummodo quod cupiebat assequeretur.
Dan. 8, 25. Directus est ergo dolus in[n] manu eius et potuit[o] et invaluit[7], cunctis detestantibus, quod clarissimam atque

a) priori *B* 1b. b) naī *B* 1a; nativitatem *B* 1b. 2. c) Rudolfi *A* 1. *B* 1a. 2. d) Wel *B* 2. e) Baioariorum *B* 2. f) et — dixerat *om. B* 2. g) intranquille *B* 2. h) uxoris *B* 1a. i) *deest B* 1. 2. k) *om. B* 2. l) deinde *B* 1b. m) reddit. *B* 2. n) in m. eius *bis scr. B* 1a. o) *sic omnes, recte procul dubio.*

1) *Cf. supra p.* 111. 2) in Babenberg *Ann. Altah., sed diplomate dato a.* 1071, *Ian.* 6. *Goslariae (St.* 2740*) Lamperti notitia confirmari videtur.* 3) *Cf. Ann. Altah.; Berthold. (Ann. S. Blasii), SS. V, p.* 275; *Ann. August., SS. III, p.* 126. 4) nomine Ethelindam, *quod Ann. Saxo a.* 1071, *p.* 698. *hoc loco exscripto addidit.* 5) *Eadem fere verba in Ann. Altah. p.* 80. 6) *Praediorum et pecuniarum quantitatem eum regi donasse etiam Ann. Altah. referunt.* 7) *Duos locos Vulgatae Lamp. hoc loco confudit: Dan.* 8, 25: et dirigetur dolus in manu eius, et cor suum magnificabit, *et Osea* 12, 3. 4: et in fortitudine sua directus est cum angelo. Et invaluit ad angelum et confortatus est.

opinatissimam in re publica dignitatem tam feda ambicione[a] polluisset. Noverat rex haut[b] satis placiturum principibus Baioariae, quod hoc tum[c] contra morem et ius, tum ipsis inconsultis factum fuisset[1], et propterea quantocius ire in Baioariam cogitabat, ut tumultum, si quis forte oriretur, per se ipsum reprimeret[2]. Sed e diverso haut[d] nescius erat, si ipse longius abisset[e], hostes ilico in Goslariam impetum facturos et clarissimum illud regni domicilium in[f] cinerem redacturos. *Accepto a familiaribus suis consilio, quosdam Saxoniae 1071. (Ian. Febr.)
*p. 180. principes illic presidii causa reliquit, et ipse, sicut instituerat, in Baioariam proficisci parabat. Interea dux Otto videns sibi nihil iam spei reliquum esse, cuius et bona omnia flamma hostilis absumpsisset, et ducatum alius in suam potissimum contumeliam invasisset, statuit rem in extremum discrimen adducere et cum rege, ubi primum copia fieret, collatis signis dimicare. Itaque montem qui dicitur Hasengun occupavit[g], ut is scilicet militibus suis, quomodocumque res in prelio cecidissent, receptui foret. Eum[h], etsi natura et situ ipso satis munitum, munitiorem tamen manu atque opere fecit, ibique convecta ex circumiacentibus agris preda, regem prestolabatur. Rex accepto nuncio nihil moratus, quantas in ea trepidatione potuit copias ex Saxonia, ex[i] Thuringia atque ex Hassia celerrime contraxit. Caeteris principibus, qui longius aberant, mandavit, ut, si forte res sine mora et diuturnitate confici non posset, sibi quam citius possent armata manu concurrerent. Plurimum eo tempore rex consiliis utebatur Eberhardi comitis[3], sapientis admodum viri. Is videns hostes sic ad bellum exercitatos, sic ipsa iam[k] desperatione, quae plerumque timidis[l] etiam virtutem addere solet[4], efferatos, sine magno detrimento rei publicae nec vinci nec vincere posse, abiit ad ducem[m] Ottonem eumque per

a) poll. amb. *B* 1[b]. b) haud *A* 1. c) dum *B* 2. d) haud *A* 1. *B* 2. e) abijsset *B* 2. f) in cin. red. *om.* *B* 2. g) *om.* *B* 2. h) Cum *B* 1. i) et *B* 1[b]. k) *om.* *B* 2; iam ipsa *B* 1[a]. l) eciam tim. *B* 2. m) ab. adduce(re) *B* 1[a].

1) *De Baioariorum iure in duce constituendo vide Waitz, 'DVG.' VII, p.* 115. 2) *Potius ut Welfonem ducem iuxta antiquum morem Ratisponae ducem institueret, in Baioariam profectus esse videtur.* 3) *De Nellenburg. Cf. dipl. d. d.* 1073, *Oct.* 27, *Mon. Boica XXIX*, 1, *p.* 186 *(St.* 2769*):* Eberhardus comes, cuius consilium eo in tempore multum in nostra viguit curia. 4) *Stat. Theb. IV*, 12: timidisque etiam brevis addita virtus, *quem versum attulit E. Dümmler, 'N. Archiv' IX, p.* 658.

1071. Deum obtestari cępit, ne se suosque in tantum discrimen precipitaret; necdum ei omnem spem veniae, omnem respirandi facultatem ereptam esse. Si de monte, quem occupaverat, exercitum abduceret seque regi iustis condicionibus[a] dederet, sub iuramento se ei promittere, quod et veniam culpae, cuius insimulatus fuerat, et omnium quae iure belli amiserat restitutionem ei[b] a rege impetraret[1]. Annuente eo rem ad regem detulit et eum haut[c] difficulter in sententiam adduxit, quippe cum tedere eum iam belli cepisset, quod propter privatum hominis amorem a principibus per ingenium trahi ac segniter geri videbat. Pace per iusiurandum utrimque firmata, induciae datae sunt Ottoni duci usque in pascha, ut Coloniam veniens deditionem lege, quam[d] principes equam[e] iudicassent, perficeret. Inter has inducias, cum dux Otto exercitum, singulos in sua, dimisisset, Retheri[f] comes, partium eius haut[c] leve momentum, occisus[f*] est ab hostibus suis propter quasdam[a] privatas simultates.

(Ian. 9). Saricho abbas Corbeiensis obiit[2]; cui Wernheri[g] eiusdem cenobii monachus successit.

(Febr. Mart.) Rex, sicut instituerat, in Baioariam abiit, ibique compositis mediocriter, prout tum[h] copia erat, regni negociis[3], ad Rhenum[i] rediit. Castellum Hamerstein[k],
(Apr.) quod a superioribus regibus iam olim dirutum fuerat[4],
Apr. 24. summo nisu instauravit. Pascha Coloniae celebravit[5], ibique rursus Ottoni duci inducias usque in pentecosten[l]
(Maio in.) dedit. Exacta solemnitate paschali Leodium abiit[m]. Ibi ad eum vidua[6] Balduwini[n] comitis[7] venit, regiae maiestatis patrocinium expetens contra violentiam improbitatemque[b] Rutberti[o] fratris Balduwini[p, 8], qui et fratrem

a) *om. B* 1[b]. b) *om. B* 2. c) haud *A* 1. *B* 2. d) q₂ (quia) *B* 1[a]. e) equa *B* 1[a]. f) Rether *A* 1; Recheri *B* 2. f*) occissus *A* 1. g) Werenher *A* 1; Wernher *A* 1[a]. 2. h) tunc *B* 1[b]. i) Renum *B* 2. k) Hāmerstein *B* 2. l) penthec. *B* 1[b]. 2. m) adiit *B* 1[b]. n) Balduini *B* 2. o) *sic h. l. omnes.* p) Balduuini *h. l. A* 1.

1) *Iure Delbrück* p. 26 *sqq. hunc locum perstringens Lampertum falsitatis arguit, cum nullo modo credendum sit talia Eberhardum duci promisisse. Quin vero induciae illae mediante Eberhardo comite factae sint, non est cur dubitemus; cf. A. Vogeler, 'Otto v. Nordheim'* (*Minden* 1880) *p.* 34. 2) *Diem obitus vide in Catal. abb. Corb., SS. XIII, p.* 276. *Sed Necr. S. Mariae Fuld., Böhmer, Fontes IV, p.* 451*: Ian.* 7. 3) *Cf. supra p.* 62, *n.* 9. 4) *Procul dubio ab Heinrico II. a.* 1020, *Dec.; cf. Ann. Quedl., SS. III, p.* 85*; Ruperti Vita Heriberti, SS. IV, p.* 749*; licet castellum tunc dirutum esse non traditum sit.* 5) *Cf. Bresslau, 'Jahrb. Konrad II.' II, p.* 429. 6) *Richildis.* 7) *VI. Flandriae, I. comitis Hanoniae.* 8) *Cf. infra p.* 124 *sq.*

prelio victum vita privasset[1] et comitatum eius, expulsis uxore et liberis[2], tirannica[a] crudelitate occupasset. 1071. (Maio).

Non ingratum fortassis lectori fecero, si gestae rei historiam quam paucis potero absolvam. In[3] comitatu Balduwini[b] eiusque familia id multis iam seculis servabatur quasi sancitum[c] lege perpetua, ut unus filiorum, qui patri potissimum placuisset[d], nomen patris acciperet et[e] tocius Flandriae principatum solus hereditaria successione optineret[f], caeteri vero fratres aut huic subditi dictoque obtemperantes[g] ingloriam vitam ducerent, *aut peregre profecti magis propriis[h] rebus gestis florere contenderent, quam[i] desidiae ac socordiae dediti egestatem suam vana maiorum opinione consolarentur. Hoc scilicet fiebat, ne in plures divisa provincia claritas illius familiae per inopiam rei familiaris obsoleret. Igitur cum Balduwinus senior[4] duos genuisset filios, Balduwinum et Rûbertum[k], Balduwinum omnium quae habebat heredem instituit, Rutberto[l], ubi primum aetas faciendis stipendiis matura visa est, naves paravit, aurum, argentum et caeteras longinquae profectionis impensas affatim prebuit, iussitque, ut ad gentes exteras iret et, si vir esset, propria[m] sibi virtute regnum diviciasque pararet. Ille patri adquiescens[n], assumpta secum multitudine, qua regio pregravari videbatur, navem ascendit et in Galliciam[o] ire eamque, si votis[p] Deus successum annuisset, sibi subdere cogitavit. Cumque post paucos dies ad ignota quaedam littora applicuisset[q] et egressus[r] in terram ab incolis loci predas agere cepisset, illi ex omnibus partibus[s] ad arcendam vim ilico armati conveniunt, facta congressione eum, cum[t] aliquamdiu pugnam fortiter sustinuisset, in fugam vertunt, fugientem usque ad naves persequuntur sociosque eius pene ad internicio-

*p. 181.

a) tyr. *A* 1. *B* 2. b) Balduini *B* 2. c) sanccitum *B* 2. d) nomen patris placuisset *add.* *B* 2. e) et — optineret *om.* *B* 1a. f) obt. *A* 1. *B* 1b. g) temperantes *B* 2. h) propiis *B* 1a. i) *om.* *B* 1a. k) *sic* *B* 2; Rubertum *A* 1; Rutbertum *B* 1. l) *sic* *B* 1. 2 *h. l.*; Ruberto *A* 1. m) propia *B* 1a. n) acq. *B* 1a. 2. o) Gallitiam *A* 1. p) voti *B* 1a. q) adplic. *A* 1. r) ingressus *B* 1b. s) *om.* *B* 1. 2. t) congr. contra eum aliq. *B* 1b.

1) *Non fratrem, sed fratris filium Arnulfum III. comitem in proelio Casletano a.* 1071, *Febr.* 22. *(vel 21) commisso Robertus I. Friso occiderat; cf. E. Schmiele, 'Robert der Friese' (Sondershausen* 1872*) p.* 50 *sq.* 2) *Uno tantum filio Balduino II. comite Hanoniae.* 3) *E. Schmiele p.* 26 *sqq. sequentem narrationem de Roberti Frisonis itineribus perstrinxit ac summo iure ut fabulosam reiecit. Cf. H. Floto, 'K. Heinrich IV.' I, p.* 336 *sqq.* 4) *V. marchio Flandriae, cognomine Insulanus.*

nem[a] prosternunt. Ipse cum paucis vix fuga elapsus ad patrem tantae calamitatis nuncius rediit. A quo propter male gestas res contumeliose repulsus, alia rursum[b] via, quoniam[c] hac non successisset, fortunam temptare adgreditur[d], omnia paratus, etiam extrema perpeti, ut maculam veterem factis recentioribus elueret. Reparatis navibus et numero militum instaurato marinis iterum fluctibus se credidit, in regionem longinquam, ubi sedem vaganti Deus[e] ostendisset, iter facturus. Et ecce post paucos dies tempestate infestissima circumventus, multis suorum naufragio amissis, ipse nudus omniumque rerum egens vix et aegre in littus[f] evasit. Dehinc assumpto plebeio habitu inter eos qui Ierosolimam causa orationis pergebant Constantinopolim ire parabat, vocatus[g] eo crebris legationibus Northmannorum[h], qui sub imperatore[i] Constantinopolitano militabant, quique ei, si illuc veniret, tocius Greciae[k] principatum pollicebantur[1]. Sed imperator Constantinopolitanus, comperto hoc consilio, omnia flumina, per quae transitus in[l] Greciam esse poterat, appositis custodibus observari fecit, ut deprehensus ilico trucidaretur. Sic conatus ceptumque eius[m] irritum fuit. Tandem advertens sic infeliciter sibi cedere, quamcumque viam temptasset amplificandae gloriae suae, deinceps in perpetuum[n] ab oppugnatione exterarum gentium animum avocavit atque in Fresiam, quae confinis est Flandriae, cui Thidericus[o] quondam comes[2] et post hunc Florentius[3] frater eius imperaverat, irruptionem fecit. Bis ibi commisso prelio victus et[p] fugatus est. Tandem incolae loci multis certaminibus exhausti, cum animum eius vel
1063. ad mortem vel ad victoriam obstinatum cernerent, ultro se ei dediderunt[4]. Quod ubi frater eius Balduwinus

a) internetionem *A* 1. b) rursus *B* 2. c) quomodo *A* 1; *cf. p.* 116, *n.* d. d) aggred. *B* 1. 2. e) *om.* *B* 1^a. f) litus *B* 1^a. g) vocatis *B* 1^b. 2, *statim corr.* vocatus *B* 1^b. h) normann. *B* 2. i) imparatore *B* 1^b. k) gracie *B* 1^a. l) esse pot. in Gr. *B* 2. m) *om.* *B* 2. n) imperp. *B* 1^b. o) Thiedericus *B* 2. p) ac *A* 1.

1) *Nescio an Lampertus de Haraldi Hardrada Norwegiensis itinere Constantinopolitano et Hierosolymitano circa a.* 1045. *facto quidquam incerti compererit, quod falso in Robertum Frisonem transtulerit; cf. Fagrskinna c.* 150—164, *ed. P. A. Munch et C. R. Unger (Christianiae* 1847*) p.* 106—112*; Snorro Sturl., Heimskringla, Harald. harðr. c.* 3—15, *ed. C. R. Unger (Christianiae* 1868*) p.* 547—558. 2) *IV. a.* 1039—1049. 3) *I. a.* 1049—1061. 4) *A.* 1063. *Robertus Gertrudem viduam Florentii comitis a.* 1061. *occisi uxorem duxit* et sic comitatum Fresiae et Holdlandiae adquisivit, *Ann. Egmund., SS. XVI, p.* 447*; Ann. Bland.,*

comperit — iam enim pater eius morbo ac senio confectus naturae concesserat[1] —, armata multitudine his eum sedibus proturbare[a] magna vi, magno molimine parabat. Cui cum exercitu adventanti Rûtbertus[b] legatos obviam misit, obtestans per Deum, ut se fratrem suum reminisceretur nec iura germanitatis, apud barbaros quoque semper sacrosancta et inviolata, pollueret; misereretur pocius peregrinationis, laborum et calamitatum, in quibus totam aetatem suam detrivisset; *gauderet ipse beatus[c] sorte sua, quod totam communis patris hereditatem, quam[d] iure gentium secum dividere debuisset, solus sine consorte obtineret; se patriis[e] finibus extorrem, paterna hereditate destitutum, ab summa gloria maiorum suorum ad ultimam egestatem coactum, exteras[f] gentes bello lacessisse, terras ac maria concitasse, nihil denique pretermisisse, ne de portione paternae substantiae, quae se contingeret, fratri molestus esset. Nunc laboribus exhaustum, adversitatibus defatigatum[g] vix et aegre parvissimo terrarum angulo insedisse, cuius nullam partem constet ad eius dominium[h] pertinere. Postremo id se animo fixum habere nec ab sententia[i] ulla vi, ulla necessitate abduci posse, ut hic aut instantis iam senectutis requiem aut honestae saltem mortis sepulchrum sit habiturus. Nihil ille his verbis motus exercitum haut[k] segniter ad Fresiam admovebat[2]. Tum[l] Rûtbertus[m] necessitate compulsus armata iuventute[n], quam secum lectissimam habebat, obviam ei processit; commissoque prelio ex parte Balduwini[o] multi occisi, plures vulnerati, omnes in fugam versi sunt; quos dum ipse loco pulsos sistere pugnamque restituere summo conamine moliretur, in confertis-

1067. — *p. 182.

a) perturbare *A* 1ª. *B* 1ᵇ. b) Rutbertus *B* 1ª. 2; Rubertus *A* 1. c) *om.* *B* 1ᵇ. d) qua *B* 1ª. e) *sic P.;* patris (p̄rīs) *A* 1. *B* 1ª. 2; patribus *B* 1ᵇ. f) ceteras *B* 1ᵇ. g) fatigatum *B* 1ª. h) domlnū *B* 1ª. i) nec absentē *B* 1ª. k) haud *A* 1 (*semper*). *B* 2. l) Tunc *B* 1ᵇ. m) Rubertus *A* 1; Rutpertus *B* 2; Rupertus *B* 1ª. n) arm. vi venture *B* 1ᵇ. o) Balduini *B* 2.

SS. V, p. 26. *Cf. Schmiele l. l. p.* 31 *sq. Duobus proeliis Robertum a Frisonibus victum esse commentum videtur, quod tamen Giesebrecht, 'DKZ.' ed.* 5. *III, p.* 168. *quodammodo recepit.* 1) *A.* 1067, *Sept.* 1. 2) *Nunquam inter Balduinum VI. et Robertum Frisonem bellum gestum est. Hoc egregio exemplo doceris, quomodo Lampertus historiam, quam compertam non habuit, commentus sit. Quae revera inter fratres acta sint, referunt Galbert. c.* 69, *ed. H. Pirenne (Paris* 1891*) p.* 110 *sq.; Herim. Tornac. c.* 12, *SS. XIV, p.* 280*; Geneal. com. Flandr. Bertin., SS. IX, p.* 306*; Gislebert., SS. XXI, p.* 491. *Cf. Schmiele l. l. p.* 32—36.

1070. (Iul. 17). simos hostium cuneos temere invectus occiditur[1]. Cuius morte comperta, Rûtbertus[a] ilico in Flandriam irruptionem fecit eamque sibi tamquam ex iure debitae successionis totam mancipavit. Filius erat Balduwino[b] impubis adhuc adolescens et necdum armis militaribus maturus[2]. Is repente et perempti patris et hostilis irruptionis atroci nuncio attonitus ad regem Francorum Philippum[c] nomine confugit, auxilium et necis paternae vindictam expetens, eo quod pater eius tam ipsi quam maioribus eius sepe in arduis rebus commodissime[d] affuisset[3] et civitates quasdam ex his quas Rûtbertus[e] occupaverat pro donativo[f] ab eo[g] accepisset[4]. Ille rei indignitate[h] gravis-
1071. sime permotus statim temere et tumultuario tantum milite collectum[i] exercitum duxit[k] in Flandriam, de magnitudine virium suarum et hostis imbecillitate nimium presumens. Sed Rûtbertus[l], quo viribus erat impar, eo magis, ut rem astu[m] tractaret[n], intentus, simulato aliquamdiu metu et fugiendi[o] studio, ex insperato
(Febr. 22). atque ex insidiis copias suas super exercitum regis effudit[5], tantumque eis terrorem incussit, ut abiectis armis fugiendo saluti consulere summa ope conarentur[6]. Filius Balduwini[p, 7], cum deinceps parum spei in armis Francorum[q] poneret, assumpta matre sua ad regem Theuto-
(Maio in.) nicorum[r] Heinricum Leodii, ut predictum est[8], tum[s]

a) Rûbertus *B* 1[a]; Rubertus *A* 1; Rutpertus *B* 2. b) Balduino *A* 1. *B* 2. c) phillippum *B* 2. d) commodisve *B* 2. e) Rubertus *A* 1. *B* 1[a]; Rutpertus *B* 2. f) donatino *B* 1[b]. 2. g) ab eo *om.* *B* 1[a]. h) indignitatē *B* 1[a]. i) *om.* *B* 2. k) in Fl. d. *B* 2. l) Rubertus *A* 1. *B* 1[a]; Rupertus *B* 2. m) actu *B* 1. 2, *alia manu corr.* astu *B* 1[b]. n) tractare *B* 1[b]. o) confugiendi *B* 1[b]. p) Balduini *A* 1. *B* 1[b]. q) *deest* *B* 1. 2. r) teutonic. *B* 2. s) tunc *B* 1[b].

1) *Balduinus VI. a.* 1070, *Iul.* 17. *in lecto suo mortuus est. Cf. supra p.* 121, *n.* 1. *Eo mortuo Robertum Flandriam occupasse solum verum est ex hac narratione Lamperti.* 2) *Duo filii erant Balduino VI. Arnulfus III. et Balduinus. Arnulfus comes Philippi regis auxilium impetravit.* 3) *Avus horum fratrum Balduinus V. tutor Philippi regis fuerat, qui sororem Heinrici I. regis, patris Philippi, uxorem habebat. Pater eorum Balduinus VI. tantum tempore Philippi a.* 1067 —1070. *Flandriam rexit.* 4) *Nihil veri huic dicto subesse videtur.* 5) *Multo pauciores fuisse copias Roberti hostium numero tradit etiam Flandria gener. c.* 20, *SS. IX, p.* 322, *sed cum paucis militibus Arnulfum Roberto occurrisse dicit Galbert. c.* 69, *l. l. p.* 112. *Inopinatum Robertum hostes invasisse referunt Ordericus Vitalis in Hist. eccl. l. IV, SS. XX, p.* 56. *et Cont. Gestorum ducum Norm. VII,* 25 *(Roberti Cont. Gest. d. Norm. VIII,* 12, *SS. XXVI, p.* 9*) et Will. Malmesbur.* § 256, *SS. X, p.* 473. 6) *In proelio Arnulfo occiso (cf. p.* 121, *n.* 1*) et Robertus et Richildis capti sunt, uterque mox liberatus.* 7) *Balduinus adhuc puer erat, ut ipse Lamp. supra l.* 5. *recte dixit.* 8) *P.* 120.

temporis positum venit opemque eius adversus patrui 1071. violentiam supplex imploravit, atque ut magis eum sibi (Maio in.) obnoxium faceret, comitatum Reginheri quondam comitis cum castello munitissimo Mons nomine[a], quae scilicet predia mater eius[1] a priore[b] marito suo[2] dotis nomine acceperat, sancto Lamperto tradidit[3]. Quae rursum (Maii 9. 11). episcopus Leodiensis[4] duci Gotefrido, ille itidem ipsi filio Balduini[b*] beneficii loco dedit. Hoc rex quasi precio redemptus[5] episcopo Leodiensi[c] atque duci Gotefrido, item aliis[d] Lutheringiae[e] principibus precepit, ut in arduis rebus presidio[f] illi essent et Růtbertum[g], si iniuste invasis sedibus ultro excedere nollet, vi et armis expellerent. Qui protinus coadunato exercitu in Flandriam profecti sunt[6]. Sed comperto, quod Rutbertus[h] cum rege Francorum iam in gratiam redisset[i] et expiata veteri contumelia firmum sibi eum fidelemque fecisset[7], *p. 183. *infectis rebus in sua rediere[k], temerarium iudicantes cum rege potentissimo privatis viribus acie confligere. Sic Rutbertus[h] deinceps[l] Flandriae principatu[m] in securitate pociebatur.

*Fratres de monasterio Stabulaus[n] quottidie aures regias obtundebant pro repetitione monasterii Malmendrensis, quod abbati ereptum rex consilio Premensis episcopi, ut predictum est[8], dono dederat Coloniensi

*) *B* 1c. *P. praemittunt:* Cum Heinricus imperator Leodium venisset.

a) acceperat *add.* *B* 1b *ex seq.* b) priori *B* 1b. b*) *sic h. l. omnes.* c) Leodensi *B* 1b. d) in *add.* *B* 1a. 2. e) Luthoringie *B* 2. f) prelio illi adessent *B* 2. g) Rubertum *A* 1. *B* 1a; Rupertum *B* 2. h) *sic* *B* 1b *h. l.*; Rubertus *A* 1. *B* 1a; Rupertus *B* 2. i) redijsset *B* 2. k) redire *B* 1b. l) *om.* *B* 2. m) pricipatu *B* 1a. n) mon. proturbati quotidie *A* 1. 1a, *procul dubio e coniectura editoris nescientis, quid sit* Stabulaus; Stab. proturbati *P.* (Stabul. *recte* *B* 1c).

1) *Filia praedicti Reginheri IV. Richildis, quae comitatum eius ex hereditate possidebat.* 2) *Herimanno comite Montensi.* 3) *Cf. relationem hac de re conscriptam, editam ab Ernst, 'Hist. de Limbourg' VI, p.* 109 *sq.; G. Waitz, 'Urkunden zur Verfassungsgesch.' p.* 8 *sq., nr.* 3, *aliis, (edetur etiam SS. XXX), ubi patet hoc die Maii* 9. *factum esse. Cf. Chron. S. Huberti Andagin. c.* 24, *SS. VIII, p.* 583; *Gislebert., SS. XXI, p.* 493 *sq. Diplomate dato Leodii die Maii* 11. *(St.* 2743*) Heinricus rex hunc comitatum ecclesiae Leodiensi dedit.* 4) *Theoduinus.* 5) *Tam inepte quam maligne hoc dictum est, cum rex nihil acceperit.* 6) *Hac de re nihil alibi relatum est. Nam quod Ann. Egmund. ad a.* 1071, *SS. XVI, p.* 447, *tradunt, Gotefridum ducem et episcopum Traiectensem Hollandiam sibi subegisse, potius a.* 1074. *factum esse docent Ann. Yburg., SS. XVI, p.* 436. 7) *Quod mense Martio vel Aprili factum est; Schmiele p.* 56. *De legatis Roberti Frisonis ad Heinricum regem hoc tempore missis vide Herim. Tornac. c.* 13, *SS. XIV, p.* 280. 8) *A.* 1063, *supra p.* 89.

1071. archiepiscopo. Cumque nihil[a] ille precibus, nihil lacrimis, nihil ipsa perurgentium[b] importunitate moveretur, inito consilio et, ut fertur, divina revelatione ad hoc faciendum incitati, ossa beati Remacli[c] levant[1], Leodium (Maii 8). deferunt[d] et rege[e] celebri quodam loco convivium agente super mensam ipsam apponunt, obsecrantes per Deum, ut, si minus filiorum, saltem patris tanti[f] misereretur[g] iam cum Christo regnantis et de iniuriis suis quottidie[h] ad tribunal aeterni iudicis proclamationem facientis; cui nisi sua restitueret, ultra ei propter penuriam rerum necessariarum militaturi non essent. Hoc supplicationis genere, quod ad captandam benivolentiam comparatum fuerat, rex versa vice nimium efferatus, concitus se, relictis epulis, in palacium proripuit, et quo exemplo in abbatem[2], tam audacis facti incentorem, animadvertere deberet, plenus irarum cogitabat[3]. Sed ecce mensa, cui superpositae erant sacrae reliquiae, divina virtute confracta[i] corruit ministroque[k] regis, haut obscuri nominis viro[4], crura pedesque contrivit. Qui paulo post, exorata per intercessionem beati Remacli pietate divina, ita pristinae restitutus est sospitati[l], ut ne[m] cicatrix quidem in argumentum lesionis abolitae relinqueretur. Atque (Maii 9). ita deinceps per totam noctem sequentemque diem tanta circa[n] sanctum corpus coruscabat miraculorum multitudo, ut corporali quodammodo proclamatione videretur beatus Remaclus ius suum expostulare. Attonitis omnibus tantae rei novitate, rex timore vehementissimo correptus, ne forte, si cunctaretur, caelestis in eum protinus[o] ultio procederet, non solum ablata restituit, sed recentibus etiam donis pro munificentia[p] regia magnifice cumulavit[5].

a) ille nichil *B* 2. b) perurgentum *B* 1. c) Reinardi *B* 2 *h. l.* d) defertur *A* 1. e) regi *B* 1[b]. f) *om.* *B* 1. 2. g) miseretur *A* 1; misereatur *A* 1[a]. h) quotidie *A* 1. i) fracta *B* 1[b]. k) ministrosque *B* 1[a]. l) sanitati *B* 1[b]. m) nec *B* 1[b]. n) circum *A* 1. o) *om.* *B* 2. p) magnificencia *B* 2.

1) *Ad sequentem narrationem cf. Triumph. S. Remacli l. II, SS. XI, p.* 450 *sqq.; epist. Theoduini episcopi Leodiensis, Martene et Durand, Anecd. I, col.* 487 *sqq.; Ann. Altah. a.* 1071. 2) *Theodericum.* 3) *Annonem incitasse ad hoc regem tradit Triumphus S. Remacli II,* 10; *Ann. Altah. et eum et regem abbatem contumeliis affecisse referunt. Sed Lampertus omnem invidiam rei in regem convertens cavit, ne sui Annonis hac in re foeda, cuius ipsi soli culpa danda fuisset, mentionem faceret; cf. Delbrück p.* 28 *sq.* 4) *Immo servulo monasterii Stabulensis nomine Gonterulo; Triumph. II,* 11. 5) *De his recentibus donis nihil habet Triumphus, sed etiam annalista Altahensis eorum mentionem fecit.*

Hinc digressus, pentecosten[a] Halberstat celebravit. 1071. *Iun.* 12.
Ibi Ottonem ducem caeterosque ingenuos[1], qui cum eo arma contra rem publicam sumpsisse arguebantur, in deditionem suscepit principibusque regni in custodia habendos et statuto die sibi restituendos commendavit[2].

Meginwardus abbas Augiensis dignitate sua ultro se abdicavit, offensus tum infestatione quorundam militum suorum, qui eum gravibus contumeliis affecerant, tum importunitate regis, qui frequentibus eum edictis urgebat, ut predia monasterii, quae tam eius quam priorum abbatum largicione dilapidata vix iam in usus fratrum sufficere poterant, militibus suis[b] in beneficium erogaret[3]. In locum eius non per electionis ostium, sed per simoniacae hereseos cuniculum protinus irrupit Růbertus[c] abbas Babenbergensis[4], cognomento Nummularius, annumeratis in erarium regis mille pondo argenti purissimi[5]. Hic sordidissimis[d] questibus et usuris, quas
*p. 184. etiam privatus adhuc in *monasterio exercuerat[e], infinitam sibi pecuniam conflaverat, et propterea mortes episcoporum et abbatum[f] anxia expectatione[g] iam dudum suspiraverat. Cumque eos diucius vivendo vota sua et effrenatae ambicionis impetum, quo preceps rapiebatur, morari graviter et impacientissime ferret, eo vesaniae evasit, ut preter occulta[h] munera, quibus auriculariorum favor redimendus erat, regi centum pondo auri promitteret, ut, eiecto eximiae sanctitatis viro abbate Widerado, sibi abbatia Fuldensis traderetur. Et profecto, quod nefarie concupiverat, flagiciosissime optinuisset[i], nisi pauci, quibus leges ecclesiasticae pecunia cariores erant, in faciem regi, ne id faceret[k], obstitissent[6]. Is *cf. Gal.* 2, 11.
pseudomonachus, dicam expressius vi doloris impulsus,

a) penthec. *B* 1b. 2. b) suum *B* 1a. c) Rubertus *A* 1. *B* 1a. *Var.*; Rupertus *B* 2. *Emser.* e) surdid. *B* 1a; sordissimis *B* 1b. e) excreuerat *B* 1b. f) et abb. *om.* *B* 1b. g) exspect. *B* 2. h) oculta *B* 2. i) obtin. *A* 1. *B* 1. k) regine id facere *B* 1b.

1) *Inter hos etiam Magnum filium ducis Saxoniae, qui tunc se dedidisse videtur.* 2) *Huic repugnat annalista Altahensis, qui scribit Adalberto archiepiscopo intercedente iam tunc Ottonem in gratiam regis admissum esse. Sed erravit procul dubio (cf. a.* 1072, *infra p.* 137*), cum et Adam. Brem. III,* 59. *tantum dicat consilio archiepiscopi duces se regi dedidisse. Cf. Vogeler, 'Otto v. Nordheim' p.* 35*; E. Meyer l. l. p.* 12 *sq.* 3) *Ut Liupoldo de Mersburg, infra p.* 130. *commemorato, curtem quandam in beneficium daret, regem praecepisse tradunt Ann. Altah. a.* 1071. *Cf. Berthold. (Ann. S. Blasii) a.* 1070, *SS. V, p.* 275. 4) *S. Michaelis. Cf. Ann. S. Mich. Bab., SS. V, p.* 9. 5) *Triginta libras auri eum regi obtulisse dicunt Ann. Altah.* 6) *Cf. supra p.* 93, *n.* 2.

1071. *2. Cor. 11, 14.* is angelus Satanae[a] transfiguratus in angelum lucis, ita sanctam et angelicam monachorum professionem infamavit, corrupit, viciavit, ut monachi nostris temporibus atque in his regionibus non innocentia estimentur[b] atque integritate vitae, sed quantitate pecuniae, nec queratur in abbatibus eligendis, quis dignius[c] preesse, sed quis carius abbatiam possit emere. Ita proprio huius[d] invento, novo atque infausto huius[d] aucupio haec in aecclesiam introducta est consuetudo, ut abbatiae publice venales prostituantur in palacio, nec quisquam tanti venales proponere queat, quin protinus emptorem inveniat, monachis inter se non de observantia regulae *cf. Iac. 3, 14.* zelo bono, sed de questibus et usuris zelo[e] amaro contendentibus. Sed haec ut digne defleri possint, pro magnitudine sua et proprio volumine et prolixiore[f] opus habent tragedia. Ad ceptum pocius revertamur. Advocatus Augiensis monasterii[1], postquam pecuniarium hunc abbatem advenire comperit et, quanta largicione aditum *Ioh. 10, 1. 12.* sibi in ovile Christi lupus rapax patefecisset, audivit, missa obviam legatione denunciavit ei sub interminatione salutis propriae, ne intra possessiones Augiensis monasterii presumeret accedere, alioquin occursurum se et armata manu vindicaturum in libertatem, quos ipse tam caro mercimonio emisset in servitutem. His ille auditis nimium animo consternatus est, tum propter gravem iacturam pecuniarum suarum, tum propter ereptum sibi tamquam de faucibus, cui diu anxie inhiasset, honorem. Et primo quidem animum induxerat rem armis experiri et, ut dici solet, ignem gladio scrutari[2], hoc est simoniacam[g] heresim homicidiis cumulare; sed asserentibus his qui cum eo erant supra vires suas esse negocium, confuso, ut dignum erat, et confecto animo abiit[h] in possessiones fratris sui, prestolaturus ibi, quos exitus *(Aug. 30).* tam[i] tristibus iniciis fors[k] esset allatura[3]. Nam abbatiam Babenbergensem interea susceperat Ekebertus[l] Gorziensis[m] disciplinae monachus[4]. Ad cuius ingressum omnes protinus fratres, quos prior ille abbas suis, hoc est mercatoriae atque usurariae artis, disciplinis insti-

a) sathane *B* 1. 2. b) estimantur *B* 1. c) dignus *A* 1a. *B* 2. d) huius di (huiusmodi) *B* 2. e) scelo *A* 1. f) prolixore *B* 1b. g) symon. *B* 1a (symonicam). 2. h) abii *B* 1a. i) iam *B* 2. k) sors *B* 1a. 2. *P. Var.* l) Ecebertus *A* 1. m) Gorsiensis *B* 1b.

1) *Hezil, ut videtur. Cf. Dümgé, Reg. Badensia p.* 112, *nr.* 60. 2) *Cf. supra p.* 85, *n.* 2. 3) *Eum aliquamdiu abbatiam Augiensem tenuisse patet ex Ann. Altah. p.* 84; *Gregorii VII. Reg. I,* 82 *(Jaffé nr.* 4870*).* 4) *Cf. Ann. S. Mich. Bab., SS. V, p.* 9.

tuerat et quasi filios[a] pater[b] in vitam moresque suos pedibus, ut dicitur, ire docuerat[1], tamquam folia quae vento raptantur diffugerunt[c]. 1071.

Karolus[d], cui rex Constantiensem episcopatum dederat[2], assiduis proclamationibus pro ordinatione sua sedem apostolicam appellabat. Econtra fratres Constantienses obstinata contentione obluctabantur, ne contra canonum instituta is, qui preter simoniacam[e] heresim furti[f] quoque insimulatus fuerat, sibi episcopus ordinaretur. Papa, cum ei molesti essent, cognitionem causae a se ad[g] archiepiscopum Mogontinum reiecit iussitque, ut, utrisque vocatis ad sinodum[h], rem diligentissime ventilaret, et si crimina, quae obiciebantur[i], refellere non posset, nulla eum ratione consecraret[3]. Hac de causa sinodum[h] archiepiscopus Mogontiae[k] indixit in mensem Augustum. Rex concertationem hanc iniquo valde animo ferebat propter amiciciam Karoli[l] et plurima servicia[m], quibus etiam in re familiari plerumque sibi commodissime affuerat, et idcirco munera[n] sua rata ei[o] manere cupidissime volebat. Unde Mogontino archiepiscopo graviter succensebat, quod non statim eum, contemptis obstrepentium fratrum simultatibus, ordi-
*p. 185. nasset. Sed ille immobilis *persistebat in sententia[4], illud pre se ferens, quam[p] terribiliter[m] anno superiore[q] a papa pro simili causa obiurgatus fuisset, et quam vix et aegre sine damno gradus sui evasisset[5], et quod postea recentibus litteris sedis apostolicae, ne sine diligentissima discussione manus illi imponeret, commonitus fuisset.

Itaque instantibus iam Kalendis Augusti rex Mo- *Iul. ex.*
gontiam properabat, cupiens ipse in discussione tanti negocii cum archiepiscopo cognitor assidere. Inter eundum Herveldiam venit. Inde digressus die postera, in villam[r] quae dicitur Utenhusen[s] prandendi gratia divertit. Cumque refecti iam ferventissimo accelerandi itineris

a) filius *B* 1[a]. b) patri *B* 1[b]. 2. c) fugierunt *B* 1[b]. d) Carolus *A* 1. *B* 2. e) symon. *B* 1[a]. 2. f) forti *B* 1[a]. g) *om.* *B* 1[b]. h) syn. *A* 1. *B* 1[a]. 2. i) obiciuntur *B* 1[b]. k) moguncie *B* 1[a]. l) Caroli *A* 1 *solus h. l.* m) *om.* *B* 1[a]. n) universa *B* 1[a]. o) *om.* *B* 2. p) quia *B* 1[a]. q) superiori *B* 1[b]. r) villa *B* 2. s) Utenhuseñ *B* 2.

1) *Cf. supra p.* 71, *n.* 1. 2) *Cf. supra p.* 111. 3) *Cf. epist. Sigefridi, Jaffé, Bibl. V, p.* 69, *nr.* 36, *ubi apparet synodum iam prius indictam expeditione militari (contra Ottonem ducem a.* 1070, *Aug.) impediente dilatam esse.* 4) *Cf. Acta synodi Mogunt., Jaffé, Bibl. V, p.* 72: At metropolitanus antistes . . . . . laudabili constantia in se ipso fixus heret et immobilis. 5) *Minime haec dicta sunt supra p.* 112.

1071. (*Iul. ex.*) studio certatim omnes caballos repeterent, accidit, ut Liupoldus[a] quidam de Mersburg[b], regi carissimus, cuius opera et consiliis familiarissime uti solitus erat, caballo forte laberetur et proprio mucrone transfossus ilico[c] expiraret[1]. Cuius calamitas intolerabili[d] dolore et mesticia regem confecit, statimque Herveldiam[e] reportatum in medio aecclesiae cum magnifica funebris officii pompa (*Iul. 30*). sepelivit, XXX[f] quoque mansos pro anima eius monasterio contradidit in loco qui dicitur Mertenefelt[g, 2]. Notatum autem est hunc ipsum gladium fuisse, quo famosissimus quondam rex Hunorum[h] Attila in necem christianorum atque in excidium Galliarum hostiliter debachatus fuerat. Hunc siquidem regina Ungariorum[3], mater Salomonis regis, duci Baioariorum Ottoni dono dederat[4], cum eo suggerente atque[i] annitente rex filium eius in regnum paternum restituisset. Cumque eum dux Otto filio Dedi marchionis Dedi iuniori in argumentum pignusque individuae dilectionis ad tempus prestitisset, illo, ut predictum est[5], perempto, regi et per regem Liupoldo[a] huic casu obvenerat. Unde plerique ducis Ottonis fautores divino hunc iudicio per eum, qui ducis Ottonis fuisset, gladium occisum interpretabantur, eo quod ad illum persequendum et de palacio eiciendum is potissimum regem instigasse diceretur. Legitur autem de hoc gladio in Gestis Getarum[k, 6], qui et Gothi dicuntur, quod Martis quondam fuerit, quem bellandi presidem et militarium armorum primum repertorem gentiles mentiebantur, eumque post multa tempora pastor quidam[l] in terra[m] leviter absconsum deprehenderit ex sanguine bovis, cuius pedem, dum in gramine pasceretur, vulneraverat, isque eum[n] Attilae[o] regi detulerit, divinatumque illi fuerit omnium[p] tunc temporis aruspicum responsis, quod gladius idem ad interitum orbis terrarum atque ad perniciem multarum gentium

a) Luipold. B 1c (*infra l.* 20. Lwp.). 2; luipuld. B 1a; Lupold. A 1; Luppold. *H.* b) *sic* A 1. B 1c; de M. quid. B 1b. 2; de M. *om.* B 1a. *H.*; mercisburch B 1b. c; Merβeberg B 2; Merspurg A 1; de M. *in cod. autographo superscripta fuisse patet.* c) *sic* A 1 (illico *h. l.*). *H.*; *om.* B 1. 2. d) intollerab. B 1b. c. 2, *corr.* intoler. B 1b. e) herueldie B 1b. f) XXX (*minio del.*) triginta B 1a. g) Mertenefeldt B 2. h) Hunnorum A 1. i) *om.* B 1a. k) Getharum B 2. l) qui B 2. m) terre B 2. n) *om.* B 1b. o) Attale B 2. p) omniumque B 2.

1) *Cf. Ann. Altah. p.* 83; *Bruno c.* 81. 2) *Diplomate dato Herveldiae Iul.* 30 *(St.* 2744*), Wenck, 'Hess. Landesgesch.' III, 'Urk.' p.* 60, *nr.* 60: pro anima fidelissimi et carissimi nostri militis Liupoldi. 3) *Anastasia uxor Andreae I.* 4) *A.* 1063. *procul dubio; cf. Meyer v. Knonau I, p.* 348. 5) *P.* 108. 6) *Iordanis Getica c.* 35, 183, *Auct. antiq. V,* 1, *p.* 104 *sq.*

fatalis esset. Quod verum fuisse oraculum multarum nobilissimarum in Galliis civitatum hodieque testantur excidia, in tantum ut gladius ipse vindex irae Dei sive flagellum Dei a barbaris quoque diceretur. Haec, quoniam gladii huius mentio inciderat[a], per excessum sint dicta.

Rex, magnifice ac regaliter curato funere, Mogon- 1071.
tiam, sicut instituerat, properavit. Cumque[1] statuta die (Aug. 15).
in sinodo[b] cum episcopis assedisset, aderat Karolus[c], aderant et fratres Constantienses, magnam ei molem criminum obiectantes. Contra quos rex, quantum salva verecundia poterat, dedita opera nitebatur et modo ob-
*p. 186. iecta purgare, modo[d] *pondus obiectorum, quae non poterat purgare, callidis sermonibus conabatur[e] attenuare, plerumque etiam instantium ac perurgentium procacitatem verbis durioribus corripiebat ac frontis impudentiam opposita[f] auctoritatis suae maiestate refringere temptabat. Primum et secundum diem in hoc negocio insum- (Aug. 15. 16).
psit[2]. Cumque accusatorum constantiam nec veritate responsionis nec arte dictionis eludere posset, ad ultimum, probatis quae obiecta fuerant criminibus, baculum
episcopalem ab eo recepit. Verbis tamen exquisitissimis (Aug. 18).
mesticiam eius consolabatur, promittens, quod, dum primum sibi oportunum fieret, benigna vice hanc calamitatem ei compensaret. Ipsis diebus regina, quae una cum rege Mogontiae[g] aderat, filium peperit[3]. Sed is baptizatus statim obiit delatusque in Hartesburg ibi sepultus est. Episcopatum Constantiensem rex Ottoni
*p. 187. canonico Goslariensi *dedit[4], recentisque calumniae[h] exemplo conterritus confestim eum consecrari fecit, ne quis scilicet adversus eum scrupulus denuo per dilationem consecrationis oriretur.

Inter ducem Polenorum[5] et ducem Beheimorum[i, 6]

a) incidat *B* 1[a]. b) syn. *A* 1. *B* 1[a]. 2. c) Carolus *A* 1. d) modo — purgare *om.* *B* 1[b]. e) nitebatur *B* 1[a]. 2. f) apposita *B* 1[b]. g) Moguntie *B* 2. h) calumpnie *B* 2. i) Boheimorum *B* 1[a]; Bohemiorum *B* 2.

1) *Ad sequentia cf. Acta synodi Moguntinae et epist. Sigefridi de ea ad Alexandrum papae referentem, Jaffé, Bibl. V, p.* 70—81, *nr.* 37. 38; *Berthold. (Ann. S. Blasii), SS. V, p.* 275; *Mar. Scottus, SS. V, p.* 560. *Cf. Ranke, 'Werke' LI, p.* 135 *sq.* 2) *Non tribus, sed quatuor diebus in synodo de hac re actum esse patet ex actis laudatis. De triduanis colloquiis Lamperti vide Dieffenbacher p.* 60 *sq.* 72; *infra p.* 143, *n.* 3. 3) *Cf. Ann. Altah. p.* 84. 4) *Cf. Casus Petrishus. c.* 27, *SS. XX, p.* 645. 5) *Boleslaum II, Casimiri I. filium.* 6) *Wratislaum II.*

1071. infestissima dissensio[a] erat. Propter quod eos rex in (Sept.) civitatem Misene[b] autumnali tempore[1] evocatos durius corripuit et, ut deinceps suis[c] singuli terminis contenti essent nec se vicissim[d] temerariis incursionibus lacesserent, sub obtentu regiae maiestatis precepit; alioquin se hostem et vindicem experturus foret, qui prior alteri arma intulisset.

Anno[e] Coloniensis archiepiscopus, expulsis de Salefelt[f] canonicis, vitam illic instituit monasticam, missis eo de Sigeberg et de Sancto Pantaleone[g] monachis[2]. Quo in tempore et ego illuc veni conferre cum eis de ordine et[h] disciplina monasterialis vitae, eo *quod magna *p. 188 quaedam et preclara de illis vulgi opinione iactarentur. Denique, sicut vulgo assiduitate vilescunt omnia, et popularium animi novarum rerum avidi magis semper stupent ad incognita, nos, quos usu noverant, nihili estimabant, et hos, quia novum inusitatumque aliquid preferre videbantur, non homines, sed angelos, non carnem, sed spiritum arbitrabantur. Et haec opinio[i] principum quam privatorum mentibus[k] altius pressiusque insederat. A quibus ad populum derivatus rumor tantum terroris plerisque in hac regione monasteriis iniecit, ut ad ingressum illorum alias XXX, alias XL, alias L monachi austerioris vitae metu scandalizati de monasteriis abscederent saciusque ducerent de salute animae in seculo periclitari quam supra[l] virium suarum mensuram
Luc. 16, 16. vim facere regno caelorum. Et revera non inmerito
Iob 12, 21. Dominus super nostrates monachos *despectionem effun- *p. 189 dere videbatur[m]. Nam quorundam pseudomonachorum privata ignominia nomen monachorum vehementer infamaverat, qui omisso[n] studio divinarum rerum totam operam pecuniis et questibus insumebant[o. 3]. Hi pro abbatiis et episcopatibus aures principum importune obtundebant et ad honores ecclesiasticos non via virtutum, ut maiores nostri consueverant, sed per ambicionis pre-

a) dissentio *A* 1. b) Missene *B* 2. c) sui *B* 1. d) incissim *B* 1a. e) Hoc anno *A* 1; Anno eodem *B* 1b. f) Salefeldt *B* 2; Saleveld *S.*; Salvelt *Var.*; Salefeld *H.* g) Panthaleone *B* 1. 2. *N. Var.* h) de *add.* *B* 2. i) tam *add.* *B* 2. k) *om.* *B* 2. l) super *B* 1b. *Var.* m) nitebatur *B* 1b. n) obmisso *B* 2. o) insūmebant *B* 2.

1) *De tempore vide Kilian, 'Itinerar' p.* 55. *Mense Septembri hoc factum esse ex eo etiam apparet, quod hic locus post res mense Augusto gestas collocatus, infra festi S. Michaelis mentio facta sit.* 2) *Cf. chartam Annonis datam a.* 1071, *J. Ad. v. Schultes, 'Sachsen-Coburg-Saalfeld. Landesgesch.' II, 'Urk.' p.* 1, *nr.* 1. 3) *Cf. supra p.* 128 *sq.*

1071. ruptum et male partarum[a] pecuniarum profusionem grassabantur. Denique in coemptionem exigui honoris aureos montes quottidie[a*] promittebant[1] secularesque emptores largicionis suae inmoderantia excludebant, nec venditor tantum audebat exposcere, quantum emptor paratus erat exsolvere. Mirabatur mundus, unde tantus pecuniarum scateret fluvius, unde Cresi et Tantali opes in privatos homines congestae fuissent, et eos potissimum homines, qui crucis scandalum et paupertatis titulum (*cf. Gal.* 5, 11.) preferrent et preter simplicem victum et vestitum nihil rei familiaris habere se mentirentur. Ista dominici agri zizania, haec vineae Dei arida sarmenta et stipula (*Matth.* 13, 25.) aeternis ignibus preparata totum sacri gregis corpus quasi tabo[b] quodam infecerant, et secundum apostolum modicum (*Gal.* 5, 9. *1. Cor.* 5, 6.) fermentum totam corruperat massam, ita ut omnes similes estimaremur, nec esse in nobis putaretur, qui (*Ps.* 13, 1.) faceret bonum, non esse usque ad unum. Propter hoc principes regni ad instituendam in Galliis divini servicii scolam Transalpinos monachos evocabant, nostrates autem, quicumque in illorum instituta ultro concedere noluissent, de monasteriis cum ignominia eiciebant. Ego tamen, ut predixi, ad eos veniens et per XIIII ebdomadas[c] apud eos partim in Salefelt[d], partim in Sigiberg[e] commoratus animadverti nostras quam illorum consuetudines regulae sancti Benedicti melius congruere[2], si tam tenaces propositi tamque rigidi paternarum nostrarum traditionum emulatores vellemus existere.

Archiepiscopus Mogontinus a festivitate sancti Michaelis (*Sept.* 29.) usque in pentecosten[f] (1072. *Maii* 27.) mala valitudine[g] laborabat, ita ut etiam[h] desperaretur a medicis, et de successione eius plerique intentissimis studiis satagerent[i].

1071. Karolus[k], quem ab episcopatu Constantiensi deiectum supra diximus[3], regressus ad Magadaburgensem[l] diocesim VI.[m] Kal. Ianuarii obiit. (*Dec.* 27.)

a) parcarum *B* 1. a*) quotidle *A* 1. b) thabo *B* 2; tabe *P.* c) hebd. *A* 1. *B* 1b (hebdomedas). d) Salefeldt *B* 2; Salfelt *Var. h. l.* e) *sic h. l. A* 1. *B* 1a; Sigeberg *B* 1b. 2. f) penthec. *B* 2. g) valetud. *h. l. omnes.* h) iam *B* 1a. i) satathagerent, ta *del. B* 2. k) Carolus *A* 1. *B* 2. l) Magdab. *A* 1; Magdeb. *B* 2. — dyoc. *B* 1b. 2. m) sexto *B* 2.

1) *Terent. Phorm. I,* 2, 18: montes auri pollicens. *HESSE.* 2) *Cf. ad haec epistolam Cassinensium ad monachos Theutonicos ordinis S. Benedicti de institutis regularibus inter a.* 1073. *et* 1085. *datam, cuius exemplar ad Hartwicum abbatem Hersfeldensem datum editum est 'N. Archiv' III, p.* 189 *sqq. (cf. ibid. p.* 322*), exemplar ad fratres Fuldenses missum exhibet Nicolaus de Siegen ed. Wegele p.* 162–164. 3) *P.* 129.

1071. Dec. 25. MLXXII. Rex natalem[a] Domini Wormaciae cele- *1072. (Ian.)* bravit. Inde peragrata aliquanta regni parte[1] Goslariam *Febr. 22 — Mart.* regressus, totam ibidem[b] quadragesimam exegit[2].

Burchardus camerarius archiepiscopi Mogontini[c] episcopus ordinatus est in Basilea.

Primus tunc in palacio erat Adalbertus[d] Premensis archiepiscopus, qui triumphatis emulis suis, qui eum[e] ante aliquot annos de palacio eiecerant[3], solus nunc rege fruebatur, receptus non modo in gratiam et familiaritatem, sed pene in regni consortium et omnium quae publice vel privatim agenda erant societatem. Ita regem callidis subreptionibus suum fecerat[4]. Sed is morbo et aetate exhaustus, cum diu per exquisitissimas medicorum operas morti obluctatus fuisset[5], quasi naturam arte eludere posset, mediante quadragesima, XVI. *Mart. 17.* Kal. Aprilis debitum condicioni persolvit[6] et pertinacibus[f] odiis hominum, quod nunquam potuerat vivendo, tandem aliquando satisfecit moriendo. Erat plane vir admirandae compunctionis et potissimum, dum salutarem Deo hostiam inmolaret[g], totus in lacrimas effluebat; virgo quoque, ut ferebatur, ab utero matris permanebat[7]. Sed has in eo virtutes nimium in oculis hominum morum insolentia et iactantiae levitas obfuscabant. Corpus eius ex Goslaria in sedem episcopatus *(Mart. 25).* sui[8] delatum atque sepultum est.

Apr. 1. 8. Rex palmas Coloniae, pascha Traiecti[h] celebravit. Ubi dum ei populus vehementer obstreperet pro iniuriis et calamitatibus, quibus passim per totum regnum innocentes obprimebantur[i], pupilli et viduae diripiebantur, monasteria et aecclesiae vastabantur, et ruptis iniquitas habenis in omne quod voluisset facinus impune bachabatur: permotus tandem vel ipsa rei acerbitate vel pro-

a) natī *B* 1[a]; nativitatem *B* 1[b]. 2. b) ibi *B* 1[a]. c) Mogonī *B* 1[a]; Mogontinen *B* 2. d) Adelb. *B* 1[a]. 2. *H.* e) cum *B* 1[a]. f) pertinatibus *B* 1[b]. g) ymmol. *B* 1[b]. 2. h) Traecti *B* 1[a]. i) opprim. *B* 1. 2.

1) *Per Laurissam Ratisponam ivit, ubi Ann. Altah. eum festum nativitatis Domini celebrasse falso referunt; cf. Kilian, 'Itinerar' p.* 55 *sq.* 2) *Non totam, cum ipse Lamp. infra dixerit regem Coloniae palmas celebrasse.* 3) *A.* 1066, *Ian. Cf. supra p.* 101 *sq.* 4) *Cf. Adam. Brem. III,* 58—60, *ubi apparet potentiam eius a.* 1069. *receptam a.* 1071. *usque ad mortem potissimum viguisse.* 5) *Cf. Adam. Brem. III,* 62: Dumque medicorum auxilio studuit recuperare valitudinem, propter crebra medicaminum temptamenta graviorem mox incidit infirmitatem. *Cf. ib. schol.* 91. 6) *Cf. ib. III,* 63—65. 68. 7) *Ib. III,* 2: castitatis amator fuit; *cf. schol.* 93. 8) *Bremam. Cf. ib. III,* 67.

clamantium importunitate, annitentibus in hoc ipsum 1072.
cunctis regni principibus, exoravit Coloniensem archiepiscopum, ut post se rerum publicarum administrationem susciperet. Diu ille restitit petenti, partim memoria veterum iniuriarum[1], *partim quia homo totus in Deum
*p. 190. suspensus divinis quam secularibus negociis implicari maluisset. Superatus tamen unanimitate[a] postulantium privatum commodum publico postposuit. Tum[b] primum res publica in pristinum statum dignitatemque reformari cępit, frenaque iniecta sunt vaganti usque ad id tempus licentiae[2]. Nam cum rex omnem causarum cognitionem a se ad archiepiscopum tamquam ad patrem ac[c] salutis suae tutorem reicere soleret, ille nec gratia cuiusquam nec odio ab iure ad iniuriam unquam abduci poterat, sed iudicabat omnia, sicut scriptum est, sine 1. Petr. 1, 17.
personarum acceptione, nec considerans personam pau- Lev. 19, 15.
peris in iudicio nec honorans vultum potentis. Divites, si qui per potentiam pauperes oppressisse delati fuissent, severissima animadversione castigavit; castella eorum, quae male agentibus perfugium erant, funditus everti iussit, plerosque ex ipsis et genere et opibus clarissimos in vincula coniecit. Inter quos illum nostra aetate nominatissimum Egenen, qui duci Baioariorum[d] Ottoni calamitatis tantae causa extiterat[3], cum plurimi adversus eum pro privatis iniuriis et depredationibus faciem regis interpellassent, teneri fecit eumque catenis[e] oneratum plerumque ad spectaculum vulgi deduci iussit, ad gratificandam scilicet popularium animis regiam severitatem. Postremo eo moderamine, ea industria atque auctoritate rem tractabat, ut profecto ambigeres, pontificali eum an regio nomine digniorem iudicares, atque in rege ipso, qui incultu[f] atque socordia pene preceps ierat, paternam virtutem et[g] paternos mores brevi exsuscitaret.

Rex Aquasgrani[h] profectus[4] sanctum Speum[5] con- (Apr.)
fessorem et brachium iusti Simeonis[i], cuius mentio est

a) immanite *B* 1[a]; immanitate *B* 1[b]. b) Tunc *B* 1[b]. c) et *B* 2. d) Boioariorum *B* 1[b]. e) cathenis *B* 1[b]. 2. f) in cultu *omnes et ed. prior perperam.* g) atque *B* 2. h) Aquisgrani *A* 2. *B* 1[b]. c. 2. i) Sym. *A* 1. *H*.

1) *Nullas Lamp. retulit; sed cf. supra p.* 93. 2) *Cf. Horat. Carm. IV*, 15, 10: evaganti frena licentiae iniecit. 3) *Cf. supra p.* 113. 4) *Ubi die Apr.* 27. *diploma dedit (St.* 2756*).* 5) *Obscurissimus sanctorum, de quo nihil relatum est. Cf. Acta SS. Ian. II, p.* 891.

in evangelio[a].[1], et caput Anastasii monachi et martiris[2] aliorumque sanctorum reliquias ibi accepit atque in Hartesburc[b] transtulit.

Treveris quoque apud Sanctum Paulinum XIII cor- (Febr.) pora sanctorum Thebeae, ut putatur[c], legionis reperta sunt, quorum[d] haec nomina in tabulis plumbeis conscripta ibidem reperta sunt: Palmatius[e], Tyrsus[f], Maxentius, Constantius, Crescentius, Iustinus, Leander, Alexander, Sother[g], Hormista, Papirius, Constans, Iovianus. Dumque ex cripta, ubi sancti pausabant, terra portaretur, os quoddam incaute proiectum sanguinem fudit non modicum, et usque hodie permanet sanguinolentum. De passione eorum haec ad nos ab ipsis Treverensibus scripta perlata sunt:* *Rictiovarus*[h] *Maximiani imperatoris prefectus, legionem Thebeam iussu ipsius circumquaque persecutus, Treverim propter ipsos IIII. Nonas Octobris est ingressus, et eadem die occidit ibi*[i] *ducem eiusdem legionis*

*) *Eadem leguntur in codice Vaticano Palatino Lat. nr.* 482. *f.* 63'. *cum epistola ab Udone archiepiscopo Treverensi B[urchardo] fratri missa, quam edidi 'N. Archiv' XVII, p.* 489, *ex quibus Lampertus etiam ea quae praecedunt exscripsit. Hanc Treverensium relationem a V. Cl. Iohanne Tschiedel ex cod. Palatino exscriptam hoc loco exhibeo:* Rictiovarus Maximiani imperatoris prefectus, legionem Thebeam iussu ipsius circumquaque persecutus, Treverim propter ipsos IIII. Non. Octob. est ingressus, et eadem die occidit ibi ducem eiusdem legionis Tyrsum cum omnibus illum comitantibus. Sequenti autem die Palmatium Trevericae civitatis consulem et patricium cum omnibus eiusdem civitatis principibus interfecit. Tercia vero die caedem exercuit in plebe sexus utriusque. Horum autem martyrum corpora innumerabilia in sancti Paulini iacent aecclesia; quorum tredecim et nomina et merita in plumbo conscripta noviter sunt ibi iuxta corpora ipsorum reperta: Palmatius videlicet et Tyrsus, Maxentius, Constantius, Crescentius et Iustinus, Leander, Alexander, Sother, Hormista et Papirius, Constans et Iovianus. Dum autem ex cripta, ubi haec iacent sanctorum corpora, terra portaretur, os quoddam incaute proiectum sanguinem effudit non modicum, et usque in hodiernum diem permanet sanguinolentum[3]. *Sequitur inscriptio, quae lamina plumbea contineri dicebatur:* In hac cripta iacent corpora — — cedem exercuit in plebem sexus utriusque, *saepe edita (cf. 'N. Archiv' XVII, p.* 488; *SS. VIII, p.* 166 *sq.), quacum haec ad verbum fere conveniunt.*

a) ewang. *B* 1[b]. 2. b) Hartespurg *h. l. A* 1; Hartesburg *B* 2. c) putāt *B* 2. d) quorum — rep. sunt *om. B* 1[b]. e) Palmacius *A* 2. *B* 1[a. c]. *h. l. et infra p.* 137, *l.* 2. f) Tirsus *B* 1[b. c]. g) Soter *B* 2. h) Rictiouarius *B* 1[b]. i) ibidem *B* 2.

1) *Luc.* 2, 25—32. 2) *Persae, ut videtur. Cf. Acta SS. Ian. II, p.* 422 *sqq.* 3) *Cf. Hist. mart. Trev. c.* 3, *SS. VIII, p.* 222; *Sigeb. a.* 1071, *SS. VI, p.* 362.

Tirsum[a] *cum omnibus comitatibus suis. Sequenti autem die Palmatium Trevericae civitatis consulem et patricium cum omnibus eiusdem civitatis principibus interfecit. Tercia vero die cedem exercuit in plebe sexus utriusque. Horum autem martirum*[b] *corpora innumerabilia in sancti Paulini archiepiscopi iacent aecclesia.*

Rex ascensionem[c] Domini Goslariae, pentecosten[d] 1072. *Maii* 17. 27.
Magadaburg[e] celebravit. Ubi Adalberto[f] Premensi archiepiscopo in quadragesima, ut predictum est[1], defuncto successorem constituit Liemarum, optimae spei iuvenem et omnium liberalium artium peritia adprime[g] insignem. Ibi quoque Otto dux Baioariorum post integrum annum deditionis suae gratiam regis recepit[2], data vel regi vel his qui regi pro eo suggesserant non modica portione prediorum suorum.

Rex in nativitate[h] sancti Iacobi Wormaciae occurrit *Iul.* 25.
matri suae Agneti imperatrici de Transalpinis partibus redeunti; ubi sex aut[i] eo amplius annos iam demorata fuerat[3], sub nimia austeritate vitam instituens, adeo[k] ut communem humanarum virium mensuram excederet ieiuniorum ac[l] vigiliarum pacientia. Reversionis autem eius in Galliam haec causa erat. Růdolfus[m] dux Sueviae ab his qui ei male consultum cupiebant[n] accusatus apud regem fuerat, quod iniquum aliquid contra regem contraque rem publicam *moliretur; propter
*p. 191. quod assiduis legationibus ad curtim regiam, ut causam diceret, accersiebatur. Sed ille, licet ab culpa remotissimum se sciret, conterritus tamen[o] ducis Baioariae Ottonis recenti exemplo et aliorum quorundam, quos rex precipitata sententia absque discussione legittima damnaverat[p], temere in periculum se dare nolebat[4]. Cumque esset imperatrici ob vetus meritum suum acceptissimus, propinquitate etiam devinctus propter filiam eius, quae[q] ei, ut predictum est[5], nupserat, sed intra[r] paucos

a) *sic h. l. omnes praeter A* 2. b) martyrum *A* 1 (*semper*). *B* 1[a] (*h. l.*). c) ascendens de Goslaria *B* 1[a]. d) penthec. *B* 2. e) Magadeburg *B* 2. f) Adelb. *B* 1. 2. g) appr. *B* 1[a]. 2. h) nat̄ *B* 1[a]; natalem *A* 1. i) et *B* 1[a]. k) *om.* *B* 1[b]. l) et *B* 2. m) Rudolfus *A* 1. *B* 1[a]; Rudolffus *B* 2. n) cupiebat *A* 1. o) tam *B* 1[a]. p) dampnav. *B* 1 *h. l.* 2. q) quā *B* 1[b]. r) inter *B* 1[b].

1) *P.* 134. 2) *Cf. Ann. Ottenbur., SS. V, p.* 7. 3) *A.* 1063. *primo in Italiam secesserat, sed iam ineunte a.* 1064. *in Germaniam redierat. Dehinc uestate a.* 1065. *iterum Romam abiit. Septem annis igitur ibi moruta erat; cf. Meyer v. Knonau I, p.* 321, *n.* 31. 32. *p.* 369. 461, *n.* 123. 4) *Neque Otto neque aliorum quisquam, quem ipse Lamp. nominare nescirit, sine legittima discussione damnatus est, nec Rudolfus in periculum se dedisset, si curiam adiisset. Vera annalista Altahensis a.* 1072. *hac de re scribit.* 5) *A.* 1058, *supra p.* 73.

1072. dies celebratae coniunctionis decesserat[1], misit eamque obnixis precibus in Galliam evocavit ad sedandam, quae oriebatur, intestini belli tempestatem. Nam firmiter apud se statuerat, si pax non convenisset, armata pocius manu, quoad posset, salutem tueri quam probris et contumeliis deformandum regiae se tradere potentiae. Imperatrix, quamquam cuncta seculi negocia religionis[a] obtentu inperpetuum abiurasset, nec a proposito tamen suo nimium[b] abhorrere nec ab ecclesiastica functione alienum fore iudicavit, si viro optime erga se merito in angustis[c] rebus opem ferret et filio iuveniliter tumultuanti modum imponeret. Venit itaque Wormaciam. amplissimo stipata numero abbatum et monachorum, et predictum ducem, cum interposita fide Coloniensis et Mogontini[d] archiepiscoporum coram venisset, omni[e] criminis suspicione absolvit, statimque compositis propter quae venerat a filio abscessit[f], ut non tam carnali affectione quam communis commodi ratione ad hanc secularis negocii administrationem se adductam liquido cunctis patefaceret[g]. Dux quoque a rege dimissus in pace protinus se in sua recepit, certum tenens non ex integro abolitas ab animo regis inimicicias, sed ademptam interim nocendi facultatem esse. Ibi etiam Hugo Cloniacensis[h] abbas, qui cum imperatrice eo advenerat, Růberto[i] Augiensi abbati Romani pontificis mandata et litteras[2] detulit, quod scilicet apostolicae sedis anathemate[k] de corpore aecclesiae precisus[l] esset, quod omne ei divinum officium preter[m] psalmodiam interdictum esset, quod omnis ei inperpetuum[n] ad abbatiam Augiensem vel ad aliquam dignitatem ecclesiasticam[3] accessus occlusus esset, propterea quod de simoniaca[o] heresi insimulatus et, ut obiectum crimen purgaret, ad sinodum[p] secundo ac tercio vocatus venire distulisset. Ita ille compulsus a rege baculum pastora-

a) rellig. *A* 1. b) *om.* *B* 2. c) angustiis *B* 1b. d) Moguntini *B* 1a; Moguntineñ *B* 2. e) cū *B* 1b. f) abcessit *B* 1a. g) patefeceret *B* 1b. h) Clomac. *B* 1b; Cluniac. *h. l.* *B* 1a. 2. i) Ruberto *A* 1. *B* 1a; Ruperto *B* 2. k) anathamate *A* 1. l) prescisus *B* 2. m) prter *B* 1b. n) in perpetuam *B* 1b. o) symon. *B* 1a. p) syn. *A* 1. *B* 1.

1) *A.* 1060, *Maii* 12. *Mathilda decesserat, quod Lamp. supra non dixit. Cf. Meyer v. Knonau I, p.* 168, *n.* 90. *p.* 203. *Nota Lampertum hoc loco etiam, ubi occasio se ingessit, cavisse, ne diceret Rudolfum sororem reginae, quam repudiavit, uxorem duxisse. Cf. supra p.* 110, *n.* 1. 2) *Quae non exstant. Sed vide Gregorii VII. Reg. I,* 82, *Jaffé, Bibl. II, p.* 103; *Jaffé, Reg. pont. ed.* 2. *nr.* 4703. 4704. *Cf. supra p.* 127 *sq.* 3) *Hoc perperam relatum videtur esse; cf. infra a.* 1076 *(SS. V, p.* 244*).*

1072.

lem, quem non ut pastor, sed ut mercennarius[a] usurpa- *cf. Ioh.* 10,12. verat[b], multa cum amaritudine reddidit.

Clara et celebris valde his temporibus per Gallias erat memoria sancti Seboldi[c] in Nůrinberg[d. 1] et sancti Heimeradi[e] in Hasengun[f. 2], et magno[g] populorum concursu quottidie[h] frequentabantur[i] propter[k] opitulationes, quae divinitus illic languentibus sepenumero conferebantur[l].

Archiepiscopus Mogontinus in nativitate[m] sanctae *Sept.* 8. Mariae[3] Mogontia egressus, cum in Galliciam quasi orationis causa profectionem simulasset, in Cloniacense[n] monasterium secessit; dimissisque his qui una venerant, *(Sept.* 23*).* abdicatis[o] etiam omnibus quae habebat, statuit ibi deinceps privatus aetatem agere atque ab omni[p] secularium negociorum strepitu sub voluntariae paupertatis titulo inperpetuum feriari. Sed brevi perstitit in proposito. Revocante eum tam clero quam populo Mogonciacensi[q. 4], vix[r] et aegre[s] abstractus de monasterio in natali[t] sancti *Nov.* 30. Andreae apostoli Mogontiam rediit[5] atque opus arduum, quam precipitanter arripuerat, tam precipitanter, quoniam communi omnium sententiae obluctari non poterat, deseruit.

Rűthardus[u] abbas Herveldensis mense Ianuarii[v] *Ian.* egrotare cępit, et sic per annum continua egritudine decoctus, cum evasurum se desperaret, abbatia et pastorali dignitate, quam per infirmitatem administrare non poterat, III. Idus Decembris ultro se abdicavit, anno *Dec.* 11. postquam abbati Meginhero successerat[w] decimo tercio[x] iam exacto[6]. Successitque ei protinus secundum ipsius postulationem H.[7] eiusdem cenobii monachus.

a) mercenarius *A* 1. b) occupaverat cum multa am. *B* 1[b]. c) Sebaldi *B* 2. d) Nurinberg *B* 1[b]. 2; Nurnberg *A* 1. e) Hemeradi *B* 2; Hemerad *A* 1. f) Haseg̊un *B* 1[a]. g) magna pop. concursione *B* 2. h) quotidie *A* 1. i) frequentebantur *B* 1[b]. k) propter — conferebantur *om. B* 1[b]. l) frequentabantur *B* 2. m) nat *B* 1[a]. n) Cluniacense *B* 1. 2, *alio atram.* o *superscr. corr.* Cloniac. *vel* Clůniac. *B* 1[b]. o) abdicans *B* 1[b]. p) omnium *B* 2. q) mogontiac. *A* 1; Mogontien *B* 2; Moguncienși *N.* r) vix — Mogontiam *om. B* 1. 2. *N.* s) egrae *A* 1. t) natalem *A* 1, *codex Wittenberg. procul dubio* nat *habuit.* u) Ruthardus *A* 1. 2. *B* 1[a]. 2. v) Ianuario *A* 1; ian̄ *B* 1[a]; uno an (ante) *B* 2. w) successit *B* 1[b]. x) XIII[o] *B* 1[a]. 2; tercio dec. *A* 1.

1) *Cf. Ann. Weissenb. a.* 1070, *supra p.* 55; *Ann. August. a.* 1070, *SS. III, p.* 128. 2) *Cf. Vitae S. Haimeradi c.* 27—39, *SS. X, p.* 606 *sq., quae inter a.* 1074. *et* 1090. *ab Ekkeberto monacho Hersfeldensi conscripta est.* 3) *Die Sept.* 9. *potius teste Mariano Scotto, SS. V, p.* 560. 4) *Cf. epist. cleri et populi eum revocantis, Jaffé, Bibl. V, p.* 81 *sqq., nr.* 39. 5) *Quo advenit die Dec.* 6. *teste Mariano l. l.* 6) *Cf. a.* 1059, *supra p.* 76. 7) *Hartwicus; cf. Lamperti Inst. Herveld. (infra); Ann. Yburg., SS. XVI, p.* 436.

1072. (Nov. 12). Adalbero[a] Metensis[b] episcopus obiit; cui Herimannus[c] Leodiensis prepositus successit[d].

Dec. 25. *MLXXIII. Rex natalem[e] Domini Babenberg celebravit. *p. 192. Ibi Berhtoldo[f] duci Carnotensium[1] ducatum sine legittima[g] discussione absenti[h] abstulit et Marcwardo[i] cuidam propinquo suo tradidit[2]. Růdolfus[k] quoque dux Suevorum tumultum aliquem rei publicae machinari formidabatur. Sed discurrentes utrimque frequentes legati et illum, ne precipitanter in arma prorueret[l], et regem, ne cunctantem obstinata importunitate lacesseret, salubri moderamine retinebant. Ibi[m] quoque Coloniensis archiepiscopus, offensus his quae plurima preter aequum et bonum fiebant in palacio, petiit a rege vacationem deinceps dari[n] sibi ab rerum publicarum administratione[o], causatus in senium iam vergentem aetatem et laboriosis regni negociis minus minusque in dies sufficientem. Quod rex haut[p] difficulter annuit, quia pravis libidinibus suis et iuvenilibus ineptiis[q] iam dudum animadverterat eum graviter offendi et plerumque, quantum salva regia[r] dignitate poterat, pro virili portione obniti. Is ergo ubi se in sua recepit, rex[s] tanquam severissimo pedagogo liberatus statim in omnia genera flagiciorum ruptis omnibus modestiae et temperantiae frenis precipitem se dedit[3].

Montes omnes colliculosque Saxoniae et Turingiae[t]

a) Adelbero *B* 1b. 2. b) Metensius *B* 1a; Mettensis *B* 1b. c) Hermannus *B* 2. d) *B* 1b *add.*: Succurre gloriose Ieronime, doctorum flos. e) naī *B* 1a. 3b; nativitatem *B* 1b. 2. f) Bertoldo *A* 1; Bertholdo *B* 1a. 2. g) legitima *h. l.* *B* 1a. h) *om.* *B* 2. i) Marewardo *B* 1b. k) Rudolfus *A* 1. *B* 1a; Rudolffus *B* 2. l) rueret *B* 2. m) *sequentia — p.* 144, *l.* 32. *habet* *B* 3b. n) dare *B* 1b. o) ammin. *B* 3b. p) haud *A* 1 (*semper*). *B* 2. q) inceptis *B* 1b. r) maiestate vel *add.* *B* 1b; regia dign. salva *B* 2. s) *om.* *B* 2. t) Thur. *B* 1. 2. 3b.

1) *I. e. Carantanorum.* 2) *Nec sine legittima discussione (cf. supra p.* 137, *l.* 30*) neque omnino ducatum Berhtoldo ablatum esse credendum est (cf. Delbrück p.* 37*; E. Meyer, 'Lambert von Hersfeld' p.* 15 *sq.; aliter Giesebrecht, 'DKZ.' III, p.* 1122*). Sed aliquid veri huic relationi inesse videtur, cum Berhtoldus tunc regi adversatus sit (cf. Ann. Altah. a.* 1072. 1073, *p.* 84 *sq.; Berthold. [Ann. S. Blasii] a.* 1073, *SS. V, p.* 275*; Ann. Mellic., SS. IX, p.* 499*). Fieri potuit, ut rege et Berhtoldo discordantibus Marcwardus de Eppenstein ducatu Carinthiae potiri moliretur. Cf. infra p.* 153. *Heyck, 'Gesch. der Herzoge von Zähringen' p.* 41 *sqq.* 3) *Ecce iam telam suam fraudibus et commentis exornatam texendam aggreditur auctor. Constat regem adolescentem inter a.* 1065. *et* 1070, *etiam Annone palatium regente, dissolute atque intemperanter vixisse. Ab a.* 1073. *ne Bruno quidem, nec ipse Lampertus eum quidquam flagitii perpetrasse contenderunt. Sed ut Annonem suum glorificaret, hoc e curia eiecto regem in probra se dedisse comminiscitur. Vide quae ipse Lamp. hac de re supra p.* 135, *l.* 32 *sq., infra p.* 162. *dixit.*

castellis munitissimis extruxit[a] presidiumque imposuit[1]. 1073. Quibus cum victui necessaria minus sufficerent, permisit, ut ex proximis villis et agris hostili more predas agerent[2] et ad ipsa castella munienda circumquaque manentes cogerent et impensas affatim convectare et per se ipsos servili[b] manu desudare[c, 3]. Verum ne manifestae tirannidis[d] notaretur, si contra innocentes atque in regnum proprium[e] tam barbara crudelitate grassaretur, ut impietatem suam quadam religionis specie palliaret, archiepiscopum[f] Mogontinum modis omnibus instigavit, ut decimationes Turingiae[g], sicut ante plures annos instituerat, exigeret, pollicens se[h] ei in exigendo summa ope affuturum et[i] dicto obtemperare nolentes regia maiestate coacturum[4], ea tamen pactione, ut ipsarum decimationum partem sibi, quae et regiae magnificentiae[k] et tanto labori[k] suo digna foret, tribueret[5]. Ita episcopus vanissima[6] spe animatus sinodum[l] indixit in[m] Erphesfurt[n] VI. Idus Marcii[o, 7]. *Mart.* 10.

Statuto die aderat rex, aderat archiepiscopus, stipatus uterque magno grege philosophorum[p], immo[q] sophistarum[r], quos ex diversis locis summo studio consciverant, ut canones sibi non pro rei veritate, sed pro episcopi voluntate interpretarentur et causam eius, quoniam[s] veris non poterant, sophisticis[t] allegationibus roborarent[8]. Assidebant ergo cum rege et archiepiscopo

a) exstr. *B* 2. b) vili *B* 1b. c) desiderare *B* 1a. d) tyr. *A* 1. *B* 1c. 2. 3b. e) propium *B* 1a. f) Archiepiscopus Mogontinus *B* 1b. g) Thur. *B* 1. 2. 3b. h) *om.* *B* 2. i) *bis scr.* *B* 1b. k) *sic omnes.* l) syn. *B* 1a. c. 3b. m) *om.* *B* 1a. n) Erphesfurd *A* 1. o) VI. Idus M. *om.* *B* 1c. 2; Martii *B* 3b. p) philozoph. *B* 2; phylosoph. *B* 3b. q) ymmo *h. l.* *B* 1. 2. r) zophist. *B* 2. s) quomodo *A* 1. t) zophist. *B* 2; sophyst. *B* 3b.

1) *Iam aliquot annis antea, etiam Annone rem publicam administrante, castra haec exstructa esse Lampertus sane non ignoravit (cf. Ann. Corb. a.* 1067, *SS. III, p.* 6; *Bruno c.* 16; *Ekkeh. a.* 1068; *Berthold. [Ann. S. Blasii] a.* 1072, *SS. V, p.* 275; *Ann. Altah. a.* 1073, *p.* 85*), sed studuit, ut Annone dimisso omnia mala evenisse confingeret. Cf. Delbrück p.* 30. 2) *Hoc verum est; Ann. Altah. p.* 85; *Bruno c.* 16. 25. 3) *Cf. Waitz, 'DVG.' VIII, p.* 210 *sqq.* 4) *Hunc locum perstrinxerunt Delbrück p.* 31; *Ausfeld p.* 59 *sq.* 5) *Hoc quin Lampertus commentus sit, dubium non est, cum, quid rex et archiepiscopus inter se secreto pacti sint, novisse non posset.* 6) *Minime vanissima, cum nactus sit id quod expetivit.* 7) *Ita etiam* (media quadragesima = *dominica Laetare = Mart.* 10*) Ann. Saxo p.* 699. *et Ann. Yburg., SS. XVI, p.* 436 *(ex Ann. Patherbrunn.). Sed quae in utroque libro de hac synodo dicuntur quin ex Lamperti annalibus vel Inst. Herveld. sumpta sint, haud dubito. Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 187, *n.* 1. 8) *Ad hanc synodi Erphesfurtensis relationem conferas quae Ausfeld p.* 61—73. *exposuit.*

1073. Mart. 10. Mogontino Herimannus[a] Babenbergensis episcopus, Hecel Hildenesheimensis[b] episcopus, Eppo Citicensis episcopus, Benno Osenbruggensis[c] episcopus; qui non ad discutiendam iuxta aecclesiasticas leges causam fuerant evocati, sed ut id quod rex volebat arte dictionis et sententiarum pondere, postremo quaqua possent ratione et consilio optinerent[d], quamquam plerique eorum id quod rex moliebatur vehementissime improbarent. Sed ne libere quod sentiebant eloquerentur[e], et regis terrore et privata archiepiscopi amicicia inhibebantur[f]. Habebat preterea rex circa se armatorum copias non modicas, quibus eos, si qui forte negocium interturbare conarentur, militari manu coherceret[g]. Turingorum[h] spes et fiducia potissimum in abbate Fuldensi[1] et[i] abbate Herveldensi[2] nitebatur, quod hi aecclesias decimales plurimas et predia infinita haberent in Turingia[h], et hi si[k] causa cecidissent, sibi una cadendum esset[l]. Qui publica discussione interpellati pro decimarum redditione primo per Deum rogabant archiepiscopum, ut antiquitus tradita monasteriis suis legittima[m] rata inconvulsaque manere sineret, quae et[n] sedes apostolica et[o] veteribus et recentibus scriptis crebro sibi firmasset[3], et *precessores *p. 193 eius Mogontini pontifices, summi ac sanctissimi viri, usque ad Liupoldum[p] episcopum[4] nunquam[q] infringere temptassent. Id atroci responso archiepiscopus repulit, scilicet precessores suos sua aetate pro suo arbitratu aecclesiae Dei moderatos[r] fuisse, eosque rudibus in fide cf. Hebr. 5,12. auditoribus et pene adhuc neophitis[s] lac potum dedisse, non escam, et sapienti dispensatione multa indulsisse, quae processu temporis, dum in fide convaluissent, suc-

a) Hermannus *B* 1c. 2. b) Hildeneshemen̄ *B* 2. c) Ossenbrugg. *B* 1a. 2. d) obt. *A* 1. *B* 1. e) loquerentur *B* 2. f) prohibebantur *B* 2. g) coerc. *A* 1. h) Thur. *B* 1. 2. 3b. i) in *add. B* 2. k) in *eadem manu superscr. B* 3b, *add. B* 1. 2. l) esse *B* 1. 2. 3b. m) legitima *h. l. A* 1. *B* 1a. 3b. n) si *add. B* 1a. o) *om. B* 2. p) Luipoldum *A* 1. *B* 1a. c. 2. q) iniqua *B* 1a. r) moderatores *B* 2. s) neophytis *A* 1; neofitis *B* 2.

1) *Widerado.* 2) *Hartwico.* 3) *In privilegiis pontificum Fuldensibus spuriis et authenticis in universum tantum decimae huic abbatiae concessae confirmantur, decimarum Thuringiae mentio non fit (cf. Ausfeld p.* 17*). In unico authentico privilegio Hersfeldensi papae Iohannis XII. (Jaffé ed.* 2. *nr.* 3723*) de decimis nihil dictum est, in spuriis Stephani III. (Jaffé nr.* 2383. 2384*) in universum tantum decimae ei datae confirmantur, in spurio Gregorii IV. (Jaffé nr.* 2571*) decimae trium ecclesiarum a Karolo M. datae confirmantur.* 4) *Ad ea quae sub hoc de decimis Thuringorum acta sunt vide Ausfeld p.* 37 *sq., sed et locum Wigandi Gerstenberger infra ad Inst. Herveld. editum.*

cessorum suorum industria resecari vellent. Se autem 1073. Mart. 10.
iam adulta vel pocius[a] senescente aecclesia spiritualia 1. Cor. 2, 13.
comparare spiritualibus, nec iam parvulis lac, sed per- 1. Cor. 3, 1. 2.
fectis solidum cibum ministrare atque a filiis aecclesiae
leges aecclesiasticas exigere. Proinde esse eis aut ab
unitate aecclesiae secedendum aut legibus aecclesiae
aequanimiter adquiescendum[b]. Tum illi rursus per Deum
orare, ut, si in Romani pontificis auctoritate, si in Ka-
roli[c. 1] aliorumque imperatorum privilegiis, si in preces-
sorum eius Mogontinorum pontificum indulgentia nihil
sibi presidii aut spei reliquum esset, ipsarum saltem
decimarum eam ipse[d] partitionem[e] fieri sineret, quam
et canonum scita equam[f] iudicassent, et caeterae per
orbem terrarum aecclesiae usitatam haberent, scilicet
ut quarta parte ipse pro suo suorumque missorum ser-
vicio contentus, tres reliquas portiones aecclesiis, quibus
antiquitus attitulatae fuissent, permitteret. Econtra epi-
scopus non ea mente se ait tantum laborem trivisse et
iam per decem ferme annos laboriosum hoc saxum vol-
vere[2], ut tandem aliquando voti compos effectus ultro
iure suo cederet et tanto molimine extortas eis decimas
ipsis pro libito[g] suo partiendas addiceret[h]. Primus ac
secundus dies in hac concertatione iam fluxerat[3], anci- Mart. 10. 11.
piti adhuc fortuna, utra pars utri cessura foret. Iam-
que in eo res vertebatur, ut Turingi[i], inprobata sinodo[k], Mart. 12.
sedem apostolicam appellarent. Sed rex sub attestatione
nominis divini affirmabat se in eum, si quis id pre-
sumpsisset, capitali sententia animadversurum et omnia
quae eius essent usque ad[l] internitionem dissipaturum,
cladem que eius diei[m] multis postea seculis[n] non abolen-
dam. Ita abbas Herveldensis suorum periculo conterri-
tus, quoniam aliud, in artum conclusis rebus, non pate-

a) *om.* *B* 1b. b) acq. *B* 1a. 2. c) Caroli *A* 1. *B* 2. d) sibi *B* 2. e) participacionem *B* 1b. f) equa *B* 1a. g) libitu *B* 1. 2. 3b; *cf. supra p.* 111, *l.* 10. h) adijceret *B* 2. i) Thur. *B* 1. 2. 3b. k) syn. *A* 1. *B* 1. 3b. i) usque internetionem *A* 1. m) *om.* *B* 2. n) seclis *B* 1a.

1) *Karoli Magni privilegium, quo monasterio Fuldensi decimae dantur, datum est a.* 810, *Apr.* 22, *Dronke, Codex dipl. Fuld. p.* 127 *sq., nr.* 247 *(Reg. Imp. I, nr.* 438*)* *(cf. etiam Dronke nr.* 248 = *Reg. Imp. I, nr.* 439*). Monasterio Hersfeldensi a Karolo Magno de aliquot praediis Thuringiae decimae concessae sunt (Reg. Imp. I, nr.* 173. 188. 189. 211. 249 *spurio.* 266 *dubiae fidei), sed de omnibus praediis Thuringicis huic monasterio neque a Karolo M. neque a successoribus eius decimae concessae sunt.* 2) *Terent. Eunuch. V,* 8, 55: Satis diu hoc iam saxum volvo. *HESSE. Cf. supra p.* 79. 104 *sq.* 107 *sq.* 3) *Nota eadem fere verba in narratione synodi Moguntinae, supra p.* 131, *l.* 18.

1073. Mart. bat effugium, rem consilio regis permisit, quatenus, prout ipse bonum et equum iudicaret, causam inter se et archiepiscopum terminaret. Diu igitur habita deliberatione in hanc tandem pactionem mediante rege abbas et archiepiscopus consenserunt, ut abbas in decem suis decimalibus aecclesiis duas partes decimarum, terciam archiepiscopus acciperet, in reliquis[a] vero eius[b] aecclesiis dimidia abbati, dimidia archiepiscopo contingeret[c]; ubi vero aecclesia decimalis propria archiepiscopi esset, tota illic ei decima cederet; preterea ut omnes dominicales[d] archiepiscopi curtes, in quacumque essent parrochia, ob omni penitus decimarum exactione immunes manerent. Sub iugum misso abbate Herveldensi, statim Turingi[e] omni spe adempta, eo quod in illius prudentia et eloquentia plurimum fiduciae sibi posuissent, non ultra restiterunt, sed decimas in reliquum absque retractatione dare professi sunt. Fuldensis abbas aliquantis postea diebus obstinatus in proposito perstitit. Sed cum nec regis gratiam recipere nec ad sua redeundi licentiam impetrare posset, nisi in communem sententiam concederet, tandem rerum difficultate superatus ad hanc conditionem non tam consilio quam imperio et metu regis coactus est, ut in cunctis decimalibus aecclesiis suis partem dimidiam decimarum ipse[b], dimidiam archiepiscopus acciperet, dominicales autem curtes suas sicut archiepiscopus omnes ab omni decimarum redditione liberas haberet. Tum[f] rex, sciens haut[g] bene placitura Romano pontifici quae gesta fuerant, sub interminatione gratiae suae utrique abbati precepit, ut neque per se ipsos neque per nuncium neque alio quovis modo pro insimulanda sinodo[h] apostolicam sedem interpellarent.

Atque ita[i] omnibus quae intenderat pro voluntate exactis, concitus Ratisponam contendit, sanctum pascha ibi celebraturus. Cumque in civitate Augusta[1] diem palmarum ageret, Rûdolfum[k] ducem Suevorum et alios
Mart. 24. quosdam[2], qui sinistrum aliquid contra rem publicam

a) relquis *B* 1[a]. b) *om.* *B* 2. c) contingere *B* 3[b]. d) decimales *B* 1[b]. e) Thur. *B* 1. 2. 3[b]. f) Tunc *B* 1[b]. g) haud *A* 1. *B* 2. h) syn. *A* 1. *B* 1. 3[b]. i) in *add.* *B* 2. k) Rudolfum *A* 1. *B* 1[a]; Rudolffum *B* 2.

1) *Immo Eihstatti, ut procul dubio recte habent Ann. Altah. p.* 85. *Cf. Kilian, 'Itinerar' p.* 57 *sq.* 2) *Berhtoldum ducem Carinthiae videlicet; Ann. Altah. p.* 85. *Quem Lamp. cogitate hoc loco omisisse videtur; cf. infra p.* 153.

moliri iam[a] pridem delati fuerant, in gratiam recepit. Dein[b] sanctum pascha, sicut instituerat, Ratisponae, pentecosten[c] in Augusta celebravit. 1073. *Mart.* 31. *Maii* 19.

*p. 194. *Alexander papa, qui et Anshelmus, decessit. Cui Romani protinus inconsulto rege successorem elegerunt Hildebrandum, virum[d] sacris litteris eruditissimum et in tota aecclesia tempore quoque priorum pontificum omni[e] virtutum genere celeberrimum. *(Apr. 21).* *(Apr. 22).* Is quoniam[f] zelo Dei ferventissimus erat, episcopi Galliarum protinus[g] grandi scrupulo permoveri ceperunt, ne vir vehementis ingenii et acris erga Deum fidei districtius eos pro negligentiis[h] suis quandoque discuteret. Atque ideo communibus omnes consiliis regem adorti[i] orabant, ut electionem, quae eius iniussu facta fuerat, irritam fore decerneret, asserentes, quod, nisi impetum hominis prevenire maturaret, malum hoc non in alium gravius[g] quam in ipsum regem redundaturum esset. Statim rex a latere[k] suo Eberhardum comitem misit, qui Romanos proceres conveniens, causam ab eis sciscitaretur, quare preter consuetudinem maiorum rege inconsulto Romanae aecclesiae pontificem ordinassent, ipsumque, si non idonee[l] satisfaceret, illicite[m] accepta dignitate abdicare se preciperet[1]. Is veniens Romam benigne a predicto viro susceptus est. Cumque illi mandata regis exposuisset, respondit se Deo teste honoris huius apicem nunquam per ambitionem affectasse, sed electum se a Romanis et violenter sibi impositam fuisse ecclesiastici regiminis necessitatem; cogi tamen nullo modo potuisse, ut ordinari se permitteret, donec in electionem suam tam regem quam principes Teutonici regni consensisse[n] certa legatione cognosceret; hac ratione distulisse adhuc ordinationem suam et sine dubio dilaturum, donec sibi voluntatem regis certus inde veniens nuncius intimaret. Hoc

a) del. iam pr. *B* 2. b) Deinde *B* 1b. c) penthec. *B* 2. d) *om.* *B* 1. 2. e) omnium *B* 1. f) quomodo *A* 1. g) *om.* *B* 1b. h) negligentissis actibus *B* 2. i) adorsi *B* 1. 2; *cf. p.* 159, *n.* g. k) rex altare *B* 1a. l) yd. *B* 1b. 2. m) illcite *B* 1b. n) consenssisse *B* 2.

1) *Minime. Perperam ac perverse haec narrata sunt. Cf. Bonizo VII, Libelli I, p.* 601: rex ilico misit Gregorium Vercellensem episcopum, Italici regni cancellarium, qui eius electionem firmaret et eius interesset consecrationi. *Cf. Wido Ferrar., ib. p.* 557 *sq. Eberhardus de Nellenburg alia legatione ad papam functus esse videtur, nescio an regis epistolam famosam (Gregorii VII. Reg. I, 29a) Romam tulerit. Hunc locum de ordinatione Hildebrandi iuste perstrinxit L. de Ranke, 'Werke' LI, p.* 136 *sq.*

1073. ubi regi est renunciatum, libenter suscepit satisfactionem et laetissimo suffragio, ut ordinaretur, mandavit; quod et
1074. *Febr. 2.* factum est anno sequente in purificatione sanctae Mariae[1].

1073. Interea[a] hi qui in castellis supra memoratis erant graviter nimis imminebant populo[b] Saxoniae et Turingiae[c]. Omnia quae in villis et agris erant in dies eruptione facta diripiebant, tributa et vectigalia silvarum et camporum importabilia[d] exigebant et plerumque sub pretextu decimarum totos simul greges abigebant[2]. Ipsos provinciales et plerosque ex his honesto loco natos et re familiari florentissimos vilium mancipiorum ritu servire[e] sibi cogebant[3]. Filias eorum et uxores consciis et pene aspicientibus maritis violabant. Nonnullas etiam vi[f] in castella sua raptas et, quanto tempore libido suggessisset, impudicissime habitas ad ultimum maritis cum ignominiosa exprobratione remittebant[g. 4]. Quorum si quis inter tanta mala suspirare et internum animi dolorem levi saltem querimonia solari atque evaporare ausus fuisset, statim, velut qui gravem iniuriam regi fecisset, in vincula coniciebatur[h], nec inde exire poterat, nisi tocius suppellectilis suae distractione vitam salutemque suam redemisset[i]. Cumque ex omnibus locis catervatim quottidie[k] pro his regiam maiestatem interpellarent, quae unicum antehac omnibus afflictis refugium esse consueverat, cum gravi contumelia reiciebantur[5], dicente rege ista eos[l] pro iniusta decimarum retentione[m] pati[6], seque[n] tamquam vindicem causae Dei necessario armata manu eos cohercere[o], qui legibus ecclesiasticis sponte nollent adquiescere[p]. Itaque videns rex omnes circumquaque manentes metu attonitos et ad suscipien-

a) *haec* — remittebant (*l.* 16) *habet* *B* 3[b]. b) populos *B* 1[b]. c) Thur. *B* 1. 2. 3[b]. d) importibilia *B* 2; inport. *B* 1[b]. e) *in marg. suppl.* *B* 3[b]; sibi serv. *B* 2. f) *om.* *B* 1[b]. 2. g) remitebant *A* 1. h) conicieb. *B* 2. i) redemisse *B* 1[a]. k) quotidie *A* 1. *B* 1[b]. l) pati *iam h. l. add.* *B* 2. m) retentacione *B* 1; detentione *B* 2. n) se *B* 1[a]. o) coercere *A* 1. *B* 1. p) acq. *B* 1. 2.

1) *Minime, sed iam a.* 1073, *Iun.* 30. *Cf. Ranke l. l.* 2) *Cf. Carmen de b. Saxon. I,* 41—46; *Ann. Altah. p.* 85. 3) *Cf. supra p.* 141. 4) *Cf. Bruno c.* 16. 25; *epist. principum Saxoniae, ib. c.* 42; *Ann. S. Disib., SS. XVII, p.* 7. 5) *Ann. Altah. l. l.:* contumeliis affectus videbatur expelli. 6) *Quam ineptissimum dictum, non regis, sed Lamperti litem de decimis Thuringorum perverse his querimoniis Saxonum immiscentis. Nam de decimis ecclesiasticis (Thuringorum) hoc loco agi ex verbis sequentibus patet, ideoque etiam supra l.* 9. *non decimam regalem, sed ecclesiasticam Thuringorum auctorem in mente habuisse elucet, quod perperam negavit Waitz, 'DVG.' VIII, p.* 387. *Recte interpretatus est et optime illustravit hunc locum Ausfeld p.* 74, *male decimam interpretante etiam H. Ulmann in 'Hist. Aufsätze dem Andenken von G. Waitz gewidmet' p.* 124.

das quascumque imposuisset condiciones pacientissimos, 1073.
magnum quiddam[a] et a nullo maiorum suorum antehac
temptatum machinari cepit, videlicet ut omnes Saxones
et Turingos[b] in servitutem redigeret et predia eorum
fisco publico adiceret[1]. Cavebat tamen, ne consilium
hoc inmature[c] vulgatum et effectu careret et principi-
bus regni iustae murmurationis occasionem preberet.
Itaque secreto[d] cum rege Danorum[2] colloquium facit[3] 1071.
et cum eo magna quadam parte Saxoniae, quae Utoni
marchioni pertinebat[4], paciscitur, ut in conficiendis rebus,
p. 195. quas animo agitabat[d], auxilio *sibi foret, et se Saxonibus
ex uno latere bellum inferente, ipse eos ex alio latere
adoriretur. Id ipsum aliis, qui Saxoniae[e] contigui erant, 1074.
regibus et gentibus iniungit[5].

Ubi satis adminiculorum visum est, cunctis regni 1073.
principibus expeditionem indixit in Polenos[f], id causae
pretendens, quod Boemos[g] contra vetitum suum[6] bello
impetissent et fines eorum ferro et igne infestassent.
Hanc, ut dixi, causam in promptu[h] habebat[i]. Caeterum[k], ut fama vulgacior postmodum loquebatur, sub occasione Polenorum[f] volebat in Saxoniam exercitum ducere et deletis usque ad internicionem Saxonibus loco eorum gentem Suevorum constituere[7]. Haec enim[l] illi gens erat acceptissima, et eorum plerosque obscuris et pene nullis maioribus[m] ortos amplissimis honoribus ex-

a) quoddam *B* 1[b]. b) Thur. *B* 1[a. c]. 2. c) imature *B* 1[a]. d) secrete *B* 2. d*) cogitabat *B* 1[b]. e) cont. erant Sax. *B* 2. f) Polon. *B* 1[c]. 2. g) Bohemos *B* 2. h) promtu *B* 1[a]. i) habebat *B* 2. k) Certum *B* 1. l) *om. B* 1[a], *ubi* illi *bis scr., sed alterum minio del.* m) *om. B* 1[a].

1) *Hoc insanum dictum illustravit Delbrück p.* 33—35. 2) *Suenone Estrithson.* 3) *Hoc colloquium in Bardowik prope Lüneburg a.* 1071. *media aestate habitum est; Adam Brem. III,* 59 *(cf. Kilian p.* 53*); Bruno c.* 20. *Quod hi de foedere regum icto dicunt inter hostes regis vulgatum fuisse videtur, sed quod Lampertus dicit, reges pactos esse, ut uterque Saxones a.* 1073. *invaderet, ipse procul dubio commentus est. Quod ut credi posset, cavit, ne diceret, quo tempore colloquium illud habitum sit, sed ita illud narravit, ut hoc tempore factum videretur. Revera in illo colloquio procul dubio de ecclesiae Hamburgensis iure metropolitano in Dania exercendo et propagando actum est, cum Adalbertus archiepiscopus illi interfuerit. Etiam contra Ordulfum ducem, inimicum Adalberti et Suenonis regis, quippe qui Magni regis, olim hostis huius, gener ac socius fuerit, aliquid reges tunc pactos esse, quod Adam dicit, credere posses.* 4) *Ditmarsiam interpretatur Dehio l. l. I, p.* 275. 5) *Idem regem a.* 1074. *fecisse minus inepte quam Lampertus fabulatur Bruno c.* 36. 6) *Cf. a.* 1071, *supra p.* 132. 7) *Infra p.* 151. *patet ipsos Saxones in expeditionem Polonicam evocatos esse et eos credidisse hoc bellum revera suscipiendum esse. Quo iam haec eluduntur. Cf. p.* 156 *sq.*

1073. tulerat et primos in palacio fecerat, et ad eorum nutum cuncta regni negocia disponebantur. Quae res eum[a] valde exosum invisumque principibus reddiderat; et eorum plerique indignitatem rei non ferentes, nisi pro responso necessario evocati, in totum palacio abstinebant. Igitur exercitum suum in expeditionem adunari *Aug. 22.* constituit septimo die post assumptionem[b] sanctae Dei genitricis Mariae. Qua expectatione suspensis et intentis omnibus, ipse iam[c] ferocius[d] solito atque infestius agebat, posthabitis principibus, solos circa se Suevos assidue[e] habebat, ex his[f] sibi auricularios a secretis, ex his tam familiarium quam puplicorum[g] negociorum procuratores instituebat. Tum[h] Saxones omnes servilis[i] condicionis esse crebro sermone usurpabat[1], nonnullos etiam ex eis missis nunciis obiurgabat, cur sibi iuxta condicionem natalium suorum, ut ipso verbo utar, serviliter non servirent[2] nec de[k] reditibus[l] suis fiscalia sibi obsequia impenderent. Contradicentes, quasi qui[f] maiestatem regiam violassent, totis regni viribus persequi et de regno proturbare[m] minabatur.

His atque huiusmodi indiciis principes Saxoniae malum, quod cervicibus suis impendebat, animadverterunt[n], statimque graviter ancipiti periculo permoti clandestina[o] conventicula crebro faciebant[3] et se vicissim, quid facto opus esset, in medium consulere hortabantur. Una omnium voluntas, eadem erat sententia, eamque dato et accepto vicissim sacramento confirmabant, malle se mori atque extrema omnia prius[p] experiri quam acceptam a parentibus libertatem per dedecus amittere. Huius coniurationis auctores ac signiferi quidam erant Bucco Halberstatensis[q] episcopus, Otto dux quondam Baioariae atque[p] Herimannus[r] frater Ottonis Saxonici ducis, qui superiore anno decesserat[4]. Sed Bucco, licet frequentibus iniuriis a rege lacessitus fuisset, tamen, quia vir eximiae sanctitatis erat et optimae in aecclesia Dei existimationis, credi nullo modo potest aliter in

a) cum *B* 1. b) assumpcionis *B* 1b. c) *om.* *B* 1b. d) ferocis *B* 1a. e) assiduo *A* 1; assidue se *B* 1a, *ubi* ssidue *eadem manu in loco raso scr.* f) *om.* *B* 1a. g) *sic* *B* 1b *et Vita Lulli ter;* publicorum *A* 1. *B* 2; publico *B* 1a. h) Tunc *B* 1b. i) *om.* *B* 1, *in marg. post* esse *suppl.* *B* 2, *ubi* ilis *abscisum.* k) *om.* *B* 1a. 2. l) redditibus *h. l.* *B* 1. 2. m) perturbare *B* 1b. n) animadvertere *B* 1b. o) clamdest. *B* 1c. 2. p) *om.* *B* 2. q) Halbestat. *B* 1a. r) Heremannus *B* 2; Hermannus *B* 1b *h. l.*; Hermanus *B* 1c.

1) *Cf. Ann. S. Disibodi a.* 1075, *SS. XVII, p.* 6. 2) *Cf. epist. principum Saxoniae, Bruno c.* 42: qui nos aut serviliter sibi servire compellerent. 3) *Ann. Altah. p.* 85: crebra conventicula faciebant; *quibuscum etiam sequentia notabili modo conveniunt.* 4) *A.* 1072, *Mart.* 28.

hanc audaciam prorupisse nisi zelo Dei et sola communis[a] commodi racione. Caeteri duo preter publicam gentis suae causam etiam privato odio iam pridem a rege desciverant propter Magnum Ottonis ducis Saxonici filium, quem rex in deditionem acceptum iam per biennium in custodia tenebat[1]. Huic veniam admissi non alias impetrare poterant, nisi ducatu et aliis, quae sibi ex defunctis[b] parentibus hereditario iure competebant, inperpetuum se abdicaret. Quod ille nulla racione[c] se facturum protestabatur[d], etiamsi sibi quicquid aetatis reliquum esset in custodia et in vinculis exigendum, etiamsi per omnes cruciatus et per omnia suppliciorum genera anima ponenda esset. Cumque nihil[e] supplicando, nihil pecuniam atque infinita predia offerendo, nihil sua uterque[f] erga ipsum regem atque erga rem publicam multa sepe bene merita commemorando proficerent, ad ultimum Otto dux quondam Baioariae seipsum regi optulit[g] quamdiu vellet in vinculis habendum et omnia sua, tamquam priori conventione nihil actum esset, pro arbitratu suo distribuenda, dummodo propinquum suum, qui solo suarum partium studio in eam calamitatem devenerat, deditione absolveret. Ad haec fertur rex atrox nimis dedisse responsum: Ipsum et omnia quae ipsius essent iam pridem deditionis iure in potestatem *regiam cessisse, nec eum[h] obiecto quon-
*p. 196. dam crimine adhuc ita purgatum, ut sui vel[i] suarum rerum iure gentium traditionem ullam liberam haberet. Ea vox acerbe prolata acerbius est accepta magnumque odii seminarium irarumque fomitem ministravit.

1073.

His auctoribus orta sedicio ita brevi totum Saxoniae populum quasi rabie quadam infecit, ut omnis dignitas, omnis condicio, omnis aetas, quae modo faciendis stipendiis idonea[k] foret, uno animo, pari voluntate ad arma conclamaret et se sub sacramento promitteret aut obstinate morituros aut gentem suam in libertatem vindicaturos[l. 2]. Erant in ea coniuratione principes isti: Wezel Magadaburgensis[m] archiepiscopus[n], Bucco Halber-

a) criminis *B 1a*. b) *om. B 1a*. c) se rac. *B 2*. d) protestebatur *B 1a*. e) erga ipsum regem *add. B 1b ex seq.* f) utrique *B 1. 2*. g) obt. *A 1. B 1b. 2*. h) cum *A 1. B 1b*. i) ut simul *B 1*. k) yd. *B 2*. l) vendic. *B 1a. 2*. m) Magdeb. *B 1c. 2*. n) eps *B 1a-c*.

1) *Cf. supra p.* 127; *Bruno c.* 19. 2) *Nota, quod Lamp. infra ad a.* 1076. *(SS. V, p.* 250*) quasi necessitate coactus dixit, vulgus Saxonum callidis principum exhortationibus ad arma capienda concitatum esse. Quod Bruno c.* 24—26. *testatur.*

1073. statensis[a] episcopus, Hecel[b] Hildenesheimensis[c] episcopus, Wernheri[d] Merseburgensis episcopus, Eilbertus[e] Mindensis episcopus, Immet Poderbrunnensis[f] episcopus, Friderich Mimigardefurdensis[g] episcopus[1], Benno Misinensis[h] episcopus, Otto dux quondam Baioariae, Uto marchio, Dedi marchio et omni marchione[i] animosior atque implacatior uxor eius Adela[k, 2], Egbertus marchio Turingorum[l], puer adhuc infra militares annos, Friderich palatinus comes[3], Diedericus[m] comes[4], Adelbertus comes[5], Otto comes, Cůnradus[n] comes, Heinricus[n*] comes[6]; tum vulgus promiscuum supra[o] LX milia erat, qui ad asserendam[p] libertatem patriae legesque tuendas promptissimo animo manus operamque suam promittebant. Et vere divinitus oblatam sibi esse[q] occasionem dicebant, qua iugum iniquissimae dominationis a cervicibus suis excuterent. Dux Saxoniae necdum aliquis constitutus[r] fuerat, quia, sicut supra memoratum est[7], dux Otto paulo ante humanis rebus excesserat, et filius eius[s] Magnus, cui ducatus legittima successione debebatur, adhuc in castello Hartesburg[t] deditus servabatur; et quia rex in bona eius inhiaverat, id prestolari putabatur, ut malorum pondere ac longae deditionis tedio fatigatus ultro iure suo cederet et ducatum cui rex[u] voluisset dandum permitteret[v]. Liemarus Premensis archiepiscopus, Eppo Citicensis episcopus et Benno Osenbruggensis[w] episcopus, quia in communem sententiam gentis suae concedere nolebant, de finibus Saxoniae effagati ad regem se contulerunt eique toto belli huius tempore individui comites adheserunt[8].

a) Halberstadeñ *B* 2. b) Hezel *A* 1. c) Hildenesheym. *B* 1a; Hildeʒenehmeñ *B* 2. d) Werenher Merspurgensis *A* 1. e) Eilberthus *A* 1; Cilbertus *B* 1a. c; Gilbertus *B* 2. f) Podenbrunn. *B* 1; podelbrunn. *B* 2. g) Mimegardefurd. *A* 1. h) Missenensis *B* 2. i) marchioni *B* 1a. k) adola *B* 2. l) Thur. *B* 1. 2. m) Dithericus *B* 2. n) Cunradus *A* 1. *B* 1a. 2; Conradus *B* 1b. c. n*) Henr. *B* 2. o) sup̄ *B* 1a. p) serendam *B* 2; afferandam *B* 1c. q) *om.* *B* 2. r) fuerat const. *B* 2. s) *om.* *B* 1a. t) Harttesburg *B* 2. u) vol. rex *B* 2. v) promitteret *B* 2. w) Ossenbruggen *B* 2.

1) *Hic frater Dedonis marchionis Lusatiae potius a parte regis stetit, certe non inter rebelles fuit, a.* 1073, *Aug. legatione regis ad Saxones functus est; Bruno c.* 27. 50. 51; *Berthold. (Ann. S. Blasii) a.* 1076, *SS. V, p.* 286. 2) *Cf. supra p.* 107. 3) *Saxoniae, frater Adalberti archiepiscopi Bremensis.* 4) *De Cadalenburg. Cf. infra a.* 1075. 5) *De Ballenstedt, qui iam a.* 1069. *cum Dedone marchione rebellaverat.* 6) *Omissus est Gebehardus comes de Supplingenburg, sane non infimus horum.* 7) *P.* 148 sq. 8) *Revera ex multis diplomatibus regis tempore belli datis (St.* 2768. 2769. 2770. 2771. 2772*) Liemarum et Epponem apud eum affuisse patet, in paucioribus (St.* 2768. 2769*) Benno occurrit. De Eppone rex ait in diplomate ei dato a.* 1074. *(St.* 2775*):* ob infati-

Igitur circiter[a] Kal. Augusti[1], adulta iam satisque 1073.
roborata coniuratione, legatos[2] mittunt ad[b] regem tum[c] *(Iun. 29).*
temporis[d] Goslariae constitutum, postulantes, ut expe- *(c. Iul. 1).*
ditio, quam in Polenos[e] instituerat, sibi remitteretur; se adversum acerrimos hostes Luticios[f] die ac nocte in procinctu atque in acie stare, et si paululum manus remittant, ilico[g] finibus suis insultantes adversarios et omnia cede atque incendio depopulantes aspicere. Ad horum vim arcendam vix sibi satis copiarum esse; proinde stultum fore, ut exteris ac longe positis gentibus arma inferant, qui domesticis ac pene intestinis sine intermissione bellis quatiantur. Preterea postulant, ut castella, quae ad eversionem Saxoniae per singulos montes colliculosque extruxerat[h], dirui iuberet; ut principibus Saxoniae, quibus sine legittima discussione bona sua ademerat, secundum principum suorum iurisdictionem satisfaceret; ut relicta interdum Saxonia, in qua iam a puero residens ocio atque ignavia pene emarcuisset, etiam alias regni sui partes inviseret[3]; ut vilissimos homines, quorum consilio seque remque publicam precipitem dedisset, de palacio eiceret[i] et regni negocia regni principibus, quibus ea competerent, curanda atque administranda permitteret[4]; ut abdicato grege concubinarum, quibus contra scita[k] canonum attrito frontis[l] rubore incubabat, reginam, quam sibi secundum ecclesiasticas traditiones thori sociam regnique consortem

a) circa kls *B* 2. b) ad r. *om. B* 1[a]. c) tunc *B* 1[b]. d) *om. B* 2. e) Polonos *B* 2. f) Luitticios *B* 2. g) illico *A* 1. *B* 2. h) *om. B* 2; exstr. *B* 1[a]. i) deijceret *B* 2. k) iura, *eadem manu superscr.* scita *B* 1[b]. l) fontis, *post corr.* frontis *B* 2.

gabile servitium Epponis episcopi, qui in omnibus nostris temptationibus precipue nobis bonus et fidelis extitit. 1) *Immo Iun. 29. legati Saxonum advenerunt; Ann. Altah. p. 85; Bruno c. 23. Lampertus leviter memoria lapsus* circiter Kal. Iulii *scribere debuisset. Qui has res male compertas habens ignoraverit etiam legatos aliquot dies expectasse, antequam ad regem admitterentur, id quod Ann. Altah. p. 85. tradunt, et versu Carm. de b. Saxon. I, 35:* Ut sunt ingressi, fuit et locus aptus agendi *confirmatur. Inde est quod Bruno c. 23. tradit festivitate (Iun. 29) celebrata, cum dies ad causas agendas statutus (Iun. 30) venisset, regem principes Saxones videre noluisse; qui tamen hanc legationem confudit cum adventu Saxonum ad Goslariam, quem Lamp. p. 153. narrat.* 2) *Tres fuerunt legati, quorum unus Meginfridus praefectus Magdeburgensis, teste Carm. de b. Saxon. I, 32—37. Alia Bruno c. 23. refert.* 3) *Non tam falsa et iniusta Saxones loqui potuissent, acsi rex nunquam e Saxonia egressus esset.* 4) *In hoc argumento consentiunt epist. principum Saxoniae, Bruno c. 42; Ann. Altah. a. 1072; Berthold. (Ann. S. Blasii) a. 1072; Ekkeh. a. 1068.*

1073. (c. Iul. 1). delegisset, coniugali loco haberet[a] et diligeret[1]; ut caetera flagiciorum probra, quibus dignitatem regiam adolescens infamaverat, nunc saltem maturato sensu *et aetate *p. 197. abdicaret[2]. Postremo per Deum rogant, ut iusta postulantibus sponte annueret nec sibi magni cuiusquam atque inusitati facinoris necessitatem imponeret. Si ita[b] faceret, se promptissimo animo ei sicut hactenus[c] servituros, eo tamen modo, quo ingenuos homines atque in libero imperio natos regi servire oporteret[3]. Sin autem, christianos se esse, nec velle hominis, qui fidem christianam capitalibus flagiciis prodidisset, communione maculari. Quodsi armis cogere instituisset, sibi quoque nec arma deesse nec militaris rei periciam. Sacramento 1. Cor. 14, 12. se ei fidem dixisse, sed si ad aedificationem, non ad destructionem aecclesiae Dei rex esse vellet; si iuste, si legittime, si more maiorum rebus moderaretur; si suum cuique ordinem, suam dignitatem, suas leges tutas inviolatasque manere pateretur. Sin ista prior ipse[d] temerasset, se iam sacramenti huius religione non teneri, sed quasi cum barbaro hoste et christiani nominis oppressore iustum deinceps bellum gesturos et, quoad ultima vitalis caloris scintilla superesset, pro aecclesia Dei, pro fide christiana, pro libertate etiam sua dimicaturos. Vehementer regem permovit haec legatio. Verum consiliariis eius dicentibus, quod ad primum belli terrorem tanti motus irarum deflagraturi essent, paululum resumpto spiritu, leviter et contemptim legatis respondit nihilque certi reportantes dimisit[1]. Quod ubi suis nunciarunt, atrox omnium mentibus ira incanduit, seque mutuo sermone, ut contemptum sui manu vindicarent, hortabantur[5]. 'Obstinatum', inquiunt, 'in malis ingenium, nisi acrior vis adhibeatur, emolliri non poterit[e], et nisi ad vivum propiusque medullas mucro adigatur, sensum doloris non admittet[f]'.

a) dil. et hab. *B* 2. b) Sita *B* 1a. c) actenus *B* 2. d) tem. ipse *corr.* i. t. *B* 1b. e) potc|terit *B* 1b. f) admittit *B* 2.

1) *Hoc legati a.* 1069. *vel antea postulare potuissent, non hoc anno. Sed Lamp. iis quae supra p.* 110, *l.* 31 *sq. perperam dixit hanc sibi querimoniam praeparavit.* 2) *Sane rex legatos e palatio eici iussisset, si talia ei obicere ausi essent.* 3) *Cf. Carmen de b. Saxon. I,* 49. 50. 4) *Ann. Altah. p.* 85: sine honore et certo responso regrediuntur. *Cf. Carmen I,* 51—60. 5) *Hoc factum est in magna contione Saxonum in villa Holcinesleve (sic cum Ann. Saxone p.* 699. *legendum est, cum codices recentes Brunonis hac in re nullius fere auctoritatis sint) habita, de qua Bruno c.* 24—26. *uberrima tradit.*

Igitur armati[a] instructique Goslariam contendunt, ibique[b] mediocri a villa intervallo castra locant[1]; statimque efferato animo in eum irruissent et ius suum non iam rethoricis[c] allegationibus, sed bellicis terroribus expostulassent, nisi Bucco Halberstatensis[d] episcopus et pauci admodum, qui sanum aliquid sapiebant[2], impetum tumultuantis turbae salubri moderatione inhibuissent. Rex accepto nuncio vicini iamque instantis periculi graviter mente consternatus propere in Hartesburc[e] se contulit eoque[f] secum regni insignia et thesaurorum suorum quantam in ea trepidatione potuit partem convexit. Erant tum[g] temporis cum eo Eppo Citicensis episcopus et Benno Osenbruggensis[h] episcopus, eorumque consilio et prius tranquilla et nunc turbata re publica omnia faciebat. Casu quoque nuper advenerat, nescio quid privatae[i] causae acturus in palacio, Bertoldus dux quondam Carentinorum. Huic rex quam sanctis obtestacionibus se purgabat, quod ducatum eius nulli alii tradidisset[3]; sed Marcwardum[k] privata presumptione fides alienos invasisse[k], nec ei quicquam de iure suo propterea[l] imminutum esse, si suo iniussu, sine consulto principum honores publicos homo ineptissimus temerasset. Ille licet haec ficta esse sciret et regis maliciam non tam voluntate quam fortunae violentia correctam[m] esse, tamen suscepit satisfactionem[4], promisitque[n] operam suam rei publicae utilitatibus nusquam[o] defuturam. Hunc itaque, quia vir[p] erat summae prudentiae et popularis eloquentiae, cum duobus[q] supra 1073. (Aug.)

a) *haec — convexit l. 12 habet B* 3b. b) ibi *B* 1a. c) rhetoricis *A* 1. d) halberstattensis *B* 2; halberst*s* *B* 3b. e) Hartesburg *A* 1. *B* 1b. 2. f) eo *q* (quod) *B* 1a. g) tunc *B* 1b. 2. h) Ossenbruggu *B* 2. i) *om. B* 2. k) Marcuuardus . . . inuasisset *A* 1: Marckwardꝭ *B* 2. l) *om. B* 1a. m) correcta *B* 1a. n) promisit *B* 1. 2. o) nuquam *B* 2. p) erat vir *B* 2. q) ducibus *B* 1b.

1) *E. Meyer l. l. p.* 24; *R. Wagemann, 'Die Sachsenkriege K. Heinrichs IV.' (Celle* 1882) *p.* 35; *Kilian p.* 59 *(sed cf. p.* 60, *n.* 4) *negant hoc verum esse, quod Lamp. narrat, regem Goslariae fuisse, cum Saxones advenirent, sed recte hoc relatum esse crediderim, ratus, id quod supra p.* 151, *n.* 1. *dixi, Brunonem res Iunio mense exeunte Goslariae gestas cum hoc adventu Saxonum confudisse, quippe quem de rebus tunc gestis falsa retulisse appareat. Verisimillimum est regem Saxonum adventu territum in castrum munitissimum Harzburg se recepisse, Saxones eum illuc secutos esse.* 2) *Bruno c.* 23: nisi Dedi marchio eorum furorem compesceret. 3) *Iure omnes fere hoc commentum Lamperti reiciunt. Berhtoldus iam Mart.* 24. *in gratiam regis receptus erat; cf. supra p.* 140. 144, *n.* 2. 4) *Lampertum tam callide quam malitiose regem calumniari patet ex n.* 3.

1073. *(Aug.)* memoratis episcopis[1] rex legatum misit ad Saxones. Ad quos cum venissent, rogabant eos per Deum, ut ab armis, quae, honesto licet nomine, pessimo tamen exemplo sumpsissent, mature discederent nec rem supra modum supraque vires suas temptarent, quae a caeteris regni principibus nimium improbanda foret, utpote quam nec sua nec maiorum suorum memoria unquam[a] gens ulla temptasset. Iustam eorum esse causam, quos summis sepe iniuriis regis inclementia ad haec extrema experienda coegisset[b], honori tamen suo magis consulendum quam iracundiae, et deferendum regiae maiestati, quae apud barbaras etiam[c] nationes semper tuta inviolataque fuisset[d]. Proinde remisso armorum strepitu, pacatis animis, sopitis simultatibus, tempus locumque constituerent, quo rex tocius regni principes evocaret, ut iuxta communem sententiam et obiecta purgaret et quae correctionis egere viderentur corrigeret. Ad haec illi[2]: 'Non eadem', inquiunt, 'caeteris regni principibus et nobis incumbit necessitas rebellionis. Caeteris enim gentibus vacatione data et pene feriatis omnibus, nos solos sibi peculiariter elegerat, quos secundum prophe-
Amos 1, 3. tae[e] elogium in plaustris ferreis[f] trituraret[g]; quorum regionibus post initum semel principatum nunquam excederet; quibus post erepta patrimonia libertatem *quo- *p. 1[illegible]8.*
que eriperet et natalibus omnium infamatis durissimae servitutis iugum iniceret[3]; ad quorum oppressionem singulis montibus colliculisque presidium imponeret, ut aquas nostras pecunia bibere et ligna nostra precio comparare cogeremur; quorum uxores et filias militibus suis publice libidinis victimas prostitueret[4]; quorum terram — quod omnium quae passi sumus gravissimum ducimus — inauditis adinventionibus[h] nec christiano ore nominandis criminibus incestaret. Si cum caeteris regni principibus haec nobis communis esset iniuria,

a) iniqua *B* 1a. b) coegissent *B* 1b. c) *om. B* 1. 2. d) *om. B* 1a. e) prophecie *B* 1a. f) consternatus *(prima vox f. 48. pro* ferreis*) B* 1a. g) *om. A* 1. 1a. h) inventionibus *B* 2.

1) *Minime, sed cum Friderico episcopo Monasteriensi, quem Lamp. inter rebelles fuisse supra p.* 150. *falso dixit, et Sigefrido capellano regis, ut Bruno c.* 27. *recte procul dubio dixit. Hos episcopos regis legatos fuisse Lamp. arbitratus est, cum eos paulo post cum rege Hersfeldiam venientes vidisset (infra p.* 156*).* 2) *Otto de Northeim teste Brunone c.* 27. *legatis respondit. Cum sequentibus confer querimonias Saxonum supra p.* 151 *sq. expositas.* 3) *Cf. Bruno c.* 17. 26. 4) *Cf. supra p.* 141. 146.

1073. (Aug.)

merito ad illorum cognitionem communemque audientiam nos reiceret. Nunc autem, cum nobis aut privata calamitate cadendum aut privata virtute iniuriis sit obviam eundum, nihil nostra interest super nostris miseriis aliorum expectare[a] sententiam. Quapropter, si eum malefactorum tandem aliquando piget penitetque, in argumentum non fictae penitentiae castella, quae in perniciem nostram extruxit, absque procrastinatione diruat, patrimonia nobis per vim seu per calumniam erepta restituat, postremo iusiurandum nobis[b] det, quod legittima genti nostrae a primis temporibus constituta nunquam deinceps infringere moliatur. Si hoc facit, licet sepe elusi, sepe *verbis pacificis in dolo* irrisi, tamen utcumque adhuc credimus bona pollicenti. Sin autem, omni dilatione relegata, nec expectatis[a] aliarum gentium aut aliorum principum decretis, iugum, quod cervicibus nostris impendet, excutere conabimur liberosque nostros nostra vel morte vel victoria in libertatem asseremus'. In haec verba legatos dimiserunt. Qui iterum missi iterumque remissi in eadem eos sententia obstinatos invenerunt. Itaque omnes vias, per quas descensus esse poterat de castello, adhibitis custodibus observari statuerunt, summa ope id precavendum estimantes, ne[c] qua ei copia fieret effugiendi et in alias regni partes bellum transferendi. Et profecto, si id rite curassent, facili dispendio et paucis admodum diebus res conficeretur, quae postmodum tanto tempore tracta in extremum pene discrimen cunctas regni provincias attraxerat. Neque hoc ipsum regem latebat. Idcirco modis omnibus intentus agebat, qualiter hostium custodias falleret[d] et de angustiis Saxoniae in latissimam regni aream bellum traiceret, maximeque ad episcopos Rheni[e], quos sibi ob crebra sua merita fidos firmosque in adversis fore sperabat.

1. Mach. 7,10.

Castellum[f] in altissimo colle situm erat et uno tantum itinere ipsoque difficillimo[g] adiri poterat. Cetera montis latera vastissima silva inumbrabat, quae exinde per multa milia passuum continua vastitate in latum extenditur usque ad confinium Turingiae[h], et ideo[i] nulla obsidentium diligentia conclusis egressum[k] vel ingressum eripere poterat. Rex collato cum suis

a) exsp. *B* 2. b) *om.* *B* 1. 2. c) nec *B* 1b. d) *om.* *B* 1b. e) Reni *B* 2. f) *haec — p.* 156, *l.* 25. *habet* *B* 3b. g) difficilimo *B* 1b. h) Thur. *B* 1. 2. 3b. i) ide *B* 1b. k) *bis scr.* *B* 1b.

1073. (Aug.) consilio frequentes ad eos legatos mittebat, pacem postulans[a] et omnium quae illos[b] offenderant emendationem pollicens. In quam[c] actionem intentis suspensisque omnibus et iam[d] propter res bene gestas inmatura secu- *Aug. 9.* ritate torpentibus, nocte quadam[1], cum nihil minus suspicarentur, ipse Bertoldum ducem et duos supra memoratos episcopos et alios plerosque familiares suos secum assumpsit, et premissis ante se in sarcinis regni insignibus et quanta tempus et res patiebantur parte thesaurorum, clam egressus est de castello, dato negocio his qui intus remanebant, ut postera die quanta possent arte presentiam sui simularent et hostium animos a sus- *Aug. 9—11.* picionibus fugae suae avocarent. Triduo per vastissimam silvam ieiuni, ut fertur[e], gradiebantur angustissimo et paucis antehac comperto tramite, quem venator quidam, dux itineris, dum[f] venandi studio sollertius[g] silvarum abdita rimaretur, deprehenderat, undique circumspectantes gladium et[h] ad quemlibet perstrepentis aurae sonitum incursus hostium iamque iugulo incumbentem *Aug. 12.* interitum formidantes[2]. Quarto die inedia, vigiliis ac longi[i] itineris labore usque ad extremam lassitudinem confecti[k] Eschenewege[l] pervenerunt. Ubi cibo somno- *Aug. 13.* que paulumum recreati, postero die, id est[m] Idibus Augusti, cum iam miles frequentior ad regem confluere cepis- *Aug. 14—17.* set, Herveldiam contenderunt. Quatuor deinceps diebus ibidem commoratus est, operiens exercitum, quem in expeditionem contra Polenos[n] de toto regno suo evocaverat.

Aug. 22. Iam enim dies instabat, quem coadunando militi constituerat[3]. Adelbero Wirciburgensis[o] *episcopus et Herimannus[p] Babenbergensis episcopus et alii plerique *p. 199. principes, qui ad miliciam proficiscentes in vicina[q] loca iam devenerant[r], audito quod acciderat, propere ad

a) *om.* *B* 1[b]. b) illum *B* 1[b]. c) qua *B* 1[a]. d) omn. eciam *B* 1. e) ferunt *A* 1. 1[a]. f) qui *B* 1. 2. 3[b]. g) solertius *A* 1. h) *om.* *B* 1[a]. i) longo *P.* k) confectis *B* 1[a]. l) Eskenewege *B* 3[b]. m) id est *om.* *A* 1; idē *B* 1[a]. 3[b]. n) polonos *B* 2. o) Wircebergensis *A* 1; Wirciburgen̄ *B* 2. p) Hermannus *B* 2. q) vicinia *B* 1[b]. r) aduenerant *B* 1[a].

1) *Ann. Yburg., SS. XVI, p.* 436: Fuga regis de Hartesburg in natali sancti Laurentii *(Aug.* 10*)*; V. Idus Augusti *(Aug.* 9*) Ann. Saxo p.* 700. *Cf. Scheffer-Boichorst, Ann. Patherbrunn. p.* 95. *Cum aliis locis pauca ex Lamperti Ann. in Ann. Patherbrunn. exscripta fuisse mihi persuasum sit, nescio an etiam hoc loco dies fugae ex hoc loco Lamperti ibi computatus fuerit.* 2) *Ottonem de Northeim ei in itinere insidias tetendisse referunt Ann. Altah.* 3) *Cf. supra p.* 148, *l.* 7.

regem adhuc Herveldiae constitutum concurrerunt. Růdolfus[a] dux Suevorum cum episcopis Rheni[b], Sueviae atque Baioariae circa Mogontiam castris positis nuncium regis prestolabatur, per quem certius edoceretur, quonam in loco ei occurrere deberet. Audierat[c] enim eum ab hac expeditione ad alia regni negocia animum revocasse, sed quaenam mutandae sententiae necessitas repente incidisset, certo non compererat[d]. Plerique tamen iactitabant eum coniurationis huius conscium participemque extitisse, ideoque tam lento gradu ad miliciam procedere, ne aut regi in tanto discrimine contra propositum suum pudore victus auxilium preberet, aut, si negaret, defectionem suam consiliumque immature prodere cogeretur[1]. Rex itaque missis nunciis mandavit, ut tam ipse quam caeteri qui cum eo erant principes citato quantum possent itinere sibi occurrerent in villa quae dicitur Capella[e] haut[f] procul ab Herveldia. Quo cum venissent, pedibus eorum provolutus orabat per respectum Dei, sub cuius testificatione sibi fidem dixissent, ut super infelicibus eventis[g] suis misererentur pariter et indignarentur; communia ipsorum beneficia prerepta sibi esse paucorum malignitate, qui immemores iurisiurandi, immemores beneficiorum, quibus eos sepenumero et privatim et publice sibi obligasset, cum regno etiam vitam sibi eripuissent, nisi fugae presidio periculum declinasset; violatae regiae maiestatis iniuriam non ad se solum pertinere, publicam esse contumeliam omnium eorum, qui se regem creassent, et quorum auxilio ab improbis hominibus tutus esse debuisset. Proinde omnes pro virili portione satagerent[h], ne regia dignitas, quam a maioribus suis honestissimam atque preclarissimam acceperant, sua ignavia fuscaretur[i], neve[k] tam pessimum exemplum suorum temporum ad posteros suos inultum transmitterent. Haec[l] memorando tam deformitate casuum suorum quam miserabilis querimoniae prosecutione omnibus qui aderant lacrimas excussit. Erant qui censerent, quoniam[m] in expeditionem contra Polenos[n] armati instructique venissent, ut protinus in Saxoniam exercitus duceretur, et recentis contumeliae vulnus recentis vindictae antidoto curaretur. Alii decernebant non esse

1073. *Aug.*

a) Rud. *A* 1. *B* 1a. 2. b) Reni. Swenic *B* 2. c) Auderat *B* 1b. d) comperat *B* 1b. e) cappella *B* 2. f) haud *A* 1. *B* 2. g) eventibus *B* 1b. h) sathag. *B* 2 *semper*. i) frustaretur *B* 1. 2. k) ne *B* 2. l) Hoc *B* 2. m) quomodo *A* 1. 1a. n) polonos *B* 2.

1) *Cf. quae Bruno c.* 17. *de foedere inter Sueros et Saxones facto narrat.*

1073. (Aug.) rem precipitanter adgrediendam[a]; gentem Saxonum esse robustissimam et bellorum usu propter ingenitam feritatem exercitatissimam, quae insuper frequentibus iniuriis efferata, ruptis iam omnibus iuris et legum retinaculis[b], aut mori aut vincere sit obstinata. Propterea dandas sibi esse inducias[c], quibus domum redeant, copias instruant, impensas augeant, ut multiplicatis sumptibus ad protrahendum in quaslibet moras bellum durare valeant. Horum sententia ab omnibus comprobata[d], de-
Oct. 6. crevit rex, ut septimo die post festum sancti Michaelis[e] miles in expeditionem adunaretur[f] in villa Herveldensis monasterii quae dicitur Bredingen. Ita assumptis secum qui advenerant principibus abiit Triburiam et caetera circa Rhenum[g] loca[1] invisere. Missis etiam circumquaque nunciis obnixe non solum principibus, sed et popularibus, ne a se deficerent, supplicabat[2], multa largiendo[h], plura pollicendo, nonnullis etiam sua restituendo, quae superioribus annis, dum prosperis successibus inmoderatius indulgeret, per calumniam abstulerat.

Saxones[i] comperto, quod elusis custodibus suis rex in alias regni partes evasisset, vehementer sunt contristati[k], arbitrantes, id quod res exigebat, nihil sibi deinceps ocii aut remissi habendum, nec[l] pestem hanc ut hactenus intra[m] domesticos parietes cohibendam, sed revelata facie bellum publicum cum hoste publico gerendum; ideoque sibi expedire, ut quantascumque possent gentes et regna adversus regem concitarent. Protinus legatos miserunt ad Turingos[n] auxilium petere et rogare, ut ipsi pro sua quoque *libertate et frequentibus contu- *p. 200.
meliis, quibus lacessiti fuerant, arma sumere[o] non pigritarentur. Turingi[n], celeberrimo conventu habito in loco qui dicitur Triteburc[p], ubi legationem Saxonum audierunt, promptissime assensi sunt, nec ulla unquam legatio laetioribus acclamationibus[q] excepta[r] est. Nec mora iusiurandum dant nusquam se defuturos negocio, communem sibi esse cum eis rebellandi necessitatem, et ideo commune periculum; communem etiam, si Deus annue-

a) aggr. *B* 1. 2. b) recinaculis *B* 1a. c) *om.* *A* 1. 1a. d) ita *add.* *B* 2. e) michah' *B* 1a. f) uniretur, *corr. eadem manu* adunaretur *B* 2. g) Renum *B* 2. h) lar| *B* 1b. i) *haec* — moliturum (*p.* 159, *l.* 18) *habet* *B* 3b. k) tristati *B* 2. l) ne *B* 1. 2. 3b. m) inter *B* 1b. n) Thur. *B* 1. 2. 3b. o) sūnere *B* 2. p) Treteburc *B* 2. q) adclam. *A* 1. r) accepta, *eadem manu superscr.* ex *B* 1b.

1) *Wormatiam Berthold. (Ann. S. Blasii), SS. V, p.* 276. *falso hoc loco nominasse videtur; cf. infra p.* 169, *n.* 1. 2) *Cf. Bruno c.* 30.

ret, victoriam futuram, seque usque ad extremum spiritum pro communi utilitate dimicaturos[1]. Denunciant preterea abbati Fuldensi et abbati Herveldensi et caeteris principibus, qui in Turingia[a] prediorum aliquid haberent, ut ad ferendum genti suae auxilium die statuto coniuraturi venirent[2]; ni[b] id facerent, se bona eorum protinus omnia direpturos. Legati etiam regis supervenerunt ingentia eis beneficia pollicentes, si fędus Saxonum bellique societatem respuerent. Sed cum gravi contumelia sunt repulsi, in tantum ut[c] nec manibus in eos furor populi temperasset, nisi paucorum sapientium[d] moderatio propter ius gentium, quo legatis est deferendum, intercessisset[e]. Archiepiscopus Mogontinus Erphesfurd[f] eo tempore morabatur. Hunc adorti[g] in communem sententiam concedere urgebant nec prius regionibus illis excedere passi sunt, donec datis obsidibus fidem suam firmaret, nihil se adversum[g*] eos armis aut consilio moliturum; quamquam nonnulli existimarent tam eum quam archiepiscopum Coloniensem et alios plerosque Rheni[h] principes iam a principio coniurationis huius conscios[i] participesque extitisse[3]. Id tamen, dum incertus adhuc rerum eventus pendebat, summa ope dissimulabant. 1073. (Aug.)

Igitur quoniam in exteras gentes regem persequi consilium non erat, omnem operam suam ad expugnanda castella eius verterunt. Haec autem sunt[k] castella, quae ipse, postquam pater eius decesserat, extruxit, quae tamen ad presens memoriae occurrunt[l]: Hartesburg[m], Wigantestein[n], Moseburg, Sassenstein, Spatenberg, Heimenburg[o], Asenberg. Vokenroht[p] Friderici palatini comitis fuerat, idque ei rex quadam legum violentia eripuerat[4],

a) Thur. *B* 1. 2. 3b. b) nisi *B* 1. 2. 3b; *cf. infra p.* 160, *l.* 21. c) ꝙ (quod), *eadem manu superscr.* ut *B* 1b. d) sapientum *B* 1. 2. 3b. e) *om. B* 3b. f) *sic B* 1b. 3b; Erpesfurd *A* 1; erphesfurt *B* 1a; Erphesfurdt *B* 2. g) *sic A* 1. *B* 3b; adorsi *B* 1. 2, *ut supra p.* 145, *n.* h. g*) adversus *B* 1b. h) Reni *B* 2; princ. Rh. *B* 1a. i) participes consciosque *B* 2. k) sibi *B* 1a. l) occurrant *A* 1. m) Hartespurg *A* 1; Hartesburgk *B* 1b. n) Wigantenstein *A* 1; Wiganstein *B* 1a. c. o) *sic A* 1. *B* 1a. c *(luce clarius) et infra B* 3b; *in B* 1b *potius* Heimburg *quam* Henuburg, *in B* 2 Henneburg *scriptum videtur.* p) *sic h. l. A* 1; Vockenroth *B* 1a. b; Vockenroch *B* 1c; Volcenroth *B* 2 (*cf. p.* 59, *n.* 1); *infra bis* Vokeurot.

1) *Cf. Bruno c.* 28. 2) *Cf. praef. ad Lamperti Inst. Herv. (infra).* 3) *Cf. Bruno c.* 18; *Ekkeh. a.* 1072, *SS. VI, p.* 200; *Ann. Stad. a.* 1074, *SS. XVI, p.* 316; *Ann. S. Disibodi a.* 1075, *SS. XVII, p.* 7. *Infra p.* 178. *et SS. V, p.* 225. *Lamp. hoc iam certum affirmavit.* 4) *Cf. quae Bruno c.* 26. *narrat, Fridericum conquestum esse, quod ipsi beneficium quoddam abbatiae Hersfeldensis iussione regis ablatum sit. Quamvis Vokenrot inter possessiones monasterii Hersfeldensis non invenitur,*

(1072?) presidiumque suum imposuerat. Liuneburc[a] quoque, oppidum[b] maximum Ottonis ducis Saxonici, situm in confinio Saxonum et Luticiorum, occupaverat[1], militesque lectissimos cum Eberhardo filio Eberhardi comitis de Ellenburc[c] imposuerat, *non aliam ob rationem, nisi quod omnia quae predicti ducis fuerant in potestatem *p. 201. regiam iure deditionis per Magnum filium eius venisse argumentabatur. Alia preter haec quam plurima ex- 1073. truere aggressus fuerat, sed eum ab incepto repente oborta[d] bellorum tempestas revocavit.

Herimannus[e] frater ducis Saxonici iam pridem, antequam rex Saxonia effugaretur[2], Liuneburc[f] obsederat militesque regis, quoniam temere ingressi alimenta non habebant, paucis diebus ad deditionem coegit. Nec tamen dimittere victos aut punire volebat, sed intra oppidum diligenti custodia, ne effugerent, observatos Is. 30, 20. secundum prophetam[g] pane arto et aqua brevi sustentabat, mittensque ad regem mandavit, ut, si suos, qui obsidebantur, vivos incolumesque recipere vellet, Magnum fratris sui filium deditione absolveret sibique remitteret; ni id faceret, se de his tamquam de hostibus, qui fines alienos contra leges invasissent, iuxta leges gentis suae capitale supplicium sumpturum. Diu rex, quid ageret, ambigebat. Inhumanum scilicet fore sciebat, si suis extrema necessitate circumventis non consuleret. Sed reputabat econtra, quantum rationibus suis deperiret, si eum, de cuius interitu sibi tocius Saxoniae dominatum pollicitus fuerat, dimitteret suique compotem faceret, presertim cum propter recentes iniurias, quibus eum iam triennio[3] in custodia habitum afflixerat, gravius caeteris

a) Luineburc *A* 1; Luiniburc *B* 1a; Lunuburg *B* 1b; Luneburc *B* 1c; Luniburc *B* 2. b) opidum *B* 1c. 2 *saepe*. c) Ellenburg *B* 1b. *P*.; ellenburck *B* 1c. d) aborta *B* 1a. e) Hermannus *B* 2. f) Luineburc *A* 1. *B* 1a *h. l.*; Luineburg *B* 1b; Luneburg *B* 2. g) propheciam *B* 1a.

nescio an Lamp. et Bruno eandem rem dicant, ut Giesebrecht l. l. p. 166. *praesumpsit. Nam hoc castrum haud procul ab Hersfeldia situm fuisse infra p.* 174. *patet. (Itaque conicio illud situm fuisse in monte Meisner, ubi hodieque villa Vockerode. Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 190 *sq.) Quod si verum esset, sane notandum, quomodo hanc rem Lamp. narraverit.* 1) *A.* 1072. *mortuo Ottone duce (Mart.* 28*) et Magno filio eius in custodiam misso, ut ex Brunonis c.* 21. *elucere videtur. Cf. Wagemann l. l. p.* 19. 2) dum rex e finibus suis *(Herimanni)* fuisset egressus, *Bruno c.* 21. *Quo tempus indicari videtur, quo rex in Bawaria et Suevia moratus est, Mart.-Iun. a.* 1073. *Sed obstare videtur dies (Aug.* 15*) infra a Lamperto adnotatus.* 3) *Supra p.* 149, *l.* 6. *ipse Lamp. recte dixit* per biennium. *A.* 1071. *(mense Iunio, vide supra p.* 127, *n.* 1*) Magnus in custodiam missus est.*

omnibus[a] rem publicam vexaturus timeretur. Non paucis diebus[b] haec deliberatio eum incertum suspensumque tenebat. Et profecto vicisset avaricia, privatisque utilitatibus salutem militum posthabuisset, nisi principes regni, crebris legationibus fatigati ab his qui obsidebantur, unanimi consilio eum adorirentur et non tam supplicando quam comminando et terrendo ab sententia deducerent[1]. Itaque in assumptione sanctae Mariae, cum adhuc Herveldiae esset, misit qui Magnum custodiae exemptum suis restituerent et eos qui in predicto castello iamiam puniendi servabantur obsidione et periculo liberarent.

1073. — *Aug.* 15.

Turingi[c] quoque conglobata ex vicinis locis multitudine Heimenburc[d] castellum obsederunt[2] paucisque diebus vi et armis oppugnatum cęperunt atque succenderunt. Eos qui intus[e] erant, castello everso, dimiserunt impunitos, ut scilicet se probarent non hostili odio adversus regem arma sumpsisse, sed tantum ut iniurias, quibus regio eorum per calumniam opprimebatur, propulsarent[3]. Protinus alii castello quod Asenberc[f] dicebatur exercitum admoverunt, et quia propter difficultatem locorum militari manu capi posse desperabatur, castris circumquaque positis satagebant, ne cui ingrediendi vel egrediendi copia fieret, ut quos humana vis non poterat, alimentorum inopia expugnaret; haut[g] dubie scientes, quod cibaria, quantumvis copiose congesta, multitudini quae intus erat in longum tempus sufficere non possent.

Interea rex videns coniurationem magis magisque in dies convalescere copiasque hostium augeri, conterri-

a) *om. B* 2. b) *om. B* 1^b. c) Thur. *B* 1^b. 2. 3^b. d) *sic A* 1. *B* 1^a. 3^b *(luce clarius); incertum num* Heimenburc *an* Henneuburc *scriptum sit in B* 1^b; Henneburc *B* 2. e) intro *B* 1^a. f) *sic h. l. A* 1; Asenberg *B* 1. 2. 3^b. g) haud *A* 1. *B* 2.

1) *Cf. supra p.* 93, *n.* 2. *Bruno c.* 21. *nihil de principibus intercedentibus dicit.* 2) *Saxonum tria milia castrum Heimenburg obsedisse, deinde, cum hi victi essent, Fridericum comitem palatinum cum sex milibus accessisse ad castrum obsidendum accurate refert Carmen de b. Saxon. I,* 87—124. *Inter copias palatini comitis, cum eum possessiones in Thuringia habuisse constet, nec Heimenburg longe distet a finibus Thuringiae, Thuringos affuisse probabile est. Cf. quae exposui 'N. Archiv' XIX, fasc.* 2; *G. Waitz, Carmen de b. Saxon. p.* 31; *Saxones obsedisse Heimburg dicit etiam annalista Altah. p.* 86. 3) *Immo quia palatinus comes milites pecunia et promissis corruperat, ut castrum dederent, eos ex pacto abire permisit, ut poeta in Carm. I,* 90. 91. 125—138. *vere procul dubio narrat, qui eos animo irritato increpaverit.*

1073. Aug. tus etiam damno castellorum suorum, quorum alia iam capta, alia summo molimine oppugnari audiebat, rogavit Mogontinum[a] et Coloniensem archiepiscopos, ut Saxones convenirent et turbatis rebus aliquod remedium invenire conarentur. Qui dicto obtemperantes mandaverunt principibus Saxoniae, ut sibi in monasterio Cor- Aug. 24. beiensi[b] VIIII. Kalendas Septembris occurrerent de communi commodo tractaturis. Episcopus Coloniensis, casu nescio an per industriam remoratus, die statuto non venit; nuncios tamen misit, qui pro se causam dicerent, promittens omnibus, quae ipsi de suis reique publicae utilitatibus racionabiliter statuissent, se promptissime[c] assensurum et pro communi salute quantum posset operam daturum. Mogontinus archiepiscopus residens cum Saxonibus, qui occurrerant, sedulo nitebatur pacare eos[d] regique reconciliare. Sed illi econtra preter vulgatas ubique iniurias suas, quibus ab eo vehementer attriti fuerant, graves causas afferebant, quibus probarent eum sine magna christianae religionis iactura non posse ulterius regnare, ea scilicet in familiarissimos amicos, ea in uxorem, ea in sororem propriam, abbatissam de[e] Quidelenburc[f, 1], ea in alias personas naturae necessitate sibi coniunctissimas facinora patrasse[2], quae si secundum ecclesiasticas leges iudicarentur, et coniugium et miliciae cingulum et omnem prorsus seculi usum, quanto *magis regnum, abdicare censeretur. *p. 202. Longis itaque contentionibus ad hunc finem postremo[g] res deducta est, ut decernerent XII[h] ex sua gente, XII[h] ex parte regis obsides dari, quorum fide interposita ipsi tuto ad colloquium venire possent cum caeteris principibus regni, ut causae, quas adversus regem afferrent, eorum iudicio discuterentur et terminarentur, ipso rege, si ita expedire videretur, presente et crimina, quae obicerentur[i], si posset, refellente. Dandis accipiendisque obsidibus dies statutus est Idus Septembris infra Turingiam[k] in loco

a) Moguntinum *B* 1a. b) Corbiensi *B* 1b. c) proptissime *B* 1b. d) eosque regi conciliare *B* 1b. e) *deest B* 1a, *sillaba* (in?) *erasa*. f) Quidelinburg *B* 2. g) res postr. *B* 1b. 2. h) duodecim *B* 2. i) obcereijntur *A* 1. k) Thur. *B* 1. 2.

1) *Adalheidam.* 2) *Lampertus in mente habuit turpes rumores a Brunone c.* 6—14. *et Manegoldo, Libelli I, p.* 363. *narratos (cf. supra p.* 140, *l.* 22 *sq. p.* 154, *l.* 31 *sqq.). (Cf. Casus Petrishus. c.* 26. 31, *SS. XX, p.* 645 *sq.) Sed hi postea demum vulgati esse videntur; cf. Vita Heinrici IV. c.* 3; *Berthold. (Ann. S. Blasii) a.* 1075, *p.* 280; *Gregorii VII. epist., Jaffé, Bibl. II, p.* 538.

1073. qui dicitur Hoenburg. Habendo autem cum principibus colloquio dies statutus est XIII. Kal. Novembris in confinio Turingiae[a] et Hassiae in villa quae dicitur Gerstengen[b]. In hanc condicionem discessum est. Saxones tamen de apparatu belli et oppugnandis regis castellis nihil propterea remittebant. Cumque regi quae gesta fuerant nunciata fuissent, visum est his qui partes eius adiuvabant multum abhorrere a maiestate regia, ut ipse Saxonibus pro se obsides daret, nimiumque gravari nomen regium fedissimae condicionis iniuria. Quapropter Mogontinus et Coloniensis episcopi statuta die Hoenburg *Sept. 13.* profecti obtinuerunt[c], ut, omissis[d] ex utraque parte obsidibus, ipsi tantum pro pace[e] firmanda fidem suam interponerent et hoc pignore venturis ad colloquium principibus omnem periculi metum adimerent.

1074. Interea rex legatos misit ad Luticios, gentem Saxonibus infestissimam, eisque infinitam pecuniam promisit, ut Saxonibus bellum inferrent, asserens eos nunc intestinis simultatibus occupatos facili externorum bellorum impulsu posse usque ad internicionem[f] deleri[1]. Quod ubi Saxonibus compertum est, ipsi quoque nuncios ad eos miserunt et multo copiosiorem eis pecuniam promiserunt, ut ab infestatione sua tam iniquo tempore quiescerent; quod si[g] non facerent, ne inani opinione fallerentur[h], se utrique hosti, si ea necessitas incumbat, et multitudine et virtute militum posse sufficere. Barbarorum alii regis, alii Saxonum fedus pecuniamque suscipiendam[i] clamitabant. Unde orta per imperitae multitudinis intemperantiam sedicione, tanta se cede dilaniaverunt[k], ut multa milia hominum in ea congressione interfecta referantur. Atque ita deinceps multis diebus in se ipsos et in sua viscera hostili gladio debachantes externis bellis necessario supersedere cogebantur[2].

Rex quoque Danorum, memor firmatae iam pridem

a) Thur. *B* 1. 2. b) *sic h. l. omnes.* c) obtinuere *B* 1[b]. d) obmissis *B* 2. e) seruanda *add., sed del. B* 2. f) internecionem *B* 1[a] *h. l.*; internetionem *A* 1 *semper.* g) qdsi *B* 1[a]. h) fallerent *B* 1[b]. i) clam. susc. *B* 2. k) laniauerunt *A* 1. 1[a].

1) *A.* 1074. *regem commotum ecclesia Hartesburgensi contra pactum destructa Luticios contra Saxones evocasse scribit Bruno c.* 36, *non promissa pecunia, sed parte Saxoniae eis concessa, quantum expugnare possent. Si alteri horum aliquantulum fidei hac in re dandum est, certe Brunoni saniora narranti.* 2) *Iure hanc narrationem ineptam dicit E. Meyer l. l. p.* 26, *quam a Lamperto excogitatam esse mihi persuasum habeo. Cf. Bruno c.* 32. 36.

cum rege pactionis[1], cum exercitu navali applicuit ad Saxoniam, et tractis per longa terrarum spacia navibus in fluvium, qui administrando negocio oportunus videbatur[2], igne et ferro regionem infestare parabat. Sed miles eius vehementer detractabat[a] miliciam, obiciens, quod sibi, quotiens[b] externorum hostium incursionibus quaterentur, Saxones pro muro fuerint, nec ullis unquam, cum facultas suppeteret, lacessierint iniuriis; postremo si calamitatem, quae ad presens urgeret, quandoque propulsarent, graves pęnas iniustae huius infestationis a populo Danorum exacturos. Cum haec privatim et publice iactitarent, rex veritus, ne in eo discrimine a milite desertus ludibrio fieret hostibus, naves retrahi iussit et nulla regioni clade illata Saxonia excessit. Ita tantus ille bellici apparatus fervor impune deflagravit[3].

1073. *Oct. 20.* Principes Saxoniae XIII. Kal. Novembris iuxta condictum venerunt in Gerstengun[c] cum XIIII milibus armatis, caetera multitudine ad custodiam regionis atque in obsidione castellorum derelicta[4]. Aderant etiam[d] ex parte regis Mogontinus[e] archiepiscopus, Coloniensis[f] archiepiscopus, Mettensis[g] episcopus[5], Babenbergensis episcopus[6], Gozelo Lutheringorum[h] dux[i], Růdolfus[k]

a) detrectabat *B* 1. 2; *cf. supra p.* 100, *l.* 29. 106, *l.* 15 *et saepius.* b) quoties *A* 1 *semper;* quociens *B* 1 *semper.* c) Gerstengen *B* 1. 2. d) *om. B* 1. 2. e) Moguntiuus *B* 1a. f) Col. arch. *om. B* 1b. g) Metensis *B* 1a. 2. h) Lutthering. *A* 1. 1a; Lutering. *B* 2. i) et *B* 2. k) Rudolfus *A* 1; Rudolffus *B* 1a. 2.

1) *Cf. supra p.* 147. *A.* 1074. *Heinricum Suenonem regem* promissionis iuramento confirmatae *commemorasse Bruno c.* 36. *scribit. Sed cum foedus contra Saxones inter reges certe non factum sit, Heinricus illum de pacto appellare non potuit.* 2) *Reginonis chronico lecto didicit Lamp. Danos antiquos nares per fluvios sursum evexisse (a.* 888. 890*), nonnunquam* per siccum *traxisse, unde ineptissime dixit Danos naves* in fluvium *quendam (quem ignoravit!)* per longa terrarum spacia *traxisse.* 3) *Fabellam hanc esse ineptissimam nemo non videt praeter Wilhelmum de Giesebrecht, 'DKZ.' ed.* 5. *III, p.* 285. *Hoc tempore Sueno Estrithson non Saxones, sed Angliam invadere cogitabat, a.* 1075. *misit eo filium suum Knutonem cum* 200 *navibus, qui infecta re rediens ad Flandriam naves appulit. Cf. Ann. Anglosax., SS. XIII, p.* 116 *sq.; 'Two of the Saxon Chronicles' ed. John Earle (Oxford* 1865*) p.* 215*; Will. Malmesb., Hist. regum Angl.* § 261, *ed. Hardy p.* 437*; Freeman, 'Hist. of the Norman conquest' IV, p.* 585. *Non tam hac re Lampertum ad suam fabellam confingendam adductum quam eam pure commentum esse censere mallem. Cf. Delbrück p.* 77, *n.* 2. 4) *Etiam regius exercitus mense Oct. ineunte in territorio Hersfeldensi, haud procul a Gerstungen ex condicto (cf. supra p.* 158*) convenisse, sed mox dimissus esse videtur; cf. Carm. de b. Sax. II,* 1—5*; Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 276 : disposita . . . expeditione in Saxoniam. 5) *Herimannus.* 6) *Herimannus.*

Suevorum dux, Bertholdus[a] Carentinorum dux, missi a rege, ut causam, quam adversum se afferrent, discuterent. Ipse eo venire noluit, sed in civitate[b] Wirceburg[c] exitum rei prestolabatur[1], precavens scilicet, ne tumultuantis populi furor sua magis presentia efferatus aliquid forsitan in se, quod secus esset, admitteret. Igitur principes Saxoniae principum qui a rege venerant pedibus provoluti rogabant per Deum, ut ad ventilandam causam suam intenti cognitores et iusti iudices adessent nec perpenderent, quantum quamque[d] in re publica inusitatum opus aggressi essent, sed quae calamitas eos ad haec extrema coegisset. Accepta deinde dicendi *p. 203. copia suas singuli *iniurias exposuerunt, quae in ipsos singulos, quae etiam in gentem suam[e] rex nefanda facinora commisisset, quibus[f] preterea inauditis criminibus ipsam regii nominis maiestatem polluisset[2]. Obstupuerunt[g] principes qui a rege venerant, et pre immanitate scelerum secundum prophetam[h] tinniebant aures omnium, nec eos, quod pro libertate sua, pro coniugibus, pro liberis arma sumpsissent, sed quod intollerabiles[i] contumelias muliebri[k] pacientia tamdiu supportassent, culpandos censebant. Cumque toto triduo consilia contulissent[3] et, quid facto opus esset, communi sollicitudine perquirerent, haec postremo cunctis sententia convenit, ut reprobato rege alium, qui gubernando regno idoneus esset, eligerent[4]. Id tamen haut[l] temere publicari placuit, donec, rege[m] per occasionem pacis in remotiores partes regni abducto, cum caeteris regni principibus consilium hoc communicarent. Propter hoc vulgari iubent in plebem, in hanc sententiam utriusque partis principes

1073. Oct. 20. — Ier. 19, 3. — Oct. 20—22.

a) Bertoldus *B* 2. b) *om. B* 2. c) Wirczeburg *B* 2. d) quaque *A* 1. 1[a]. e) *om. B* 1. 2. f) quibus — polluisset *om. B* 1[b]. g) Obstupuere *B* 1[b]. h) propheciam *B* 1[a]. — tynn. *B* 2. i) intolerab. *A* 1. *B* 1[b]. k) mulibri *B* 1[b]. l) haud *A* 1. *B* 2. m) *om. B* 1[a].

1) *Herbipoli colloquium illud factum esse falso procul dubio tradit Berthold. (Ann. S. Blasii)* p. 276. 2) *Cf. supra* p. 162, *n.* 2. 3) *Cf.* p. 131, *n.* 2. 4) *Ridiculum est quod Lamp. narrat, cunctos principes praedictos, etiam igitur episcopum Babenbergensem, Gozelonem ducem, huiusmodi consilii participes fuisse (cf. Floto I, p.* 396*). Si quidem confers ea quae Carmen II,* 31. 42—44. *significat et Bruno c.* 17. 31. 35. *de pacto inter Suevos (i. e. Rudolfum ducem) et Saxones inito dicit, tunc ea quae infra de Regingero narrantur, aliquid perduellionis tunc actum esse a nonnullis principibus elucere videtur. Sed Lamperto nulla fides danda est in his quae hoc loco et infra* p. 168. *de Rudolfo rege eligendo profert, hoc commentus, ut iam tunc regem regno indignum a principibus iudicatum esse ostenderet. Cf. E. Meyer* p. 27 *sqq. O. Grund, 'Wahl Rudolfs v. Rheinfelden'* p. 32 *sqq. nimis credulus Lamperti commentis eradit.*

1073. Oct. ex. consensisse, ut Saxones regi pro admissa in eum atque in rem publicam temeritate[a] satisfactionem congruam proponerent, rex autem eis et facti impunitatem et iniuriarum, quibus ad defectionem eos coegisse insimulabatur, de caetero securitatem sub iureiurando promitteret[1]. His rebus conficiendis tempus statutum est in natale[b] Domini, rege eam[c] festivitatem Coloniae celebraturo[2]. Et profecto Růdolfum[d] ducem ibidem absque dilatione regem constituissent, nisi ille pertinaciter resistendo iuraret[3] nunquam se in hoc consensurum, nisi a cunctis principibus conventu habito, sine nota periurii, integra existimatione sua, id facere posse decerneretur.

Saxones in sua cum pace redierunt. Caeteri principes Wirceburc[e] profecti sunt[4], regi quae gesta fuerant nunciaturi. Qui protinus nihil hesitans pedibus, ut dici solet, in sententiam abiit[5], et dummodo pax conveniret, quascumque condiciones imposuissent, se promptissime
Nov. 1. laturum spopondit[f]. Celebrata ibidem omnium sanctorum festivitate, Ratisponam ire instituit, animadvertens, quod principes Rheni[g] aliquantula Saxonici furoris labe iam infecti minus minusque in dies[h] ad exhibenda sibi obsequia[i] devoti[k] ac benivoli essent. Cumque inter eundum aliquot diebus Nurenberg moraretur, quidam, qui lateri eius iam diu familiarissime obversatus fuerat[6], Regenger nomine, incertum aliorum instinctu an privato in eum odio suscitatus, repente prorupit in medium et ducibus Růdolfo[l] ac[m] Bertholdo grave adversus eum crimen detulit. 'Ego', inquit, 'et alii plerique, quos pessimae machinationis suae rex idoneos fore administros speraverat[n], nuper multis precibus magnisque pollicitationibus ab eo sollicitati sumus, ut, vobis ac caeteris regni principibus Wirceburg[o] convenientibus et secrecioris colloquii gratia paululum a multitudine remotis, armati in vos irrueremus et trucidatis sedicionis auctoribus ipsum periculo, rem publicam perturbatione[p] libe-

a) temeritatis *B* 2. b) *sic* *A* 1; natali *A* 1a; nat̄ *B* 1a; nativitatem *B* 1b. 2. c) ea *A* 1. d) Rudolfum *A* 1. *B* 1a; Rudolffum *B* 2. e) Wirceb' *B* 1a; Wirceburg *B* 1b; Wirczi-burg *B* 2. f) respondit *B* 2. g) Reni *B* 2. h) in dies *om.* *B* 1b. i) exh. colloquia *B* 2. k) deuota *B* 1a. l) Rudolfo *A* 1. *B* 1a; Rudolffo *B* 2. m) et *B* 1a. n) sperabat, *eadem manu superscr.* sperauerat *B* 1b. o) Wirczburg *B* 2. p) *om.* *B* 1b.

1) *Carmen II*, 37—41. *exacte indicat, quid principes decreverint.* 2) *Assentitur Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 276. 3) *Cf. supra p.* 93, *n.* 2. 4) *Ubi rex die Oct.* 27. *moratus est; St.* 2768. 2769. *Cf. Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 276. 5) *Cf. supra p.* 71, *n.* 1. 6) unus quidam de consiliariis regis *dicitur a Bertholdo (Ann. S. Blasii) p.* 276.

raremus. Et caeteri quidem satis impigre susceperunt negocium. Solus ego tam iusticiae respectu quam futuri iudicii metu detractabam[a] opus nefarium, et quantum obluctari obstinatae sententiae audebam, dehortari eum conabar a proposito. Quapropter[b] tanta in me incanduit indignatione, ut a contubernio suo, quo me hactenus caeteris[c] familiarius perfruitum optime nostis, protinus me amoveret et iugulandum apparitoribus suis obiecisset, nisi periculum imminens penetralibus propere[d] excedendo declinassem'. His dictis in argumentum fidei locum expressit, conscios nominavit, et si rex inficiaretur, paratum se ait cum ipso, si id leges paterentur, vel cum quovis homine conserta manu rem divino iudicio committere. Vehementer haec verba permoverunt predictos duces, cum esset is qui deferebat homo[e] haut[f] obscuri nominis in palacio et apud suos inviolatae existimationis. Preterea ea res potissimum dictis fidem conciliabat, quod rex et aliis quibusdam principibus suis simili modo necem paravisse[1] et plerosque ex familiaribus suis etiam occidisse iam pridem infamatus fuerat[2]. Itaque legatos ad eum mittunt mandantque se iam nulla religione teneri sacramenti, quo ei fidem subiectionemque firmassent, cum ipse prior fidem prodidisset et de salute sua tractantibus insidias machinatus fuisset. Proinde, nisi obiecta diluisset, nullam deinceps a se vel in tranquillis rebus fidem vel in perturbatis auxilium sperare debere. Aegre nimis id passus rex statim ad populum retulit de importunitate Růdolfi[g] ducis, qui ut invadendi regni occasionem inveniret, cum verum sibi crimen impingere non posset, falsis suspicionibus et arte compositis *rumoribus impeteret[h] et obruere conaretur[i] innocentiam suam. 'Sed procul', ait, 'facessant verborum pugnae, cessent callida[i] argumentorum phantas-

1073. (Nov.)

*p. 204.

a) detra (custos paginae) detrectabam A 1; detrect. B 1, 2; cf. supra p. 164, n. a. b) Quappter B 1a. c) om. B 2. d) propie B 1a. e) deo B 1a. f) haud A 1. B 2. g) Rudolfi A 1. B 1a. 2. h) impetraret B 1b. l) niteretur B 2. k) calida B 1a.

1) *Nemo calumniatorum regis, neque ipse Lampertus, quidquam eiusmodi protulerunt. Ea enim quae Bruno c.* 57. 60. 61. *de nece Rudolfo, Bertholdo, Ottoni a rege parata fabulatur, demum a.* 1075. *et* 1076. *facta esse dixit. His de rumoribus turpibus quidem Lamp. quaedam audivisse videtur, qui licet narrationem Regingeri fictam esse sibi persuasum haberet, nec tamen facere potuit, quin eam in odium regis verteret (cf. Delbrück p.* 38*). Eo callidior et acutior Bruno eam silere maluit.* 2) *Cf. Bruno c.* 10—14.

1073. (Nov.) mata[a]! Ego non verbis, sed manu mea refellam mendacium, et neglecta interim regii nominis maiestate, cum ipso duce Růdolfo[b] congressus detegam cuniculos fictae huius criminationis, qua maliciam suam palliare conatur, ut, si regnum amisero, non mea culpa, sed per illius subplantationem[c] periuriumque intelligar amisisse'. Tunc[d] Udalricus de Cosheim, unus ex his qui consilii participes et sceleris administri destinati fuisse accusabantur, lenibus verbis dolorem regis mitigare studebat rogabatque eum, ne aliquid, quod infra regiam magnificentiam esset, vi doloris impulsus profiteretur; se melius multoque rectius cum Regingero vel cum quolibet homine collata manu et suam et ipsius innocentiam asserturum. Statimque ad ducem[e] R[ůdolfum][f] abiit seque paratum dixit, quocumque modo ipse equum iudicasset, mendacium Regingeri refellere. Ille satisfactionem nec suscepit nec aperta fronte abnuit, sed ait se super hac[g] deliberatione caeterorum principum sententiam expectaturum. Rex, sicut instituerat[h], Ratisponam contendit, omnibus invisus, omnibus suspectus, nec ipse iam cuiquam hominum satis fidei habens, cum hi quoque, quos intima familiaritate sibi devinxerat[i], ad primam ingruentis tempestatis nubeculam a se defecissent.

Interea Saxones crebris legationibus urgebant principes Rheni[k], ut vel sibi constituendi regis potestatem facerent, vel ipsi, quoniam[l] et dignitate et multitudine superiores essent, quemcumque vellent, Saxonibus suffragium ferentibus, eligerent et constituerent, nec sinerent rem publicam unius hominis ignavia ad extremam usque vastitatem deperire. His accensus[m] archiepiscopus Mogontinus[n], cui potissimum propter primatum[o] Mogontinae sedis eligendi et consecrandi regis auctoritas deferebatur, principes de toto regno Mogontiam evocavit, ut communi consilio Růdolfum[p] ducem regem[q] constitueret[1]. Quod ubi regi compertum est, assumptis secum

a) fantasm. *B* 2. b) R. *A* 1; Rudolfo *B* 1ª. 2. c) supplant. *B* 1. 2. d) Tum *B* 2. e) St. adduce(re) *B* 1ª. f) R. *A* 1. *B* 1ª; Růdolfum *B* 1ᵇ; Rudolffum *B* 2. g) re *add.* *A* 1; rei *add.* *A* 1ª. h) constituit *B* 2. i) definxerat *A* 1. k) Reni *B* 2. l) quomodo *A* 1. 1ª. m) ascensus *B* 1ª. n) Moguntinus *B* 1ª. o) *om.* *B* 1ᵇ. p) Rud. *h. l. omnes.* q) *om.* *B* 2.

1) *Paulo post Sigefridum regis legatione ad Saxones functum esse narrat Lamp. (infra p.* 172*). Sane aut hic, aut illic, fortasse utroque loco alucinatur. Cf. Th. Lindner, 'Anno der Heilige' p.* 107 *sq.; Floto I, p.* 398 *sq., contra quem quod O. Grund l. l. p.* 40. *attulit nihili est.*

quoscumque donis vel promissis ad studium suarum partium allicere potuit, concitus de Baioaria remeavit, ratus ante omnia impediendae tantae rei curam agendam. Cumque prope Wormaciam in locum qui dicitur Lovendeburg[a] venisset, gravissima egritudine correptus multis diebus lecto decubabat[1], spemque maximam hostibus suis fecerat tantos irarum motus sine sanguinis[b] effusione posse confici. Sed ab infirmitate vixdum plene recreatus Wormaciam festinavit. Ubi cum magna pompa a civibus in urbem susceptus est, qui et paulo ante, ut sua erga eum studia clariora facerent, milites episcopi ingressum eius prohibere temptantes urbe expulerant et ipsum episcopum[2], nisi mature fuga lapsus civitate excessisset, comprehendissent et vinctum ei misissent. Venienti ergo ei armati instructique obviam procedunt, non ad vim faciendam, sed ut conspecta eorum multitudine, armorum apparatu, expeditorum iuvenum frequentia animadverteret in arduis rebus suis, quantum spei in eis ponere debuisset. Operam suam benigne[c] spondent, iusiurandum dant, sumptus ad bellum administrandum ex sua re familiari singuli pro virili portione offerunt et, quo advivant[d], pro honore eius devote se militaturos confirmant[3]. Ita rex civitate munitissima potitus hanc deinceps belli sedem, hanc regni arcem, hanc, utcumque res cecidissent, tutissimum asilum habere cępit, eo quod esset et civibus frequens et murorum firmitate inexpugnabilis et ubertate circumiacentium regionum opulentissima et omnibus quae in bello usui esse solent copiis instructissima. Porro hi qui ab archiepiscopo Mogontino ad colloquium Mogontiam evocati fuerant, audito, quod rex concitus adventaret, plures metu perculsi eo venire dissimulaverunt. Pauci, qui venerunt, cum de tantis rebus sine aliorum principum discussione sententiam ferre non auderent, irriti frustratique discesserunt. Ad quos rex legatos mittens, multis precibus eis vix et aegre extorsit, ut sibi familiaris colloquii gratia in Oppenheim[e] occurrerent. Quo dum,

1073.
(Dec.)

a) louendoburg *B* 2. b) sanguis *B* 1[a]. c) sp. ben. *corr.* ben. sp. *B* 1[a]. d) quoad vivant *A* 1. *B* 2; et coadiuuant *B* 1[a]. e) oppenhein *B* 2.

1) *Regem prope Wormatiam aliquamdiu infirmatum esse iam mense Augusto, cum e Saxonia exivisset, Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 276. *falso procul dubio dixit.* 2) *Adalbertum.* 3) *Cf. diploma regis datum Wormatiensibus a.* 1074, *Ian.* 18 *(St.* 2770*). Infra p.* 185 *sqq.*

1073. (Dec.) datis utrimque[a] obsidibus propter periculi suspicionem, venissent, pedibus eorum provolutus suppliciter orabat, ut memores iusti iudicis Dei, memores sacramenti, quo se Deo mediante obligassent, fidem sibi servarent in adversis. Si quid antehac excessisset, iuvenilibus animis et aetati in vicium pronae veniam darent[1]; deinceps et malo correctum[b] et annorum sensusque maturitate robo-
1. Cor. 13, 11. ratum quae parvuli sint[c] evacuaturum et quae virtutis, *quae honoris, quae regiae dignitatis, quae postremo *p. 205. virum deceant, cogitaturum et amplexurum. Ad[d] haec illi responderunt frustra eum a se fidem expetere, quam ipse nec Deo unquam nec homini prestitisset; de quo ambigerent, in pace an in bello, amicis an inimicis infestior suspectiorque esset, quique ante paucos dies positis sibi in Wirceburg[e] et de salute eius tractantibus clanculo carnifices mortemque preparasset. Sin aliquid haberet obtendere aut per quorundam factionem[f] falsis criminibus se impetitum putaret, sineret Udalricum de Cosheim, sicut professus fuisset, manum conferre cum Regingero, ut, si vicisset, eos deinceps fidos sibi obnoxiosque sine omni inperpetuum[g] contradictione haberet. Libenter rex suscepit condicionem, statuitque, ut[h] certo die post octavam[i] epiphaniae congressi prope Mogontiam in insula Rheni[k] quae dicitur Marowa utriusque partis allegationem iusto iudici Deo decernendam[l] permitterent.

(Aug.-Dec.) Ea[2] tempestate hi qui in Hartesburg[m] erant multa et preclara militaris audaciae facinora fecerunt. Nam sepenumero erumpentes predas in vicinis regionibus et strages hominum non modicas agebant, et priusquam Saxones ad vim arcendam frequentes confluere possent, se in castellum receperant. Maxime autem Goslariensibus propter viciniam[n] exiciales erant. Plurimos enim eorum peremerunt et bona eorum, quae extra villam reperta fuissent, crebra incursione populabantur, et mercatores exterarum gentium, ne consuetas merces eo conferrent, metu vitae amittendae inhibebant. Cumque tempore quodam ad modicum inter eos pax con-

a) obs. utr. *corr.* utr. obs. *B* 1b. b) correct²m(turum) *B* 2. c) sunt *B* 2. d) At *B* 1a. e) Wirtzeburg *B* 1a; Wirczeburg *B* 2. f) per quorū dānacionem *B* 1a. g) iperpertuum *B* 1a. h) in *add.* *B* 1a. i) oct̄ *B* 1a; octauas *B* 2. k) Reni *B* 2. l) discernendam *B* 2. m) hartessburg *B* 2. n) vicinia *B* 1a.

1) *Cf. regis epist., Gregorii VII. Reg. I, 29a; Ann. Weissenb., supra p. 55. 57.* 2) *Ad sequentia cf. Carmen de b. Sax. I, 139—237; Bruno c. 29.*

venisset, quidam ex castello Goslariam privatae rei[a] aliquid ibi acturi venerunt. Ubi cibo potuque distenti, dum nimia potione incaluissent, sicut ebrietas mater esse[b] solet iurgiorum, ceperunt adversum eos, cum quibus accumbebant, ineptos inconditosque sermones iactitare et Saxonibus ignaviam exprobrare[c], quod non militari, sed ovina mente adversus regem arma sumpsissent. Indignati qui aderant Saxones sedicione concitata eos trucidaverunt foras que proiecerunt[1]. Quod ubi his qui in Hartesburg erant[d] compertum est, dedita opera se in ultionem sociorum suorum accinxerunt; et quia villam viris fortibus, vallis et seris undique[e] munitam incursare haut[f] satis tutum putabatur, dolo eos circumvenire parabant. Erat quidam Goslariae prefectus Bodo nomine[2], regi tempore pacis acceptissimus, nunc quoque turbata re publica fidem inviolatam ei servans, occulte tamen metu Saxonum, ne deprehensus factione vulgi omnia sua amitteret. Is[g] edoctus ab his qui in castello erant, pastores, qui Goslariensium pecora servabant, precio corrupit, ut gregem paulo longius a villa in pastum eicerent. Missi de castello equites ea protinus abegerunt. Caeteri in montibus et silvis armati se abdiderunt. Perlato Goslariam rumore abactorum pecorum, unanimiter ad arma conclamant, summis omnes viribus in certamen ruunt, nec quisquam alterum operiebatur, sed citato quisque quantum poterat equo prior hostem insequi predamque excutere contendebat. Illi paululum fuga simulata cedebant insequentibus, donec eos ultra locum insidiarum incautos protraherent. Tunc sublato undique clamore, tam hi qui in castello remanserant quam hi qui in vicinis montibus se occultaverant impetum in eos fecerunt et tamdiu palantes fugientesque prosternebant, donec non ratio, sed fusi sanguinis horror ac sacietas occidioni[h] finem facerent. Propter haec et alia huiusmodi placuit Saxonibus proximum castello collem occupare militesque imponere, qui contra excursiones hostium sine intermissione intenti sollicitique excubarent[3]. Nec sic tamen audaciae eorum modum im- 1073.

a) ibi rei al. *B 2*. b) solet esse *B 1a*. c) exprobare *B 1b*. d) *om. B 2*. e) mun. und. *B 1a*. f) haud *A 1. B 2*. g) Hic *B 2*. h) occisioni *B 1. 2*.

1) *Duos milites patibulo affixos esse a Goslariensibus tradit Carmen I*, 183—185. 2) *Dictus Boto advocatus Goslariensis in epist. Hecelonis episcopi Hildesheimensis, Sudendorf, Reg. I, p.* 11, *nr.* 7. 3) *Cf. Carmen II*, 88—114; *Bruno c.* 29.

1073. posuerunt, sed ubicumque oportunitas se prebuit, multa et in eos, a quibus asservabantur, et in alios provinciales hostilia fecerunt.

Dec. Interea instante iam natali[a] Domini[b] milites regis qui[c] in[d] Asenberg obsidebantur assidue[e] legatos ad regem mittebant, rogantes per Deum, ut ad ereptionem eorum aliquod consilium exquireret, quoniam[f] deficientibus alimentis extrema iam inedia tabescerent, et nisi mature periclitantibus consuleretur, aut moriendum sibi esse aut in hostium potestatem concedendum. Rex Mogontinum et Coloniensem archiepiscopos ad colloquium evocans obnixe rogavit, ut Saxones[g] convenirent[1] agerentque cum eis, ut ab oppugnatione castellorum, datis saltem ad modicum tempus induciis, recederent. Illi quamquam laborem hunc in irritum cessurum haut[h] dubie scirent, tamen, quia molestus eis erat, facturos *se *p. 206. quod rogabantur promiserunt, statimque missis legatis mandaverunt principibus Saxoniae, ut sibi proxima ebdomada[i] post epiphaniam[k] Corbeiae ad colloquium occurrerent.

Hoc anno post exortum bellum Saxonicum nulla deinceps exactio facta est decimarum in Turingia[l, 2], gaudentibus Turingis[l], quod occasionem invenissent, ut traditas[m] sibi a patribus leges manu militari tuerentur, et dolente rege, quod, dum decimis immoderatius inhiaret, pene regnum cum vita amisisset.

Hoc etiam anno famosissimus ille Egen, qui duci Baioariae Ottoni capitale illud crimen intenderat[3], comprehensus in quodam latrocinio a popularibus cecatus est et ad tantam egestatem redactus, ut deinceps ostiatim circueundo[n] stipem publicam peteret. Giso[o] quoque comes et Adalbertus[p] cum quatuor[q] filiis suis, quibus incentoribus idem perditus tragicam hanc fabulam confinxerat[4], ab hostibus suis ob privatas quasdam inimicicias occisi sunt in castello ipsius Gisonis Hollenden[r], Deo vindicante innocentiam ducis Ottonis.

a) *sic h. l.* *A* 1. *B* 1b. 2; natal' *B* 1a. b) d' (*saepe pro* domini) *B* 1a; die *B* 2; die domini *A* 1. c) *om.* *B* 1b. d) *om.* *A* 1. 1a. e) assiduo *A* 1. f) quomodo *A* 1. 1a. g) et Thuringos *add.* *B* 3b, *qui haec habet — l.* 25. h) haud *A* 1. *B* 2. i) hebd. *A* 1 *semper;* ebdomoda *B* 1b. k) epiphanie *B* 1b. 2; epiph' *B* 3b. l) Thur. *B* 1. 2. 3b. m) tradita *B* 1a. n) circuiendo *B* 1b. o) Gißo *B* 2. p) Adelb. *B* 2; Adebertus *B* 1. q) IIII *A* 1; 4or *B* 2. r) Hallenden *B* 2.

1) *Eadem fere verba supra p.* 162. 2) *Cf. epist. Sigefridi ad Gregorium VII, Jaffé, Bibl. V, p.* 87, *nr.* 40. 3) *Supra p.* 113. 4) *Cf. Mehmel, 'Otto von Nordheim' p.* 52 *sq.*

1073. *Dec.* 25.

MLXXIIII. Rex natalem[a] Domini Wormaciae celebravit, longe aliter ibi victitans, quam regiam magnificentiam deceret. Nam neque ex fiscis regalibus quicquam servicii ei exhibebatur, neque episcopi aut[b] abbates vel aliae publicae dignitates consueta ei obsequia prebebant, sed in sumptus quottidianos[c] necessaria ei vili precio coemebantur[1]. Erant tamen cum eo nonnulli ex principibus, sed hi neque cum eo serviciorum apparatu neque cum ea militum aut apparitorum frequentia, qua soliti fuerant, sed cum paucis et pene privato habitu ad salutandum eum venerant, ne scilicet manifestae defectionis notarentur, si evocati ad curtem venire detrectarent. Quos tamen ille nullo modo a se abscedere permittebat, reputans, quod, si minus auxilii sibi, hostibus tamen multum terroris allaturi essent, dum tam illustres in regno personas adversus se congregatas audirent.

1074. *Ian.* 12—18.

Mogontinus[d] et Coloniensis archiepiscopi die statuta Corbeiam iuxta condictum venientes, sicut in mandatis a rege habebant, rogabant Saxones, qui ibidem occurrerant, ut ab obpugnatione[e] castellorum exercitum abducerent. At illi nulla racione hoc se facturos responderunt. Preterea vehementer eos obiurgarunt, quod, dum deliberando et modo[f] colloquia, modo inducias expetendo tempus tererent[g], et regi audaciam auxissent et sibi maximas commoditates vindicandae libertatis corrupissent; proinde recederent nec sibi ultra[h] *verbis pacificis in dolo* (1. *Mach.* 7, 10.) illuderent; se in eum locum progressos esse, ubi iam non muliebribus[i] colloquiis, sed militaribus armis res expedienda[k] sit. Vix tandem sedata multitudine ab his qui sapientiores erant, unanimi consensu statuerunt, ut[l] proxima ebdomada[m] post purificationem sanctae[n] Mariae[2] Friteslar[o] convenirent ibique communicato cum caeteris regni principibus consilio periclitanti rei publicae rectorem, qui omnibus placuisset[p], constituerent. Regi quoque mandaverunt, ut, si ita sibi[q] expedire iudicaret, die statuta[r] presto adesset et ius suum non per

a) nat *B* 1^{a}. 3^{b}; nativitatem *B* 1^{b}. 2. b) neque *B* 1^{a}. c) quotid. *A* 1; cottid. *B* 1. d) *haec* — anxiantem (*p.* 174, *l.* 13) *habet* *B* 3^{b}. e) oppugn. *A* 1. *B* 1^{b}. 2. 3^{b}. f) mdo *B* 1^{b}. g) tererant *A* 1; terrerent *B* 1^{a}. h) ultro *B* 2. i) mulieribus *B* 1^{a}. 3^{b}; br *e corr.* *B* 1^{b}. k) experienda *B* 2. 3^{b}. l) in *B* 1^{b}. m) hebd. *A* 1; hebdomeda *B* 1^{b}. n) beate *B* 1^{b}. o) ffriteslarie *B* 1^{b}. p) placuisset *B* 3^{b}. q) *om.* *B* 3^{b}. r) statuto *B* 1^{b}. 2; *cf.* *l.* 18.

1) *Eadem fere vide supra a.* 1066, *p.* 100. 2) *Febr.* 3—8.

1074. (Ian.) epistolas aut per internuncios, sed presens ipse viva voce expostularet.

Postquam in hanc sententiam digressi sunt, Turingi[a] tercia dehinc die eos qui in[b] Asenberg erant inedia expugnatos in deditionem acceperunt impunitosque dimiserunt, castellum succenderunt, statimque alii castello quod Spatenberg[c] dicebatur exercitum admoverunt. Castellum Vokenrot[d] paucis ante diebus ceptum fuerat obsideri. Et quia regina in eo toto tempore belli huius servabatur, iussu regis profectus eo abbas Herveldensis[1], consentientibus Turingis[a], eam[e] inde accepit atque Herveldiam adduxit pregnantem et iam de partus vicinitate in dies anxiantem. Cumque ibi diebus multis moraretur — nesciente scilicet rege propter perturbationem rei publicae, quo eam mittere posset servandam[2] —, II.[f] Febr. 12. Idus Februarii, feria IIII.[g] peperit filium[3]. Is[h] quoniam[i] infirmari et *iamiam[k] expiraturus[l] putabatur, *p. 207. Febr. 14. tercio die baptizatus est ab Ezzone[m] Altenburgensi episcopo, qui tunc forte apud abbatem hospitabatur, et nomine atavi[n] sui Cůnradus[o] est vocatus. Et quoniam[i] alii non aderant, qui digne[p] eo munere fungerentur, abbas et alii plerique fratres Herveldensis cenobii[q] eum de sacro fonte susceperunt.

(Ian.) Reginger, qui ad sugillandum regem contra Ûdalricum[r] de Cosheim proposuerat, ante paucos dies ineundae[s] congressionis dirissimo demone arreptus, horrenda morte interiit[4].

Interea[t] rex, cum videret, quod paulatim a se principes deficerent, et hostium ferocitas sua magis patientia incrudesceret, pudore compulsus pariter et necessitate

a) Thur. *B* 1. 2. 3^{b}. b) *om.* *B* 1^{b}. c) Spatenberc dicitur (đr) *B* 3^{b} *solus.* d) Volkenrot *B* 2. e) eandem *P.* f) secundo *B* 2; pridie *B* 1^{b}. g) quarta *B* 1^{b}. 2. h) Hic *B* 2. i) quomodo *A* 1. 1^{a}. k) inf. eciam iam *B* 1. l) exspir. *B* 2. m) Essone *B* 1^{b}. n) attavi *B* 1^{b}. o) Counr. *B* 1^{a}; Cunr. *A* 1; Conr. *B* 2. p) digni *B* 2. q) Herueldeñ eum (cen. *om.*) *B* 2. r) Ondalr. *B* 1^{a}; Udalr. *A* 1. *B* 2. s) in eudem *B* 1^{a}. t) *haec* — amittere (*p.* 175, *l.* 4) *habet* *B* 3^{b}.

1) *Hartwigus.* 2) *Potius quia rex ipse mox Hersfeldiam venturus erat, et quia regina haud longe ab hoc monasterio morata erat, eam illuc misisse videtur. Cf.* '*N. Archiv*' *XIX, p.* 192, *n.* 1. 3) *Cf. Inst. Herveld. (infra); Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 277; *Ann. Yburg., SS. XVI, p.* 436, *die Febr.* 14. *eum natum et baptizatum esse tradunt. In diplomate dato a.* 1074, *Ian.* 28. *in villa Breitenbach (prope Hersfeldiam), quo rex donationem reginae factam confirmavit, (St.* 2772*) legitur:* ut eadem regina Berhta et a nobis concepta proles. 4) *Consentit Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 276. *Dies ineundi certaminis constituta erat paulo post Ian.* 13 (*supra p.* 170, *l.* 23).

statuit extremam fortunae aleam temptare et cum Saxonibus, ubi primum copia fieret, collatis signis dimicare, magis eligens vitam honeste quam regnum per dedecus amittere. Multum enim animos militum ab eo avocaverat[a], quod suis, qui quottidie[b] oppugnabantur, expugnabantur, expellebantur, non subveniebat[c], et aliis pro salute eius anxie desudantibus, ipse intra[d] muros Wormaciae inerti ocio torpescebat; ut hoc crimen elueret, vel morte pacisci[e] cupiebat. Igitur misit ad omnes principes regni eosque[f] per Deum obsecrabat, ut sibi auxilio venirent, multa sua erga eos in preteritum bene merita commemorans, plura in futurum pollicens. Et multi quidem episcoporum protinus ad eum convenerunt[1], sed hi consiliis prebendis paratiores quam stipendiis faciendis[2]. Nam militibus suis domi relictis, ipsi cum paucis et pene privati aderant, ea[g] scilicet mente, ut et de inobedientia apud eum excusarentur et causam eius, quam vehementissime omnes improbabant, non multum adiuvarent. Sed archiepiscopus Mogontinus, archiepiscopus[h] Coloniensis, episcopus Argentorati[3], episcopus Wormaciensis, quem civitate sua supra expulerat[4], preterea duces[i] omnes, Baioariae[k, 5], Sueviae, Lutheringiae[l, 6], Mosellae regionis[7], Carentinorum[8], milites etiam Fuldensis[9] et Herveldensis abbatum constanter ei contradixerunt, nolle se ad oppressionem innocentium[m] arma ferre, qui si etiam aliquid, quod gladio vindice plecti debeat, admisissent, ad hoc eos gravis et facile excusabilis necessitas impulisset[10].

1074. *(Ian.)*

Rex Wormacia egressus VI. Kal. Februarii Herveldiam cum exercitu venit. Eo die visum est in caelo *Ian. 27.*

a) euocaverat *B 2. Schr.*; euacauerat *A 1.* b) cottidie *B 1a.* c) subveniret *B 1b.* d) inter *B 1b*; in muris *B 2.* e) pascisci *B 1b. 2.* f) eos *B 2.* g) ea — adiuvarent *om. B 2.* h) *om. B 1b.* i) dreus *A 1.* k) Baiorie *B 1b.* l) Lutheringae *A 1. 1a.* m) innocentum *A 1. 1a.*

1) *Udo Treverensis, Liemarus Bremensis, Embrico Augustanus, Eppo Cicensis, Gundecharus Eichstetensis, Ellenhardus Frisingensis, Herimannus Mettensis, Theodericus Virdunensis, ut ex diplomatibus (St.* 2771. 2772*) patet.* 2) *Parvum exercitum regium collectum esse dicit etiam Carmen II,* 117. 118. 187—190*; quocum bene consentit Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 276. *Bruno c.* 31: exercitu quidem magno, sed non ad praeliandum parato, nisi necessitas cogeret, congregato. 3) *Werinherus II.* 4) *Qui p.* 169. *ante adventum regis fuga elapsus esse dicitur.* 5) *Welfo.* 6) *Inferioris, Gotefridus III. (Gozelo).* 7) *I. e. Lotharingiae superioris, Theodericus.* 8) *Bertholdus.* 9) *Wideradi.* 10) *Nonnullos praedictorum hiberno tempore, expeditione non indicta, impediente abfuisse coniciendum est, ut censet Th. Lindner, 'Anno der Heilige' p.* 83, *n.* 1; *cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 191.

1074. *Ian. 27.* signum mirabile. Oriente sole duae simul columnae aurei coloris, splendidissimi fulgoris, dextra[a] levaque oriebantur, quae, usquequo sol aliquantis lineis in altum excresceret, eodem iubare rutilantes permanebant. Precedenti quoque nocte caelestem arcum circa gallorum cantum serenissimo caelo plerique viderunt. Frigus erat validissimum, et hiberna siccitate arebant omnia, in tantum ut flumina non superficietenus glacie constricta, sed tota preter solitum in glaciem conversa viderentur[1]. Unde panis inopia vehementer laborabat exercitus, eo quod propter rigorem fluminum ubique cessante molarum usu ipsum, quod forte invenissent, frumentum com- *Ian. 26.* minuere non poterant. Rex, pridie quam Herveldiam veniret[b], misit abbatem Herveldensem ad Saxones, qui in ulteriore ripa Wirrae fluminis[2] ad XL milia congregati residere ferebantur[3], investigare ab eis, an nuncii *(Ian. 27—Febr. 1).* sui tuto ad eos ire ac redire possent. Ipse transgressus Herveldiam[4] in proximis villulis reditum abbatis prestolabatur duobus ferme milibus[c] a predicto fluvio[d]; nec ulterius castra movere voluit, donec miles frequentior conveniret, et ipse diligentius perquireret, an aliqua spes recuperandae pacis reliqua esset. Siquidem audierat Saxonibus placuisse, ut ei ingressum Turingiae[e] non concederent, sed statim in ipsa ripa fluminis predicti, quod Hassiam Turingiamque[e] dirimebat, instructa acie exciperent venientem. Fluvium glacies pedestri itinere commeabilem fecerat. Ea res maiorem ei metum incutiebat, ne forte, dum adhuc imparatus imparque tantae multitudini esset, hostes super eum[f] nulla itineris difficultate prepediti repente irruerent. Ideoque consiliariis suis graviter succensere dicebatur, quod eum Wormacia egredi et in tantum discrimen ultro se precipitare permisissent. Saxones enim in tantum abundare[g] multitudine ferebantur[5], ut XI[h] milia plebis, quoniam[i] subito clamore[k] in expeditionem evocata cibos secum non

a) dextera *B* 1b. b) venirēt *B* 1b; venit *B* 2. c) miliaribus *A* 1a. *B* 1c. d) flumine *B* 2. e) Thur. *B* 1. 2. f) *om.* *B* 1. 2. g) habund. *B* 1. 2. h) undecim *A* 1. i) quomodo *A* 1. 1a. k) clamorē *B* 1a.

1) *Consentiunt Carmen II,* 146—162*; Bruno c.* 32*; Ann. Yburg. l. l.* 2) *Apud oppidum Vacha; Bruno c.* 31. 3) *Exercitu regis* 6 *milium Saxones decies plures copias habuisse dicit Carmen II,* 190. 4) *Ipso die, quo eo advenerat, cum habeamus diplomata data Ian.* 27. 28. *in villa Breitenbach ad Fuldam fluvium sita, St.* 2771. 2772. 5) *Consentit Bruno c.* 31.

*p. 208. sumpsissent, in domos suas[a] tamquam minus *sibi necessaria remitterent. 1074. (Ian. 28—Febr. 1).

Inter has moras exercitus regis predae quam pugnae avidior per contiguas Herveldiae villas longe lateque discurrebat easque hostiliter depopulabatur et sub pretextu necessarii victus, quo in miliciam aleretur, preter miseram vitam nihil reliquum faciebat innocentibus[1]. Neque rex prohibebat iniuriam, ut militem hoc precio redemptum devociorem sibi faceret. Qua[b] clade ita attritae[c] atque exhaustae sunt possessiones Fuldensis monasterii atque Herveldensis, ut, ingravescente alimentorum inopia, magna cum difficultate fratres retinerentur in monasteriis. Abbas Herveldensis reversus a Saxonibus retulit eos preter omnium opinionem mitia atque pacifica respondere, quod scilicet non ita expertes rationis, ita sint inmemores vulgati etiam apud barbaras nationes iuris gentium, ut nesciant ab iniuria legatorum etiam inter atrocissimas inimicicias temperandum. Se extrema necessitate compulsos[d] in aciem processisse, nec ad persequendum quenquam, sed ad se protegendos iniuriasque propulsandas arma sumpsisse; si ea necessitas adimatur, etiam nunc pacem quam bellum[e] malle et districtos iam gladios libenter in vaginam remittere. Grata admodum erat his qui cum rege erant responsio.

Tunc missi sunt quatuor ex episcopis[2] agere cum eis de pace et promittere ex nomine regis, quod omnibus, quae racionabiliter postulassent, et quae electi ex utraque parte iudices equa[f] censuissent, promptissime annueret, dum ipsi quoque vicissim iustis condicionibus adquiescerent[g] et mansuetudinem eius quam manum militarem experiri mallent. Ad haec illi responderunt[h] nihil aliud se postulare, quam quod multis iam[i] sepe legationibus postulassent[3], scilicet ut castella, quae ad oppressionem eorum per Saxoniam et Turingiam[k] extruxerat[l], sine dilatione dirui iubeat; ut sua singulis patrimonia per vim seu per[m] calumniam[n] erepta resti-

a) suos *corr.* suas *B* 1[b]. b) Quia *B* 1[a]. c) atrite *B* 1[b]. d) copulso[s *eras.*] *B* 1[a]. e) bella *B* 1[b]. f) *om.* *B* 1[a]. g) acqiesc. *B* 1[a. c]. 2. h) respondere *B* 1[b]. i) *om.* *B* 2; sepe iam *B* 1[b]. k) Thur. *B* 1. 2. l) exstr. *h. l.* *B* 1[a]. 2; exstruxerit *A* 1; extruxerit *A* 1[a]. m) *om.* *B* 2. n) calumpniam *B* 1[a] *h. l.* 2 *semper.*

1) *Cf. Carmen II,* 168. 169. 2) *Inter hos Embrico Augustanus; Ann. August., SS. III, p.* 128. 3) *Veras pacis condiciones a Saxonibus propositas tradit Bruno c.* 31; *quas Lamp. exponit, eae partim verae, partim ab ipso excogitatae sunt. Cf. E. Meyer p.* 31 *sqq.*

1074. (Ian. 28— Febr. 1). tuat; ut duci Ottoni, ad quem extinguendum falsa criminatione et pessimo nefarii[a] hominis artificio impudenter abusus sit, ducatum Baioariae reddat[1]; ut episcopo Mogontino, episcopo Coloniensi, duci Rudolfo[b], postremo omnibus qui in hac dissensione ab eo defecissent aut aliquid, quod eum lederet, aliarum partium studio admisissent, impunitatem tribuat nullasque[c] inperpetuum[d] offensae huius pęnas[e] exigat; ut libertatem genti suae et legittima[f] a primis temporibus statuta rata atque inviolata manere sinat; ut totam in sola Saxonia aetatem inerti ocio deditus non transigat, sed interdum Goslaria decedens, regnum suum, quod maiorum eius industria latissimum sit, circueat[2]; aecclesiis et monasteriis, viduis et orphanis et caeteris qui calumniam patiantur iusta faciat et regiam dignitatem, quam nomine preferat, regalium morum et operum claritate exornet. Si haec se facturum fidelissime polliceatur et ad firmamentum indubitatae fidei fideiussores sibi det eosdem, quos nunc habeat recuperandae pacis intercessores, principes regni: paratos se arma deponere, pacem suscipere et deinceps dicto obtemperantes vivere; sin autem, sacramento se obstrictos esse, ut, quamdiu sibi vitalis caloris ultima scintilla supervivat, pro libertate, pro legibus, pro patria sua indefessi dimicent. Dura nimis regi visa est exactio, cepitque huc et illuc anxius tergiversari fidemque principum suorum appellare, ne se sub iugum tam fedae condicionis ad sui omnium ignominiam mitti paterentur; illud pre caeteris intolerabile[g] iudicans, quod castella sua destruere et hostibus suis premia pro suppliciis reddere cogebatur. Cumque spreta pace, quae offerebatur, sequenti die exercitum recenseri aciemque ad pugnam instrui placuisset, misit circumquaque ad habitacula principum, iubens, ut suos singuli ad aciem instruendam producerent. Omnes promptissime se dicto parere sponderunt[h], sed redeuntibus nunciis, nullus[i] castris est[k] egressus, detrectantibus cunctis opus nefarium, ut eis, quorum causam iustissimam estimarent, certamen inferrent. Ex alia

a) hom. nef. *B* 1b. b) *sic h. l. omnes* (Rudolffo *B* 2). c) nullāque *B* 2. d) imperp. *B* 1b. e) *sic Vita Lulli*; paenas *A* 1. f) legitima *A* 1. *B* 1a. g) intollerab. *B* 1c. 2. h) sposponderunt *B* 1b. i) nullis *B* 2. k) *om.* *B* 1b.

1) *Hoc regem Ottoni promisisse, ut in pacem consentiret, non a Saxonibus expetitum esse tradit Bruno c.* 30. 31. 2) *Cf. supra p.* 151.

quoque parte castra Saxonum non minima sedicione quatiebantur. Plebs universa tumultuabatur contra principes, quod se frustra in tantas bellorum procellas impulissent. Cum enim nunc victoriam omnia spondeant, et oportunitas ad votum arrideat, ad quam ab exordio belli anhelantibus semper animis suspiravissent, ipsi repentina penitudine correcti[a] manus supplices tendant[b], pacem petant et ei, a quo totiens elusi sint, iterum se eludendos muliebri socordia[c] et puerili levitate tradant. Duci quoque Ottoni vehementer insistebant[d], ut accepto super se regno ducatum sibi preberet[e] ineundi certaminis et prospera omnia promittenti Deo manus suas operamque non negaret. 1074. (Ian. 29—Febr. 1).

*p. 209. *Tunc circumstantes regem hi, quorum consilio familiarius uti consueverat, cum subterfugiendae condicionis studio divina atque humana omnia sollicitantem viderent: 'Nullum', inquiunt, 'o rex, habemus diverticulum: aut equanimiter suscipienda est condicio, quam imposuerint, aut regnum cum magno etiam vitae periculo amittendum. Acie vis[f] confligere periculumque[g] armis propulsare? sed qua virtute, putas, is miles hostem congressus proteret, qui modo ad recensendum exercitum nomen[h] dare iussus ne castris quidem exire voluit[i]? Parvulo intervallo abest hostium infinitus exercitus; sed cunctis hostibus plus tibi formidandi sunt hi[k], qui lateri tuo familiariter obversantur, qui interim tibi simulata fide blanda loquuntur, quamdiu eos, quibus se sacramento obligaverunt[l], prelio lacessere non coguntur. Quodsi classica insonuerint, et pressius posito pede aut[m] feriri aut ferire angustia loci coartabuntur, nimirum aut dicto cicius diffugient, aut te deserto ad partes hostium transibunt. Unde sacius[n] fuerat Wormaciam[o] non excedere quam in extremum discrimen progressum fidei principum tam iniquo tempore experimentum querere. Unum tamen patet incisae[p] spei et undique impeditis rebus effugium, si facturum te quae postularis incunctanter promittas. Ita et iuveniliter exultantium hostium ferocitatem eludere et periculum, quod faucibus urget, evadere et regnum deinceps, sopitis inperpetuum cunctis

a) correcti *B* 2. b) tendet *corr.* tendat *B* 2. c) sordia *A* 1; sordida *P.* (*sed A* 1a *et Schr.* socordia). d) instabant *B* 2. e) praebere *A* 1. f) ius *B* 1a. g) periculum *B* 1a. h) *bis scr. B* 1a. i) voluit[2] (*pro* voluit?) *B* 1a; voluerit *B* 1b. k) *om. B* 2. l) obligavere *B* 1b. m) aut feriri *om. B* 1. 2. n) satis *B* 2. o) Wormacia *A* 1. p) inscise *B* 2.

1074. (Ian. 29—Febr. 1). simultatibus, poteris obtinere'. Tum[a] ille non tam ratione victus quam necessitate, cum omnia prius incassum pertemptasset diverticula, tandem accitis ad[b] concilium principibus permisit[c], ut pro suo arbitratu tantos motus componerent, promittens se indubitata fide omnibus[d] annuere, quae ipsi[e] conficiendis tantis rebus competere iudicassent. At illi responderunt[f] non aliam prorsus patere viam subterfugiendi, quod stricto[g] iam mucrone comminus[h] intentaretur, prelii, quam ut faceret quae Saxones postulassent. Quod cum sub testificatione nominis Christi spopondisset[i], profecti sunt ad eos XV episcopi et quicquid principum in castris erat referre illis regis voluntatem. Multae ibi dictae sententiae, multa sunt[k] conquisita argumenta, cum propter suspectam regis ferocitatem et sepenumero spectatam fidem nulla Saxonibus viderentur satis tuta consilia. In longum protracta[l] deliberatione, ad ultimum hoc pacto recuperandae paci consenserunt[m], ut, si quando rex acceptae lesionis memor sententiam revocare aut aliquid eorum, quae modo suprema necessitate compulsus statuisset, in irritum ducere conaretur, omnes eodem quo nunc sacramento obstricti arma repeterent, iniuriae obviam irent et tamquam evidentis periurii reum, cunctis regni principibus suffragium ferentibus, de regno proturbarent[1]. In haec verba omnes ut erant conglobato agmine ad videndam faciem regis processerunt ipso die purificatio-
Febr. 2. nis sanctae Mariae[2], preeuntibus his qui reparandae pacis mediatores fuerant episcopis et aliis principibus. Quos ille venientes honorifice suscepit, osculum prebuit et pacis condiciones, quas per internuncios significaverat, vivae vocis auctoritate roboravit.

Ita compositis omnibus ex sententia, his qui partes suas impensius curaverant dona iuxta magnificentiam regiam largitus est, dimissisque singulis in locum suum, ipse iunctus Saxonibus Goslariam perrexit[3]. Destinatis etiam circumquaque nunciis mandavit, ut ab oppugnatione castellorum exercitus abduceretur, et hi[n] qui in

a) Tunc *B* 1b. c. b) in *B* 1b. c) promisit *B* 1b. d) *om. B* 2, *ubi* ꝑ *h. l. del.* e) ipsis *B* 1a. f) respondere *B* 1b. g) districto *B* 1b. h) cominus *B* 1a *h. l.* i) spospondisset *B* 1b. k) sibi *B* 1a. l) protracti *B* 1a. m) consensere *B* 2. n) his *B* 1a.

1) *Lampertum hanc condicionem commentum esse patet.* 2) *Consentiunt Ann. August. l. l., Yburg. l. l., Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 276. *In villa Gerstungen hanc pacem factam esse dicit Lamp. infra p.* 183, *l.* 14. *et* 200 *sq.* 3) *Consentiunt Bruno c.* 31; *Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 276; *Carmen II,* 210.

1074. (Febr.) castellis erant nihil deinceps hostile in provinciales facerent, sed ubi primum cibaria, quae in[a] diutinam belli administrationem affatim congesta[b] fuerant, consumpsissent, ipsa castella provincialibus traderent funditus diruenda. Nec Saxones magnopere curabant has inducias, quamvis non minimum haberent suspectas, cum in potestatem suam redactum scirent communi sententiae non posse refragari.

Igitur cum venisset Goslariam, iuvenes qui in Hartesburg fuerant, quique propter res bene gestas in magna apud eum admiratione habebantur, vehementer improbabant conventionem pacis, et quia secundum prophetam[c] dolus directus fuerat in manibus eorum, *Dan. 8, 25.* multa et supra mensuram suam magnifica ei promittebant[d] de viribus suis, si in procinctu[e] perstitisset. Ostentabant etiam ad experimentum virtutis suae titulos interfecto- *p. 210. rum Goslariensium dispositos per omne illud *spacium, quod a Goslaria usque in Hartesburg duobus ferme milibus interiacet[1]. Haec[f] audiendo malis assuetus animus et per aetatem gloriae militaris avidus paulatim reformabatur ad ingenium suum atque ad[g] rigorem pristinum, factique iam non[h] mediocriter penitebat. Cumque[i] a Saxonibus promissa sua reposceretur[k], cepit rursum callidis responsionibus tergiversari et petere, ut ad conventum principum regni communemque audientiam res integra differretur, quatenus eorum iudicio de singulis, quod honori, quod utilitati rei publicae conduceret[l], statueretur. Illis annuentibus, precepit, ut VI. Idus Marcii principes de toto regno Goslariam conve- *Mart. 10.* nirent.

Statuto die caeterorum principum nullus eo venit. Saxones et Turingi[m] cum infinita multitudine de tota Saxonia et Turingia[m] sacramento evocati aderant et haut[n] procul a Goslaria castrametati legatos ad regem miserunt agere cum eo de condicionibus, quibus inter se et eum pax convenisset. Triduo[2] integro et hi modo supplicando, *Mart. 10—12.* modo terrorem bellicum intentando[o] acriter instabant, et ille sedulitatem instantium lubricis responsionibus

a) ad *B* 1[b]. b) cong. f. *bis scr. B* 1[a]. c) prophecíam *B* 1[a]. d) promitebant *A* 1; pmittebant *B* 1[a]. e) pcinctu *B* 1[a]. f) Nec *B* 1[b]. g) *om. B* 1[a]. h) *om. B* 1. 2. i) Cu *(sic) B* 1[a]. k) reposcerentur *A* 1[a]. *B* 1[c]. *P. Schr.* l) condeceret *B* 2. m) Thur. *B* 1. 2. n) haud *A* 1. *B* 1[c]. 2. o) intemptando *B* 2.

1) *Cf. Carmen II*, 215—220. 2) *Cf. supra p.* 131, *n.* 2.

1074. *Mart.* 12. eludere conabatur[a], et modo de absentia principum causabatur, ad quorum iudicium ea res potissimum spectaret, modo obnixe flagitabat, ut, caeteris omnibus iuxta condictum manentibus, sola castella, quae summis impensis ad munimentum[b] regni extruxisset[c], sibi condonarentur[1]. His scilicet salvis facilem ducebat caeterarum rerum iacturam, eo quod speraret se in his, utcumque res cecidissent, semper refugium habiturum et perpetuas a Saxonibus eius[d], quam nunc intulissent, contumeliae pęnas exacturum. Iamque spretis legatorum supplicationibus, reprobatis familiarium suorum consiliis, fixus obstinatusque persistebat in proposito, cum subito nunciatur, quod Saxones, omissis[e] internunciis, per quos antehac res agebatur, armati instructique ad palacium tenderent, nec iam promissa reposcere, sed ei valefacto, regem, quem deinceps belli ducem habeant, constituere vellent[2]. Preterea archiepiscopus Premensis, episcopus Citicensis, episcopus Osenbruggensis[f] et caeteri, qui propter impensius studium partium eius[g] Saxonia effugati, possessionibus nudati, pluribus ignominiis deformati fuerant[3], unanimiter circumsteterunt eum per Deum obsecrantes, ut, si minus propriae[h], saltem eorum calamitatis misereretur, qui propriis sedibus odio nominis eius expulsi anno iam ferme integro per omnes miserias vitam traxissent; fidem se ei[i] in adversis[k] intemeratam servasse, et quaecumque[l] preter voluntatem accidissent, communicato labore tolerasse[m]. Nunc quoniam Deus tantas rerum procellas benigna vice in sedem reduxisset[4], gauderet sorte sua[5] et, ne[g] deinceps tale naufragium incideret, tuta nunc statione locatus provideret. Quodsi res tranquillas et propicia divinitate iam ad honorem eius ex sententia compositas rursus[n] intertur-

a) conobatur *B* 1[b]. b) monimentum *B* 1. 2. c) exstrux. *h. l. A* 1. *B* 1[a]. 2. d) omnibus *A* 1. e) obmissis *B* 2. f) Ossenbruggeñ *B* 2. g) *om. B* 1[a]. h) proprie *A* 1. i) ei[s *eras.*] *B* 1[b]. k) aduersus *B* 2. l) q̃cumque (quac.) *B* 1[b]. m) toller. *B* 2. n) rurssus *B* 1[b].

1) *Ipse Lamp. supra (p.* 181, *l.* 4*) dixit regem mandasse, ut castella Saxonibus destruenda traderentur; quocum consentit Carmen II,* 215 *sq. Solum castrum Hartesburgense regem retinere voluisse invitus docet Bruno c.* 33. 2) *Bruno c.* 33: populus . . . se statim ab integro rebellem fore clamabat. *Cf. supra p.* 180, *n.* 1. 3) *Cf. supra p.* 150, *ubi hi tres episcopi insimul nominantur. Facile apparet pure commentum esse Lamp. quod de consilio ab eis regi dato multis verbis narrat.* 4) *Cf. Horat. Epod. XIII,* 7. 8: deus haec fortasse benigna reducet in sedem vice. *H.* 5) *Ib. XIV,* 15: Gaude sorte tua. *H.*

bare atque implicare vellet, quos exitus habiturus esset, ipse prospiceret; se superioribus malis iam usque ad extremam lassitudinem defatigatos necessario deinceps loco et tempóri concessuros et genti suae, ne denuo patria expellantur, obnoxios futuros. Inter haec verba cum Saxones iam[a] armata multitudine atrium palacii replesse[b] et ad vim faciendam paratos inconditis motibus perstrepere cerneret, tandem ancipiti[c] periculo permotus consensit, ut duci Ottoni ducatum Baioariae reposcenti intra[d] anni spacium iuxta principum iurisdictionem satisfaceret[1], castella vero sua omnia sine dilatione destrueret, sed ea condicione, ut Saxones et Turingi[e] sua quoque castella, quae tempore regni eius extructa[f] fuissent, pari modo diruerent[2], caetera etiam omnia, quae in Gerstengun[g] pollicitus fuerat, fide integra exsolverentur[h]. Nec perficiendis quae promiserat improbitas[3] Saxonum ullas indulsit inducias. Unde continuo missis circumquaque nunciis, Vokenrot[i] et Spatenberg et caetera castella, de quibus questio promulgata fuerat, succendi ac penitus dirui fecit. In Hartesburg[k] muri tantum sunt diruti, quantum ad infirmandam munitionem difficultatemque loci[l] adimendam sufficeret. Caeteris aedificiis status mansit incolumis, eo quod aecclesia illic constructa et canonicorum congregacioni instituendae locus attitulatus fuisset. Ita pacatis Saxonibus, rex Goslaria decedens Wormaciam abiit ibique totam quadragesimam ab omni deinceps belli apparatu feriatus exegit[4]. *1074. Mart. 12.* — *Mart. ex. Apr.*

Porro vulgus Saxoniae, id potissimum, quod con- *(Mart.)*
*p. 211. tiguas castello Hartesburg villulas *incolebat, vehementer offenderat, quod in Hartesburg[k] ullae servatae essent reliquiae; nec quicquam tantis laboribus actum putabant

a) *om.* B 1[a]. b) implesse, *superscr.* re B 2. c) per. anc. B 1[a]. d) Inter B 1[b]. e) Thur. B 1. 2. f) exstr. A 1. B 2. g) *sic h. l.* A 1. B 1[a. b. c]; Gerstũngun B 2. h) exolv. A 1. B 1[b]. i) Volkenrott B 2. k) Hartespurg A 1 *h. l.* l) loca, *eadem manu superscr.* ci B 1[b].

1) *Cf. supra p.* 178, *n.* 1. 2) *Hoc confirmatur epistola principum Saxoniae, Bruno c.* 42; *cf. ib. c.* 34. 3) *Haec vox, quam nonnulli ut Delbrück p.* 73. *falso interpretati sunt, hoc loco eam vim habet ut Ovid. Ars am. I,* 676: et improbitas muneris instar habet *(Verg. Georg. I,* 145: labor improbus*) etc.; cf. supra p.* 95, *l.* 20. *Neque eam ut 'Geschichtschr.* 2. *Aufl.' XLIII, p.* 165. *voce germanica 'Ungeduld', sed 'drängender Eifer, Andringen' interpretari mallem.* 4) *Non totam quadragesimam (Mart.* 5—*Apr.* 19*), cum rex Mart.* 22. *etiam Friteslariae diploma dederit (St.* 2774; *cf. Kilian p.* 65*), pascha (Apr.* 20*) iam Babenbergae exegerit, ut Lamp. infra p.* 185, *l.* 20. *dicit. Rectius Bruno c.* 34: Martio mense nondum peracto Saxoniam reliquit.

1074. (Mart.) stante atque incolumi castello, quod omnium cladium, quas acceperant, caput principiumque extitisset[a], et quod circumiacentis regionis opulentissimas[b] quondam villas nunc in horrorem vastamque solitudinem redegisset[c]. Non detulisse regem cultui divino, sed sub pretextu religionis crudelitatis suae patrocinium[d] quesisse, ut scilicet instaurato post[e] modicum bello, cum haec ira Saxonibus deferbuisset, locum habeat[f], ubi milites suos rursus ad eversionem Saxoniae[g] tuto[h] emittat, tuto recipiat, et tunc tanto victis incumbat infestior, quanto nunc discedat Saxonum laetis successibus efferacior. Haec vicissim intemperatis clamoribus serendo in magnam se ferocitatem inflammarunt[i]. Igitur tercio die postquam rex abscesserat[k], insciis inconsultisque principibus, facto grege in Hartesburg irruunt, quod residuum erat murorum a fundamento deiciunt, lapides[l] longe lateque dispergunt. Caeteris aedificiis, quae indulgentia principum integra servaverat, idem faciunt; aecclesiam, quae[m] accelerandi operis studio interim lignis elegantissime constructa fuerat, incendunt[n], thesauros diruunt, altaria confringunt. Postremo, ne qua regi instaurandi castelli occasio reliqua esset, filium[1] eius et fratrem[2], quos ille ad gratificandum popularibus locum ibi tumulaverat, effodiunt aguntque omnia, quantum possunt, ne administrando bello deinceps mons complanatus ullam prestare possit[o] oportunitatem. Reliquias sanctorum[3], quae effractis altaribus erutae[p] fuerant, et effossa defunctorum corpora abbas ex vicino cenobio[4] oportune superveniens furenti vulgo eripuit atque in suum monasterium cum honore transvexit.

Perlatus ad principes Saxoniae rumor admissi facinoris grandi eos formidine perculit, ne rex tanta iniuria exacerbatus causaretur ab ipsis fedus esse violatum et iustam exinde occasionem instaurandi belli nactus cunctas adversus eos regni vires concitaret. Id consulto pre-

a) extitissēt *B* 2. b) oppulent. *A* 1. c) redigisset *A* 1, 1[a]. d) ques. patr. *B* 2. e) hec *add., sed del.* *B* 1[b]. f) haberet *B* 1[b]. g) Saxonum *B* 1[a]; *om.* *B* 1[c]. h) *om.* *B* 1[a]. i) inflammare *B* 1[b]. k) abcesserat *B* 1[a]. l) leipides *A* 1. m) qua *B* 2. n) eleg. construxerat accendunt *B* 2. o) posset *B* 1[b]. p) erute *A* 1.

1) *A.* 1071. *recentem a partu defunctum; cf. supra p.* 131. 2) *Conradum a.* 1055. *defunctum (v. supra p.* 70*). Eadem fere verba habet Bruno c.* 33*; cf. epist. princ. Saxoniae, ib. c.* 42*; Carmen III,* 1—23*; Ekkeh. a.* 1073*, SS. VI, p.* 200*; Ann. S. Alb. (Rosenveld., Hildesh., Chron. Sampetr.) a.* 1073*, SS. II, p.* 245*; Yburg. l. l.* 3) *Cf. supra p.* 135 *sq.* 4) *Ilsenburgensis Herrandus, ut coniectatum est.*

venire cupientes graviter in eos qui tale flagicium admiserant animadvertunt[1]. 1074. *(Mart. Apr.)* Deinde legatos ad regem mittunt, obsecrantes per Deum, ut se habeat excusatos; nec conscios se tanti sceleris nec incentores extitisse, patratumque non secus quam ipsum graviter et iniquo animo ferre; quodsi minus fidei habeat negantibus, paratos se quovis genere satisfactionis dictis fidem facere et violatae pacis a se suspicionem amovere. Ille vehementer efferatus, quod dolorem pristinum, qui necdum in cicatricem cutem obduxisset, recentibus iniuriis exulcerassent: 'Quandoquidem', inquit, 'nec forenses leges contra violentiam Saxonum quicquam proficiunt, nec iniurias meas desertus a milite armis persequi[a] valeo, ad leges ecclesiasticas iam[b] necessitate coactus confugiam, et ubi humana cessant auxilia, divinam opem implorabo'. Protinus legatos Romam misit sedem apostolicam contra eos[c] interpellare[2], qui aecclesiam incendissent, altaria confregissent, sepulchra violassent et odio viventis in sepultos cineres barbara crudelitate debachati fuissent[3].

Pascha[d] Babenberg celebravit[4], erantque cum eo *Apr. 20.* archiepiscopus Mogontinus, dux Carentinorum Bertoldus[e] et alii quam plures ex his qui bello Saxonico ab eo defecerant[4]. Cum enim crimen rebellionis Saxonibus donasset, aliis regni principibus, qui coniurationis socii fuerant, quod iuste succenseret, non habebat.

Ipso tempore Coloniae res accidit digna omnium bonorum miseratione et lacrimis, incertum levitate vulgi an factione eorum qui vicem regis in archiepiscopum ulcisci cupiebant. Id magis venit in suspicionem, quod, cum celebre apud omnes esset nomen Wormaciensium,

a) prosequi *B* 2. b) *om. B* 1[a]. c) eo *B* 1[a]. d) Rex pasc(h)a *B* 1[b. c]. e) *sic h. l. omnes.*

1) *Hoc falsum videtur, cum principes Saxoniae in epistola (Bruno c.* 42; *cf. ib. c.* 34*) hanc rem narrantes minime hoc dixerint; cf. Delbrück p.* 39. 2) *Hoc in dubium vocandum est, cum Gregorius in epistolis suis huis rei non mentionem fecerit. Sed cf. Pauli Bernried. Vita Gregorii VII. c.* 64. *A.* 1075. *post Oct.* 25. *rex legatos misit papae episcopos Saxonicos rebelles accusaturos, ut Bruno c.* 64. *tradit.* 3) *Cf. Horat. Epod.* 16, 11—14: Barbarus heu! cineres insistet victor et . . . ossa Quirini . . . dissipabit insolens. 4) *Consentiunt Marianus Scott., SS. V, p.* 561; *Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 277. *Huc pertinent etiam quae Bernold., De damn. scism. c.* 36, *Lib. II, p.* 43. *a.* 1075. *gesta falso tradit, unde patet etiam Liemarum archiepiscopum Bremensem tunc affuisse.* 4) *Cf. Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 276: Rudolfus dux et caeteri rebelles reconciliantur regi.

1074. pro eo quod regi[a] fidem in adversis servassent et episcopum rebellare temptantem civitate expulissent[1], Colonienses pessimum exemplum emulati suam quoque devocionem insigni aliquo facinore regi gratificare vellent. Ad patrandum quod nefarie machinabantur casus idoneam attulit occasionem. *Apr. 20.* Archiepiscopus[2] pascha Coloniae celebravit, eratque cum eo episcopus Mimigardevurdensis[b, 3], ad communicanda tantae solemnitatis gaudia familiaris amiciciae obtentu evocatus. Cumque exactis ex parte feriis paschalibus abscedere pararet, *Apr. 23.* hi qui archiepiscopi domestica[c] negocia curabant *iubentur *p. 212.* ad evectionem eius navem[d] idoneam providere. Lustratis perspectisque[e] omnibus, unam mercatoris cuiusdam predivitis navim, quia in eos usus competens videbatur, occupant eamque in ministerium archiepiscopi, eiectis mercibus, quas habebat, ocius expediri iubent. Negantibus famulis[f], qui navim servandam susceperant, vim, nisi mature[g] iussa capessant, minitantur. Illi quantum poterant citato cursu ad dominum navis rem deferunt et, quid facto opus sit, consulunt. Habebat ille filium adulta aetate, non minus audacia quam viribus excellentem et tum propter generis affinitatem, tum ob merita sua primoribus civitatis maxime[h] carum et acceptum. Is assumptis famulis suis et iuvenibus ex civitate, quantos in ea trepidatione in auxilium suum consciscere potuit, concitus ad navem[d] evolat et ministros archiepiscopi acriter, ut navis exoccuparetur, insistentes cum iniuria proturbat. Dehinc advocatum urbis[4] in idem opus succedentem tumultusque instaurantem simili constantia repellit, fundit et fugat. Iamque et his et illi sui singulis[i] amici armati subsidio accurrunt[k], et ad magnum[l] discrimen pugnamque ancipitem res spectare videbatur. Perlato nuncio ad archiepiscopum, quod atrocissima sedicione confunderetur civitas, misit festinanter ad sedandos motus populi, irarumque plenus minabatur se proxima sessione sediciosos iuvenes merita pęna coher-

a) regis *B* 1b. b) *sic A* 1. *V.*; Mimigardefurd. *B* 1; Mimigardeñ *B* 2. c) *om. B* 1b. d) *sic h. l. omnes codd.*; navim *V* 1, *ut codd. reliquis locis.* e) prospectisque *B* 2. f) *sic A* 1. *V.*; *om. B* 1. 2. g) iussa mat. *B* 2. h) permaxime *B* 1b. i) *sic A* 1. *V.*; singuli *B* 1. 2. k) adcurrunt *A* 1. l) magnā *B* 1b.

1) *Cf. supra p.* 169. 2) *Sequentia exscripta sunt in Vita Annonis (V.) II,* 21, *SS. XI, p.* 492—494. 3) *Fridericus.* 4) *Franconem, qui in cartis Annonis datis a.* 1061. 1074, *Oct.* 3, *Lacomblet, 'Niederrhein. UB.' I, p.* 126. 142, *nr.* 106. 218, *urbis prefectus appellatur.*

citurum[a]. Erat quippe vir omni genere virtutum florentissimus et in causis tam rei publicae quam aecclesiae Dei spectatae sepius[b] probitatis. Sed unum in tantis virtutibus vicium tamquam tenuis in pulcherrimo[c] corpore nevus[d] apparebat[1], quod, dum ira incanduisset, linguae non satis moderari poterat, sed in omnes sine personarum acceptione rixas et convicia amarissima rotabat. Hoc in se, cum iram paululum digessisset, vehementer et ipse reprehendebat. Vix ad modicum dirempta[e] est concertatio. Sed ferox animis[f] et elatus primo successu iuvenis non cessabat interturbare omnia, percurrensque civitatem varios sermones per populum serebat[g] de insolentia et austeritate archiepiscopi, qui totiens iniusta preciperet[h], totiens innocentibus sua adimeret, totiens honestissimos cives procacissimis verbis incesseret. Nec difficile fuit id hominum genus in omne quod velles tamquam folium quod vento rapitur transformare, quippe qui ab ineunte aetate inter urbanas delicias educati nullam in bellicis[i] rebus experientiam habebant, quique post venditas merces inter vina et epulas de re militari disputari soliti omnia quae animo occurrissent tam facilia factu quam dictu putabant, exitus rerum metiri nesciebant. Preterea in mentem veniebat Wormaciensium insigne preclarumque facinus, quod episcopum suum insolentius agere incipientem urbe expulissent[2], et cum ipsi multitudine, opibus armisque instructiores[k] sint, dedignantur[l], quod inferiores estimentur audacia et archiepiscopum tirannico[m] sibi fastu imperitantem tamdiu muliebriter patiantur. Conferunt primores inepta consilia, saevit vulgus intemperans novarum rerum studio et per totam civitatem spiritu diabolico raptatum ad arma conclamat. Nec iam archiepiscopum urbe expellere sicut Wormacienses, sed per omnes cruciatus trucidare, si copia detur, conspirat[n]. Natalis erat beati Georgii martiris, qui eo anno IIII.[o] feria[p] ebdomadae paschalis obvenerat[q], et archiepiscopus celebrata missarum solemnitate apud Beatum Georgium, cum sermonem

1074. *Apr.* 23.

1. *Petr.* 1, 17.

a) coerc. *A* 1. *B* 1. b) sepe *B* 1b. c) pulcerrimo *B* 1b. d) nervus, *recenti manu corr.* naevus *B* 1b. e) direpta *B* 2. f) animus *B* 2. g) sereucia *B* 1a. h) pcipe-ret *B* 1a. i) n. ibecillis *B* 1a. k) instructores *B* 1b. l) indignantur *B* 2. m) tyr. *A* 1. *B* 2. *V*. n) conspirant *V*. o) quarta *B* 1b. 2. p) frater (*ex* fr) *A* 1. — hebd. *A* 1. *B* 1b. q) abuenerat *B* 2; obuen. — solemnitate *bis scr.* *B* 1a.

1) *Cf. Horat. Sat. I,* 6, 66 *sq.:* velut si egregio inspersos reprendas corpore naevos. *HESSE.* 2) *Cf. supra p.* 185 *sq.*

1074. Apr. 23. faceret ad populum, presagio quodam futurorum, nescius ipse mali, quod imminebat[a], contestatus fuerat audientibus, quod civitas diabolo in potestatem tradita esset et propediem peritura, nisi iamiam impendentem iram Dei per penitentiam inflectere maturarent. Igitur post meridiem, inclinata iam die in vesperum, cum igni oleum, iracundiae[b] accessisset ebrietas, ex omnibus partibus urbis ruunt ad curtim archiepiscopi, et eum[c] celebri quodam loco cum episcopo Mimigardevurdensi[d] cenantem adorti, tela contorquent, saxa iaciunt, nonnullos ex assistentibus interficiunt, caeteros plagis et vulneribus confectos in fugam vertunt. Inter[e] haec conspicantur quam plurimi ipsum talium furiarum incentorem demonem[f] precurrere *insanienti populo, galeatum, loricatum, igneo mucrone terribiliter fulgurantem nec ulli quam sibi similiorem. Cumque militari quodam classico cunctantes, ut se in pugnam sequerentur, concitaret, in ipso impetu, quo portarum seras effracturus vociferando irruebat, repente ex oculis sequentium disparuit. Archiepiscopum sui inter cuneos hostium nubemque iaculorum vix et aegre expeditum in templum sancti Petri abripiunt[g], foresque non modo seris et vectibus, sed admotis etiam magnis molibus obfirmant. Seviunt foris et instar inundantis aquae rugiunt vasa diaboli, plena vino furoris Dei, et per omnia episcopii[h] penetralia discurrentes fores infringunt, thesauros diripiunt, vasa vinaria concidunt, et dum vina in diutinos[i] usus summa ope congesta precipitantius effundunt[k], repletum subito cellarium ipsos — quod dictu quoque ridiculum sit — inopinis fluctibus periclitatos pene suffocaverat. Alii capellam archiepiscopi irrumpentes altare[1] spoliant[m], sacra vasa pollutis manibus contrectant, vestimenta pontificalia diripiunt, dumque omnem suppellectilem sacri ministerii curiosa, immo[n] furiosa diligentia evertunt, reperientes[o] illic quendam pre timore se in angulo[1] occultantem et putantes, quod archiepiscopus esset, interficiunt, non sine gratulabunda[p] exprobratione, quod petulantissimae linguae tandem aliquando modum impo-

*p. 213.

cf. Iob 3, 24. Ier. 25, 15. Is. 13, 5.

a) iminebat *B* 1b. b) acc. irac. *B* 2. c) cum *B* 1b. d) Mimigardfurd. *B* 1; Mimigardefurden *B* 2. e) Iter *B* 1a. f) dyabolum *B* 2. g) *sic A* 1. *V.*; arripiunt *B* 1. 2. h) episcopi *B* 1b. *P. Schr.* i) dīnos (divinos) *B* 2. k) efundunt *A* 1. l) altaria *B* 2. m) spoleant *A* 1. n) ymmo *B* 1b. 2. o) repper. *B* 1a. p) exultacione et *add. B* 1b.

1) altaris *addit Vita Annonis l. l. p.* 493.

1074. *Apr. 23.*

suerint[a]. Sed cognito, quod decepti similitudine essent, et archiepiscopus intra[b] templum sancti Petri et loci religione et murorum firmitate se tutaretur, undique conglobati ipsum templum obsident, muros perfringere dedita opera moliuntur, postremo, nisi ocius sibi tradatur archiepiscopus, ignem quoque[c] se[d] adhibituros minitantur. Tum[e] hi qui intus erant videntes obstinatos esse ad necem eius animos populi, nec ebrietate sola, quae tempore digeri solet, sed pertinacibus etiam odiis et frenetico[f] quodam furore homines agitari, suadent ei, ut mutato habitu effugere conetur de aecclesia et fallere obsidentes, hoc facto et sacras aedes incendii[g] et se mortis periculo liberaturus[h]. Oportunum fugae patrocinium tempus pollicebatur. Sedicione in mediam noctem protracta, horrebant omnia tenebris et caligine, ut haud[i] facile cuiquam esset vultus occursantium discernere. Angustus aditus patebat de templo in dormitorium, item de dormitorio in atrium domumque canonici cuiusdam adherentem muro civitatis. Isque ante paucos dies ortae sedicionis impetraverat ab archiepiscopo, Deo ad salutem archiepiscopi hoc ipsum misericorditer providente, ut rupto muro civitatis parvulum sibi posticum facere sineretur. Ibi eductus archiepiscopus, applicitis propere in evectionem eius et comitum eius[k] quatuor equis, abiit opacae noctis tenebris, ne ab obviantibus agnosceretur, commodissime usus; repertoque post modicum episcopo Mimigardevurdensi[l], sociis iam pulchre pro ea tum calamitate constipatus in locum cui Nŏssen[m] nomen est pervenit. Interim hi qui circa templum erant crebris arietum ictibus muros quatiebant, eratque confusa vox tumultuantium et fidem Dei omnipotentis testantium[n], quod non evasurus esset manus suas, non decepturus obsidentium diligentiam, etiamsi in minima terrae reptilia se transfiguraret. Econtra hi qui[o] obsidebantur nunc supplicando, nunc pollicendo, quod diligentissime quesitum, si inveniretur, ipsis tradituri essent, callide ludebant operam perurgentium, usquequo archiepiscopum longius evectum atque in tuta iam loca progressum esse arbitrarentur. Tum demum reclusis foribus ipsos ingredi et pro libito[p] suo querere sinunt, adiciuntque frustra eum queri intra[q] septa tem-

a) imposuerunt *B* 2. b) inter *B* 1[b]. c) *om.* *B* 2. d) *om.* *B* 1[b]. e) Tanc *V.* f) phrenet. *A* 1. g) incendio *V.* h) liberaturos *B* 2. i) haut *B* 1[a] *solus.* k) *om.* *B* 1. l) Mimigardefurd. *B* 1. 2. m) Nussen *A* 1. *B* 2; Nŏse *V* 1. n) attestancium *B* 2. o) *om.* *B* 1[a]. p) libitu *B* 1. 2. *V.*; *cf. supra p.* 143, *n.* g. q) inter *B* 1[b].

1074. *Apr.* 23. pli, quem certo comperissent primo incursu concitatae multitudinis clara adhuc die urbe egressum, iam in longinquas partes transire potuisse; idque magis suspicandum, quod contractis undique per moram nocturni temporis copiis primo mane ad occupandam armis civitatem sit adventurus. Igitur ingressi, cum omnia templi penetralia diligentius investigando evertissent, vix tandem admissa fide, quod falli potuissent, deinceps ab inquisitionis studio ad tuendam urbem animos vertunt armatamque multitudinem circumquaque per propugnacula dispertiunt[a]. Inter haec arreptum quendam de turba super portam urbis ad ignominiam archiepiscopi suspendunt, magis in hoc furori[b] suo, quo precipites raptabantur, satisfacientes, quam quod crimen ullum suspendio dignum misero obtendere possent[1]. Mulierem etiam quandam de summitate murorum *precipitant fractisque *p. 211. cervicibus interficiunt, hoc ei crimini dantes, quod homines plerumque magicis artibus dementare infamata fuisset. Sed hoc scelus commodiori[c] tempore et pacatiore animo vindicare debuerant. Induxerant etiam in[d] ani- *cf. Marc.* 13, 20. mum, nisi Deus consulens servis suis breviasset dies amentiae eorum, ut monachos de Sancto Pantaleone[e] omnes trucidarent, pro eo quod, expulsis ab archiepiscopo prioribus monachis, novum illic inusitatumque[f] religionis genus instituissent[2]. Preterea iuvenes inpi- (*Apr.* 24). gros citato quantum possent gradu ad regem ire iubent, nunciare ei quae gesta fuerant et suggerere, ut quantocius veniat vacantem expulso archiepiscopo civitatem occupare; in eo verti salutem civitatis et ipsius utilitatem maximam, ut grandia molientem de vindicanda iniuria sua archiepiscopum anticipare conetur. Talibus *Apr.* 23–25. furiis toto triduo agitabantur. Postquam auditum est per provinciam et celebri rumore vulgatum, quod Colonienses archiepiscopum probris[g] et contumeliis affectum urbe fugassent, exhorruit omnis populus novitatem rei, atrocitatem sceleris, spectaculum humanarum rerum, quod vir tantarum in Christo virtutum tam indigna perpeti Deo aspiciente potuisset. Magna eius in pauperes liberalitas, multa in divinis rebus devocio, multa

a) disparciunt *B* 1b. b) furore *B* 2. c) commodociori *B* 1b. d) *deest V.* e) Panthaleone *B* 1. 2. f) inusitatum *B* 2. g) probro *B* 2.

1) Alteri crura succiderunt *addit Vita Annonis l. l.* 2) *Cf. supra p.* 132 *sq. Vita Annonis l. l. p.* 494. *pro his refert eos abbatissam S. Caeciliae, consanguineam Annonis, perimere voluisse.*

in humanis moderatio, vehemens in corrigendis legibus studium, libera in corripiendis qui male agerent severitas omnium ore celebrabantur, earumque rerum commemoratio non minimum ei graciae apud populares conciliabat. Exclamant omnes ad suam magis iniuriam pertinere violatam pontificalis nominis maiestatem et mori sibi satius esse, quam ut tantum flagicium suorum temporum inultum patiantur. Igitur per quatuor[a] vel quinque miliaria circumquaque ad arma conclamant; multa hominum milia dicto cicius concurrunt, nullo qui per aetatem arma ferre posset tam religiosam miliciam detrectante; conglobatique in unum rogant archiepiscopum et cunctantem vi[b] impellunt, ut ad recuperandam civitatem quantocius festinet; se pro eo dimicaturos, et si ea necessitas incumbat, oves pro pastore, filios pro patre libenter mortem excepturos. Quod nisi Colonienses maturent venientem suscipere et pro ipsius arbitratu satisfacere offenso, se aut ingesto igne populum[c] cum civitate consumpturos, aut dissipato muro eum super congeriem occisorum in cathedram pontificalem reducturos. Ita archiepiscopus quarto die postquam exierat, magno vallatus agmine, ad urbem accessit. Quod ubi Coloniensibus compertum est, et se tantae tamque efferatae multitudinis impetum nec muro nec acie sustinere posse animadvertunt, tum primum furor deflagrare, ebrietas vanescere[d] cepit; magnoque terrore concussi obviam legatos de pace miserunt, se reos confitentes et omnem, quam[e] vita incolumi iuberentur, pęnam pendere paratos. Archiepiscopus digne penitentibus se veniam non negaturum respondit. Tum[f] celebrata missarum solemnitate apud Sanctum Georgium, eos qui pontificem sede propria expulissent, qui aecclesiam homicidio polluissent, qui templum sancti Petri hostiliter impetissent, qui caetera religionis iura ausu barbaro temerassent, episcopali banno ad satisfactionem vocavit. Protinus omnes nudis pedibus, laneis ad carnem induti processerunt, vix et aegre impetrata pace multitudinis, quae circa episcopum erat, ut hoc tuto facere sinerentur. Nam et vehementer ei succensebant, quod, dum inmoderatius[g] clementiam[h] ostentando popularis fieri vellet, nefarios homines ad audenda nequiora huius sceleris impunitate animaret. Archiepiscopus eos

1074. (Apr. 23–25).

Apr. 26.

a) IIII vel V B 1[a]. b) om. B 1[a]. 2. c) populus B 1[b]. d) evanescere V. e) quē B 2. f) Tunc B 1[b]. g) mod. corr. inmod. B 1[b]. h) demenciam B 1[a].

1074. Apr. 26. postero die ad suscipiendam secundum canonum scita penitentiam tam immanis flagicii ad Sanctum Petrum presto esse iubet. Ipse progressus ad Sanctum Gereonem, ibi extra urbem pernoctare statuit; veritusque[a], quod tradita civitate vis concitatae multitudinis inhiberi non posset, sed partim iniuria, partim predae cupidine[b] accensi acerbius saevirent in populum, obnixe rogat provinciales, qui secum erant, ut singuli in sua cum pace recederent[c]; satis se opera eorum usum et evidens tulisse documentum, quid animi oves erga pastorem, filii erga patrem gererent; asperrimam partem negocii multa eorum virtute exactam esse; caetera quae restent facile iam privata ac domestica manu posse confici. Proinde, quod bonum, felix faustumque esset, abirent in domos suas, hanc reportantes spem, quod huius beneficii gratia apud eum seu vivum seu defunctum perpetuo *mansura foret. *p. 215. Hoc vix impetrato, milites suos, quantos ad comprimendos urbanos motus, si qui forte levitate vulgi instaurarentur, sufficere putabat, precedere in civitatem iubet, secuturus ipse proxima luce, cum eorum qui precessissent diligentia, ne quid forte insidiarum lateret in civitate, precavisset. Ea nocte sexcenti[d] aut eo amplius mercatores opulentissimi ex urbe profugi ad regem se contulerunt, intercessionis eius opem adversus archiepi-
Apr. 27. scopi seviciam imploraturi[1]. Caeteri ingresso archiepi-
Apr. 28. 29. scopo civitatem et toto triduo iuxta condictum expectanti[e] minime se presentaverunt ad proponendum aliquod satisfactionis genus. Unde indignitatem rei non ferentes episcopi milites, inscio, ut plurimi asserunt, atque inconsulto archiepiscopo, arma rapiunt, domos incursant, possessiones diripiunt, occursantes partim sternunt, partim captos in vincula coniciunt, et prorsus, ut veritati vel coacto[f] assentiamur, multo ferocius, quam tanti pontificis existimationi competeret, iustae ultionis negocium exsequuntur[g]. Sed gravior morbus acriori indigebat antidoto. Filius supramemorati mercatoris, qui primus sedicione inflammaverat populum, et pauci alii luminibus sunt orbati, nonnulli virgis cesi ac detonsi, omnes gravissimo rei familiaris damno[h] mul-

a) veritus *B* 1[b]. b) cupiditate *B* 2. c) recederant *B* 2. d) sexcenta *B* 1[b]. e) exspect. *B* 2. f) *sic B* 1. 2. *V.*; coacti *A* 1. g) exsecuntur *A* 1. *B* 1[b]; exequuntur *V.* h) *om. B* 1[a].

1) *Eos qui* nocturnis se temporibus subtraxerunt graviora minantes *Anno die dominica Apr.* 27, *qua civitatem ingressus est, anathematizavit, ut ipse scripsit archiepiscopo Trevirensi, Sudendorf, Registrum I, p.* 5, *nr.* 3.

1074. (Apr. ex.) tati[a] atque iusiurandum dare compulsi, quod deinceps archiepiscopo civitatem contra omnium hominum violentiam, quantum consilio et armis possent, vindicaturi essent et eos qui ex urbe profugerant, quoad digne archiepiscopo satisfecissent, semper pro infestissimis hostibus habituri. Ita civitas paulo ante civibus frequentissima et post Mogontiam caput et princeps Gallicarum urbium subito pene redacta est in solitudinem; et cuius plateae vix capiebant stipata viantium examina, nunc rarum ostendit hominem, silentio et horrore omnia desiderii quondam ac deliciarum loca possidentibus. Nec futurum hoc dubia significaverant presagia. Peregrinus quidam ad celebrandam[b] palmarum festivitatem[b*] illuc (Apr. 13.) ipso anno devenerat[c]. Is vidit[e] per somnium[e] corvum quendam horrendae magnitudinis per totam volitare Coloniam et terribiliter crocitando populum tali spectaculo attonitum huc et illuc agitare, supervenire post haec[f] virum tam veste quam forma precellentem, qui et corvum horrifico sonitu perstrepentem urbe expelleret et populum mente consternatum iamque[g] extrema omnia formidantem cassa formidine absolveret. Cumque a circumstantibus interpretationem somnii horrore concussus quereret, audivit, quod civitas propter peccata populi diabolo in potestatem tradita fuisset, sed interventu[h] Georgii martiris liberata instantis iam atque a Deo predestinati interitus necessitatem evasisset[i].

Rex, celebrata in[k] Babenberg paschali solemnitate, (Apr. 20.) in Nŏrenberg[l] perrexit obviam legatis apostolicae sedis. Erant autem hi: mater eius imperatrix, episcopus Ostiensis[1], episcopus Prenestinus[2], episcopus Curiensis[3], episcopus Cumensis[4], missi a Romano pontifice componere, si possent, multo iam tempore vacillantem statum Gal-

a) mulctati *B* 1b. 2. b) celebrandꝫ *B* 2. b*) festivitutam *A* 1. c) aduenerat *A* 1. d) videt *B* 1b. e) somnum *A* 1. f) hoe *B* 1b. g) *sic A* 1. *V*.; iam *B* 1. 2. h) sancti *add. B* 1b. i) euasit *B* 2. k) *om. B* 2. l) Norenberg *B* 1a; Nurenberg *A* 1; Nurinberg *B* 2.

1) *Geroldus.* 2) *Humbertus. Cf. epist. Gregorii VII, Jaffé, Bibl. II, p.* 537*; Bonizo l. VII, Lib. I, p.* 601*; Pauli Bernried. Vita Gregorii VII. c.* 62*; Vita Anselmi Luc. c.* 14*, SS. XII, p.* 17*; Manegold. c.* 25*, Lib. I, p.* 358. *Ex hoc vel ex ignoto fonte sumptu videntur quae ad hanc legationem spectantia in diplomate spurio, demum saec. XII. conscripto, (St.* 2788*) leguntur:* iubente matre mea Agnete, quae cum apostolici Gregorii legato Geroldo Hostiensi episcopo et cardinalium primo praesens aderat; *Ann. Saxo, SS. VI, p.* 702 *sq.* 3) *Heinricus. Hunc solus Lamp. nominat, sed et Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 276. *praeter duos episcopos cardinales plures fuisse legatos significat.* 4) *Rainaldus.*

1074. (Apr. Mai.) liarum. Nec tamen cum rege sermonem communicare sepius rogati consenserunt, donec secundum ecclesiasticas leges penitentiam professus per iudicium eorum anathemate absolveretur[1], pro eo quod propter venditas ecclesiasticas dignitates symoniacae[a] hereseos insimulatus fuisset apud sedem apostolicam. Itaque petierunt verbis Romani pontificis, ut sinodum[b] tenere intra[c] Gallias pace episcoporum sinerentur. Vehementer hoc[d] abnuerunt omnes episcopi tamquam inusitatum longeque a suis racionibus alienum, nec se huius auctoritatis *privilegium ulli alii[e] preterquam ipsi Romano pontifici *p. 216. unquam delaturos affirmabant[2]. Siquidem intenderat Romanus pontifex, ut omnes episcopos et abbates, qui sacros gradus precio redemissent, discussione habita deponeret. Iamque hac[f] de causa Babenbergensem episcopum et alios nonnullos ab omni divino officio suspenderat[3], donec coram venientes inustum sibi crimen hereseos digna satisfactione purgarent. Et rex quidem cupide hoc[g] volebat odio Wormaciensis episcopi et quorundam aliorum, qui eum bello Saxonico offenderant, quos hac calumnia involvendos et dignitatis suae detrimenta passuros spe certissima presumpserat[4]. Sed quia

a) simon. *B* 1[b] *h. l. solus.* b) syn. *A* 1. c) inter *B* 1[b]. d) hec *B* 1. 2. e) propter *add. B* 1[a]. f) de hac *B* 1[a]. g) *om. B* 1. 2.

1) *In invidiam regis Lampertus has res depravavit. Rex tunc minime anathemate constrictus erat. Cf. Ranke, 'Werke' LI, p.* 138. *Legati episcopi Babenbergensis communionem vitaverunt, ut testatur Marianus Scottus, SS. V, p.* 561. *XIII, p.* 78 *sq. Lefarth p.* 69 *sq. quidem recte monuit Gregorium tunc regem quodammodo extra communionem positum dixisse (Gregorii Reg. I,* 85, *l. l. p.* 106*), sed aliud est anathemate constrictum esse.* 2) *Liemarus archiepiscopus Bremensis maxime, secundo loco archiepiscopus Moguntinus obstiterunt, ne concilium celebraretur. Vide Gregorii epist. datam a.* 1074, *Dec.* 12, *Reg. II,* 28, *l. l. p.* 140 *sq. Quae epistola in Reg. pont. ed.* 2. *nr.* 4810. *perperam in a.* 1073. *posita est, cum Dünzelmann, 'Forschungen' XV, p.* 523. *et Beyer, ib. XXI, p.* 410. *nihil aliud probaverint quam se male legisse quae de his rebus testimonia exstant. Cf. Bonizo l. VII, l. l. p.* 602; *Liemari epist., Sudendorf, Reg. I, p.* 8 *sq., nr.* 5. 3) *Minime. Demum in synodo Romae a.* 1075, *Febr.* 24 — 28. *celebrata episcopi Spirensis, Argentoratensis, Babenbergensis ab officio suspensi sunt; Gregorii VII. Reg. II,* 52a, *l. l. p.* 170. *Cf. Gregorii epist. datam a.* 1074, *Dec.* 4, *Reg. II,* 29, *l. l. p.* 141 *sq. (in Reg. pont. ed.* 2. *nr.* 4811. *falso ad a.* 1073, *Dec.* 12. *positam); epist. Gregorii VII. datam a.* 1074, *Iun.* 12, *Reg. I,* 84, *l. l. p.* 105, *qua se causam eius Herimanno episcopo commendasse scribit (Reg. pont. ed.* 2. *nr.* 4872*).* 4) *Quam inepta sit haec maligna criminatio regis, patet ex eo, quod nemo adversariorum regis tunc posteare symoniacae quam dicunt hereseos accusatus fuerit, complures vero fide-*

per legatos res tanta confici posse desperabatur, consulto in audientiam ipsius Romani pontificis dilata est. 1074. (Apr. Mai.)

Rex, dimissis legatis, non solemni more indictam expeditionem, sed repentino ac tumultuario milite collectum exercitum ducere parabat[a] in Ungariam, comperto, quod Salomon rex Ungariorum a Ioiade Beli filio bello[b] impetitus[c] et tribus iam preliis victus, amisso exercitu, vix de regno effugisset. Ut eius miseriae subveniret, et affinitati prestabat, quam tradita illi[d] in coniugium sorore sua[1] contraxerat, et utilitatibus propriis[e], quia magnam ei partem regni sui pollicitus fuerat, si eius beneficio[f] expugnatis hostibus in regnum restitueretur. Cumque Ratisponam[2] venisset, insecuta est eum (Maio). legatio familiarium eius nunciantium, quod Willehelmus[g] cognomento Bostar[3] rex Anglorum ab[h] archiepiscopo Coloniensi vana pollicitatione illectus cum magno exercitu adventaret, regni sedem Aquisgrani occupare paratus[4]. Territus rex tam atroci nuncio ac privatae rei curam externis negociis antehabendam ratus, omissa[i] in Ungariam expeditione, ad Rhenum[k] concitus remeavit. Pentecosten[l] Mogonciae[m] celebravit[5], splendide ac popu- Iun. 8. lariter ab archiepiscopo Mogonciacensi acceptus atque habitus. Inde cum Coloniam ire instituisset, multum spirans irarum et comminationis in archiepiscopum Coloniensem, ille missis in occursum eius nunciis mandavit falsam omnino ac scenicis figmentis similem esse fabulam, quam in eum emuli sui composuissent, hi nimirum, qui eum paulo ante urbe expulissent et nunc ad opprimendum eum, quoniam armis non possent, mendaciis grassarentur. Se non ita rationis expertem vel communis commodi negligentem esse, ut in ultionem privatae

a) *om. B* 1. 2. b) *om. B* 2. c) impe||tus *B* 1a. d) sibi, *superscr.* illi *B* 1b. e) propiis *B* 1a. f) beneficils *B* 2. g) *sic B* 1b. *V.*; Wilhelmus *A* 1. *B* 1a. 2. h) *om. B* 1a. i) obmissa *B* 2. k) Renum *B* 2. *V.* l) Penthec. *B* 1b. 2. m) *sic h. l. A* 1. *B* 1a. b, *semper fere B* 1a. b.

lissimorum eius fautorum. Praeter testes p. 193, *n.* 2. *allatos vide quae Gregorius ipse regi symoniacos extirpaturo hac de re scripserit a.* 1074, *Dec.* 7, *Reg. II,* 30, *l. l. p.* 142. *et a.* 1075, *Iul.* 20, *Reg. III,* 3, *l. l. p.* 205 *sq. Cf. Delbrück p.* 39 *sq. Infra p.* 240. *Lamp. hanc ineptam calumniam ruminavit.* 1) *Iudith (Sophia). Cf. supra p.* 78. 2) *Ubi die Maii* 25. *diploma dedit (St.* 2777*).* 3) *I. e. Bastardus. Sequentia exscripta sunt in Vita Annonis II,* 22, *l. l. p.* 495. 4) *Wilhelmus tunc in Normannia moratus est. Cf. 'Two of the Saxon Chronicles' ed. Earle p.* 212; *Flor. Wigorn. ed. Thorpe II, p.* 10 *sq.; Ann. Normannicos multos; Freeman, 'Hist. of the Norman Conquest' IV, p.* 568 *sqq. Cf. Bruno c.* 36. 5) *Ubi etiam die Iun.* 12. *diploma dedit (St.* 2778*).*

1074. (Iun.) iniuriae patriam suam barbaris prodere velit, nec ea levitate a puero vitam[a] instituisse, ut quisquam sanum aliquid sapiens tam inepta de se suspicari possit[b]. Impetrata per legatos coram veniendi copia, in Andernachen[c] regi occurrit. Cumque rex de his quae compererat[d] severissime questionem promulgaret, proditae quidem rei publicae crimen, quod obiciebatur, sacramento purgavit. Caetera, quae delata fuerant[1], ait rex se veteri amiciciae ac pontificali nomini condonare nec pro iure suo expostulare velle. Ita non extincto, sed interim cohibito furore, Coloniam processit. Ibi postero die ad iudicandum populo assedit, sperans per accusationem[e] eorum, quos archiepiscopus propter iniurias suas[f] pęna affecerat, occasionem sibi futuram, ut eum sedicione concitata rursus civitate exturbaret vel propter oppressos per calumniam[g] innocentes saltem reum maiestatis faceret. Sed ille omnes accusationum[h] strophas[i] responsi veritate[k] ac sententiarum gravitate tamquam aranearum telas dirupit[l, 2]. Postquam rex innocentia[m] eius ac vitae integritate, consiliis quoque omnia septa vidit nec ullum patere locum calumniae[g], ad aliud se vertit genus iniuriarum. Exegit ab eo, non precibus quidem, ut oportuit, sed imperiosa quadam auctoritate, ut Coloniensibus admissae in se temeritatis veniam daret excommunicatosque aecclesiae reconciliaret[3], preterea ut ad firmamentum conservandae erga[n] se inperpetuum fidei sex sibi ex militibus suis obsides daret. Utrumque ille cum magna constantia negavit, obsides quidem, quod nullus regum priorum tale quid ab aliquo precessore[o] suo postulasset, *excommunicatorum[p] autem reconciliationem, quod sine digna penitentiae satisfactione excommunicatos in aecclesiam recipi leges aecclesiasticae vetarent. *p. 217. Imminebat ille vehementer, comminans omnia se incommoda[q] illaturum et cuncta quae illius sint[r] ferro et igne demoliturum. Perstabat hic fixus in proposito, dicens se mori[s] quidem paratum, si ipse cum

a) *om.* *B* 1b; vitam a puero *V.* b) posset *corr.* possit *B* 1b. c) Andernachin *B* 2. d) cōperat *B* 1b. e) occasionem *B* 1b. f) *om.* *B* 1b. g) calumpn. *B* 1a *h. l.* 2 *saepe. V.* h) occasionum *B* 1b. i) scrophas *B* 1a. k) veritati *B* 1b. l) disrupit *V.* m) innocencie *B* 1b. n) *sic* *B* 1. 2. *V.*; se erga *A* 1. o) predecessore *B* 2. p) excomm. — satisfactione *om.* *B* 2. q) incomoda *B* 1b. r) *sic* *B* 1. 2. *V.*; sunt *A* 1. 1a. s) quidem mori *B* 2.

1) *Nescio an huc spectent quae Lamp. infra (SS. V, p. 239 sq.) de epistola Annonis tradit.* 2) *Cf. Is.* 59, 5: Ova aspidum ruperunt et telas araneae texuerunt. *Iob* 8, 14: sicut tela aranearum fiducia eius. 3) *Cf. supra p.* 192, *n.* 1.

1074. (Iun.) Coloniensibus conspirasset ad eum interficiendum, sed nunquam retinendae vitae studio ab iure[a] ad iniuriam declinaturum. Diu anceps erat pugna, et utrorumque milites magna concusserat sollicitudo expectatione tam tristis spectaculi. Tandem evictus rex ab his, quorum consiliis plurimum tribuebat, flexit sententiam et ait malle se cum eo beneficiis certare quam maleficiis; et si eum fidum sibi devotumque in causis rei publicae experiretur[b], primum deinceps inter amicos habiturum. (Iun. Iul.) Hoc modo reconciliatus archiepiscopo Aquasgrani[c] perrexit et adversus ea, quae de irruptione barbarorum fama vulgaverat, eam regni partem quantum poterat communivit[d].

Iun. 9. Rûthardus[e] abbas Herveldensis monasterii V.[f] Idus Iunii decessit, vir in sacris scripturis adprime[g] eruditus et sic ad loquendum[h] expeditus, ut nemo illa aetate verbum Dei copiosius, nemo subtilius, nemo elegantius tractaret. Alias in observatione[i] sanctae regulae paululum quam mores et tempora expeterent remissior erat. Is miro iudicio Dei, qui quos diligit corripit et flagellat (Hebr. 12, 6.7.) omnem filium, quem recipit, ante diem mortis suae sensu defecit et per continuos duos annos et sex menses frenesi[k] pariter et epilempsi[l] gravissime vexabatur. Defunctus est autem anno[m] integro et sex mensibus exactis, posteaquam abbatia se[m] abdicaverat[1]. Quod tamen factum adeo penitens deflebat, quotiens a stupore atque hebetudine mentis paululum respiraverat, ut ambiguum esset, morbo[n] an merore gravius acerbiusque tabesceret[o].

c. Iul. 15. Mediante Iulio regressum regem de[m] Lutheringia[p] Wormaciam iterum adierunt legati regis Ungariorum orantes obnixe, ut memor affinitatis, memor actae simul a puero aetatis[2], maturius[q] subveniret expulso. Et quia preces tardius movebant privatis occupationibus intentum, datis XII obsidibus fidem[r] ei firmabant, quod, si eius beneficio in regnum restitueretur, deinceps ei tributarius dictoque obtemperans foret[3] et sex ei munitissi-

a) iurie *B* 1[b]. b) expiretur *B* 1[b]. c) *sic A* 1. *B* 1[b]. *V.*; Aquisgrani *B* 1[a]. 2. d) etc. *add. B* 1[b]. e) Ruthardus *A* 1. 2. *B* 1[a]. 2. f) quinto *A* 2. *B* 1[b]. g) appr. *B* 1[a]. 2. h) alloquendum *B* 1[b]. i) obseruacionē *B* 1[b]. k) phren. *A* 1. 2. l) ephilēpsi *B* 1; epilepsia *A* 1. 2. m) *om. B* 1[a]. n) an m. an *B* 1[a]. o) thab. *B* 2. p) Luteringia *B* 2. q) maturius — privatis *om. B* 1. 2. r) fidei *B* 1[b].

1) *Cf. supra a.* 1072, *p.* 139. 2) *Cf. supra a.* 1061, *p.* 78. *Cf. Horat. Carm. I*, 36, 7. 8: memor actae non alio rege puertiae. 3) *I. e. regnum suum in beneficium (feudum) ab Heinrico rege susciperet. Cf. Gregorii Reg. II*, 13, *l. l. p.* 127 *sq.*

1074. mas Ungariae civitates in argumentum nunquam irrum- *(Iul. Aug.)* pendae fidei traderet. Hac mercede redemptus ilico missis circumquaque nunciis principes in expeditionem solemni indictione evocavit. Sed alii temporis angustias, alii rei familiaris inopiam, plerique, quod opes suae bello Saxonico nimium attritae fuissent, item alii aliud excusationis genus obtendentes, omnes pariter miliciam[a] detrectabant. Ipse tamen, ne tantum rei publicae commodum casu[b] oblatum sua ignavia cor- *(Aug. Sept.)* rumperetur, gregario tantum ac privato milite contentus, infesto exercitu ingressus est Ungariam et nonnullas eius regiones hostiliter peragravit. Porro Ioas, qui Ungariam occupaverat, comperto eius adventu, summa industria id operam dedit, ut in locis, in quibus irruptio[c] hostium timebatur, nihil homines alimentorum, nihil animalia pabulorum reperirent, et sic ipse cum omnibus suis[d] in quandam insulam propter locorum difficultatem omnino hostibus inaccessibilem[e] se contulit. Exercitus regis, qui ad tanti[f] belli administrationem nihil sumptuum preparaverat, gravissima statim laborabat inedia, adeo ut homines plerosque, animalia pene omnia brevi pestilentia et fames consumerent. Qua[g] necessitate compulsus rex, nullo insigni facinore perpetrato, Ungaria *Sept. 29.* excessit[1], et post festum sancti Michaelis Wormaciam *Oct.* reversus, ordinatis ibi pro tempore et copia regni nego- *(Nov.)* ciis, Ratisponam rediit[2], dispositum habens id quod *(Dec.)* reliquum erat temporis usque ad natalem[h] Domini in peragrandis[i] Baioariae atque Alemanniae[k] civitatibus insumere[3].

(Mart.) Hildebrandus[l] papa cum episcopis Italiae conveniens iam frequentibus sinodis[m. 4] decreverat, ut secundum instituta antiquorum canonum presbiteri[n] uxores

a) maliciam *B* 1[a]. b) casum *B* 1[b]. c) irrupto *A* 1. d) *deest B* 1. 2. e) inaccesibilem *B* 1[a]. f) tantā *B* 2. g) Quia *B* 1[a]; Qui *eadem manu corr.* Qua *B* 1[b]. h) nat *B* 1[a]; nativitatem *B* 1[b]. 2. i) peragendis *B* 1[a]. k) Alemanie *B* 1[b]. 2. l) *sequentia — p. 202, l. 3. habet B* 3[b]. m) syn. *A* 1. *B* 1[a]. 3[b]. n) patri *A* 1; patres *A* 1[a] (*sed Schr. corr.* presbyteri); pr̄i *B* 3[b], *ut archetypus habuisse videtur.*

1) *Cf. Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 277; *Ann. Yburg., SS. XVI, p.* 436; *Mellic., SS. IX, p.* 499; *August., SS. III, p.* 128; *Notae Weltenburg., SS. XVII, p.* 572; *Ann. Ottenb., SS. V, p.* 7; *Simon de Keza l. II, SS. XXIX, p.* 544; *Büdinger, 'Ein Buch Ungarischer Gesch.' p.* 43—48. 2) *Ubi die Nov.* 26. *diploma dedit (St.* 2782*).* 3) *Berthold. (Ann. S. Blasii) l. l.:* per Augustam et Augiam Argentinam devenit. 4) *Una tantum a.* 1074, *mense Martio celebrata (Marianus Scottus, SS. V, p.* 560 *sq. XIII, p.* 78 *sq.). Lampertus postea scribens quae postea acta sunt falso antecepit. Cf. Jaffé, Reg. pont. ed.* 2. *I, p.* 603 *sq.*

non habeant, habentes aut[a] dimittant aut deponantur, 1074. nec quisquam omnino ad sacerdocium admittatur, qui *p. 218. non in *perpetuum continentiam vitamque celibem profiteatur. Hoc decreto per totam Italiam promulgato, crebras litteras ad episcopos Galliarum transmittebat, precipiens, ut ipsi[b] quoque in suis aecclesiis similiter facerent atque a contubernio sacerdotum omnes omnino feminas perpetuo anathemate resecarent[1]. Adversus hoc decretum protinus vehementer infremuit tota[c] factio clericorum, hominem plane hereticum et vesani dogmatis esse clamitans, qui oblitus sermonis Domini, quo[d] ait: *Non omnes capiunt hoc verbum; qui potest capere, capiat,* Matth. 19, 11. 12. et apostolus: *Qui se non continet, nubat; melius est enim* 1. Cor. 7, 9. *nubere quam uri,* violenta exactione homines vivere cogeret ritu angelorum, et dum consuetum cursum naturae negaret, fornicationi et inmundiciae frena laxaret[2]; quodsi pergeret sententiam confirmare, malle se sacerdocium quam coniugium deserere, et tunc visurum eum, cui homines sorderent[3], unde gubernandis per aecclesiam Dei plebibus angelos comparaturus esset. Nihilominus ille instabat et assiduis legationibus episcopos omnes socordiae ac desidiae arguebat, et nisi ocius iniunctum sibi negocium exequerentur[e], apostolica se censura in eos animadversurum comminabatur. Archiepiscopus Mogontinus sciens non parvo constare operam hanc, ut tanto tempore inolitam consuetudinem revelleret[f] atque ad rudimenta nascentis aecclesiae senescentem iam[g] mundum reformaret, moderatius agebat cum eis; et primo eis in dimidium annum inducias et deli- (Apr.) berandi copiam dedit, hortans eos, ut quod necessario faciendum sit sponte faciant et tam sibi quam Romano pontifici necessitatem adimant aliquid in eos, quod secus

a) autem (aut̄ *B* 1b) *B* 1. 3b. b) ipi *B* 1a. c) omnis, *eadem manu superscr.* tota *B* 2. d) qui *B* 1b. e) exseq. *B* 1a. 2. f) refelleret *B* 2. g) *om.* *B* 3b.

1) *In unica epistola Gregorii VII. hoc anno Nov.* 18. *data (Reg. II,* 25, *Jaffé, Bibl. II, p.* 137 *sq.) ad Annonem huius rei mentio facta est, cum epist. collectas Gregorii nr.* 3—5, *Jaffé, Bibl. II, p.* 523—526, *demum a.* 1075. *datas esse recte iudicasse videntur Giesebrecht in 'Münchener hist. Jahrbuch'* 1866. *p.* 125. *et O. Meltzer, 'Papst Gregors VII. Gesetzgebung' (Leipzig* 1869*) p.* 60 *sqq. Et a.* 1075. *multae aliae epistolae de continentia clericorum ad episcopos Germaniae datae sunt. Reg. II,* 62. 66. 67. 68*; epist. coll. nr.* 10, *l. l. p.* 532 *(falso a.* 1074, *Dec. adscripta in Reg. pont. ed.* 2. *nr.* 4902*).* 2) *Cf. Pseudo-Udalrici epist., Lib. I, p.* 255—260. 3) *Cf. Iob* 18, 3: Quare . . . sorduimus coram vobis? *Liv. IV,* 25, 11: se suis etiam sordere.

1074. Oct. sit, decernendi. Ad ultimum congregata sinodo[a] in Erphesfurt[b] mense Octobri pressius iam imminebat, ut relegata omni tergiversatione inpresentiarum aut coniugium abiurarent aut sacri altaris ministerio se abdicarent[1]. Multas econtra illi raciones asserebant[c], quibus instantis perurgentisque improbitatem eludere sententiamque cassare niterentur. Cumque adversus apostolicae sedis auctoritatem, qua se ille ad hanc exactionem preter voluntatem propriam compulsum obtendebat, nihil argumenta, nihil supplicationes precesque[d] proficerent: egressi tanquam ad consultandum, consilium ineunt, ut in sinodum[e] non redeant, sed iniussi omnes in domos suas discedant. Nonnulli etiam confusis vocibus clamitabant melius sibi videri, ut in sinodum[f] regressi ipsum episcopum, priusquam execrabilem adversum[g] eos sententiam promulgaret, cathedra episcopali deturbarent et merita morte multato[h] insigne monimentum ad posteros transmitterent, ne quis deinceps successorum eius talem sacerdotali nomini calumniam struere temptaret. Cum ad episcopum relatum esset hoc eos machinari, commonitus a suis, ut tumultum, qui oriebatur, matura moderatione preverteret, misit ad eos foras rogavitque, ut sedato pectore in sinodum[e] regrederentur; se, cum primum oportunitas arrisisset, Romam missurum et domnum[i] apostolicum, si qua posset racione, ab hac sententiae austeritate deducturum. Postero die admissis in auditorium[k] communiter laicis et clericis, veterem illam de reddendis decimis querelam replicat, et quasi nihil bello Saxonico, nihil actum sit conditionibus, quibus paulo superius in Gerstingun[l] pax convenerat, de integro Turingos[m] omnes de iniusta[n] decimarum retentatione[o] reos addicere molitur, nec recogitat hanc causam originem seminariumque extitisse omnium calamitatum[2], quibus per plures iam annos res publica incommodissime

a) syn. *A* 1. *B* 1ª. 3ᵇ. b) Erpesfurht *A* 1; erphesfurdt *B* 1ᵇ. c) afferebant *B* 2. d) preces *B* 3ᵇ. e) syn. *A* 1. *B* 1. 3ᵇ. f) syn. *A* 1. *B* 1ª. 3ᵇ. g) aduersus *B* 2. *N.* h) mulctato *A* 1. *B* 2. i) dominum *A* 1. *B* 1; dn̄m *B* 2. k) adiutorium *B* 1ª; audi *e corr.* *B* 1ᵇ. l) Gerstingim *B* 1ᵇ; Gerstungun *B* 2. m) Thur. *B* 1ª. 2. 3ᵇ; Thuringis *B* 1ᵇ. n) dein iusta *B* 1ᵇ. o) detencione *B* 2.

1) *Valde mirum est, quod Sigefridus iam a.* 1074. *de connubiis clericorum solvendis tractasse dicatur, cum decretum de continentia clericorum demum a.* 1075. *in Germania promulgatum sit, cumque hac de re nihil in epistolis Sigefridi, nihil in epistolis Gregorii VII. legatur. Potius in synodo a.* 1075. *Oct. celebrata, de qua infra p.* 226 *sq. Lamp. retulit, haec acta esse crederem.* 2) *Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 186 *sq.*

vexabatur[1]. Indigne nimis tulerunt[a] hoc Turingi[b], ut- 1074. *Oct.* pote qui propter recentem belli successum tumidos adhuc spiritus gerebant sibique vanissime[c] persuaserant, quod post triumphatum regem et acceptum gustum audaciae eorum[2] nullus deinceps futurus esset episcopus, qui eis aliquam super hac re movere molestiam auderet. Primo tamen temperatis responsionibus ei suggerunt non alia se[d] racione in Gerstingun[e] recuperandae paci consensisse, quam ut legittima[f] sua a primis diebus statuta rata[g] sibi in perpetuum atque inconvulsa manerent[3]. Cum haec replicando surdis auribus fabulam narrare viderentur, subito efferata mente se foras proripiunt, ad arma conclamant et ad momentum contracta ingenti[h] multitudine in sinodum[i] prorumpunt; et nisi maturius milites episcopi intercessissent et blandiendo racionemque reddendo pocius quam repugnando — quo- *p. 219. niam *viribus impares erant — ferocientis turbae impetum inhibuissent, in ipsa cathedra episcopali episcopum oppressissent[4]. Ita soluta est sinodus[i], tam episcopo quam cunctis qui assederant clericis ultima formidine consternatis et passim per omnes aecclesiae angulos latebras sibi quaerentibus. Statim episcopus ab Erphesfurt[k] discedens, reliquam partem anni usque ad epipha- 1075. *Ian.* 6. niam in Heilegenstat[l] exegit, et per omnes festos dies inter[m] sacra missarum solemnia eos qui sanctam sinodum[i] turbaverant ad penitentiam sub episcopali banno evocavit.

MLXXV. Rex natalem[n] Domini Argentorati cęle- 1074. *Dec.* 25. bravit. Cumque adessent quam plurimi ex principibus, quos ille dedita opera[o] de toto regno ad diem festum

a) hoc tul. *B* 2. b) Thur. *B* 1. 2. 3^{b}. c) *om.* *B* 3^{b}. d) *om.* *B* 2. e) Gerstingim *B* 1^{b}; Gerstungun *B* 2. f) legitima *A* 1. *B* 1^{a}. 3^{b}. g) *om.* *B* 1^{b}. h) mult. ing. *B* 2. i) syn. *A* 1. *B* 1^{a}. 3^{b}. k) Erpesphurt *A* 1; erphesfurd *B* 1^{b}; Erpesfurt *N.* l) *sic* *B* 1; Helegenstat *A* 1; Heiligenstat *B* 3^{b}; Helingenstadt *B* 2; Heiligenstait *N.* m) intra *B* 2. n) nat *B* 1^{a}. 3^{b}; nativitatem *B* $1^{b.c}$. 2. o) opera *B* 1.

1) *Cf. supra p.* 141. 146. 2) 2. *Mach.* 13, 18: accepto gustu audaciae Iudae. 3) *Nihil de decimis Thuringorum in pace Gerstungensi statutum esse, quod nec Lamp. ipse (supra p.* 177 *sq.) dixit, ostenderunt et Lampertum fraudis convicerunt Delbrück p.* 40 *sq. et Ausfeld p.* 75—78. 4) *Ad haec spectare videntur quae Sigefridus Gregorio VII. scripsit, Cod. Udalr. nr.* 40, *Jaffé, Bibl. V, p.* 87: ut, dum monerem eos, ut omnipotenti Deo obedirent, ipsi econtra armata manu promiscuae plebis me et meos obsiderent *etc. Codicis Udalriciani nr.* 40. *ex duabus epistolis compositus videtur, quarum prioris a.* 1074. *in. scriptae extrema pars, posterioris a.* 1074. *ex. vel* 1075. *in. scriptae initium perierint.*

Iudith 2, 2. evocaverat, *habuit cum eis misterium consilii sui* et eos 1074. *(Dec. ex.)* modis omnibus ad instaurandum bellum Saxonicum sollicitabat[1]. Multa in presens largiebatur, plura in futurum pollicebatur, nullum postremo vel infimae condicionis, qui modo conficiendis tantis rebus commodus putaretur, relinquebat, quem non dato vicissim et accepto iureiurando fidum sibi et obnoxium faceret. Cum ea potissimum pollicitatio omnes ad consentiendum inflecteret, quod sub testificatione iurisiurandi singulis promittebat, si eorum auxilio Saxoniam Turingiamque[a] recuperasset, quod ipsis utramque provinciam pro arbitratu suo inter[b] se partiendam et perpetuo iure possidendam traditurus esset[2]. Ita ira aestuans nihil quam sanguinem eorum qui se offenderant malebat. Quod tamen anno iam[c] integro quam maxime dissimulaverat, adeo ut principes Saxoniae, quotiens ad eum venissent, magnifice susciperet et ad absentes pacifica sepenumero atque honorifica mandata destinaret[3].

1075. *(Ian.)* Paucis post diebus Mogontiam venit, ibique occurrit ei Ruzenorum[d] rex Demetrius nomine[4], deferens ei in- *cf. 3. Reg. 10, 25.* estimabiles divicias in vasis aureis et argenteis et vestibus valde preciosis, petiitque, ut auxilio sibi foret contra fratrem[e] suum[5], qui se per vim regno expulisset et regnum tirannica[f] immanitate occupasset[6]. Missus est protinus a rege Burchardus[g] Treverensis aecclesiae[h] prepositus agere cum illo de iniuriis, quas fratri intulerat, et commonere, ut regno, quod iniuste[h] invasisset, ultro decederet, alioquin auctoritatem et arma Teutonici regni propediem experturum[i] fore. Is legationi huic propterea oportunus videbatur, quod ille, ad quem mittebatur, sororem[7] eius in coniugio habebat, et ipse hac de causa apud regem, ne quid in illum interim gravius decerneretur, summis precibus obtinuerat. Ruzenorum[k] rex Dedi marchioni Saxonico, cuius ductu eo advenerat, a rege commissus est servandus, donec legati reverterentur.

a) Thur. *B* 1. 2. b) intra *B* 2. c) *om.* *B* 1. 2. d) Ruzzenorum *B* 1[a. c] *h. l.* 2; Russenorum *B* 1[b]. e) fratē *B* 1[a]. f) tyr. *A* 1. *B* 2. g) Burghardus *B* 2. h) *om.* *B* 2. i) experiturum *B* 1[b]. k) Ruzzenorum *B* 2; Russenorum *B* 1[b].

1) *Cf. Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 277. 2) *De hoc commento Lamperti vide Delbrück p.* 42. 3) *Cf. Bruno c.* 35. 37. 4) *Alio nomine Isaslavus I. (Isjaslaw) dictus, filius Iaroslavi.* 5) *Swätoslavus. Cf. Best. Rjumin, 'Geschichte Russlands übers. von Th. Schiemann' (Mitau* 1874*) I, p.* 121 *sq.* 6) *Cf. Sigebert. a.* 1073, *SS. VI, p.* 362. 7) *Odam filiam Lippoldi; cf. Albert. Stad., SS. XVI, p.* 319 *sq.*

1075. His diebus contigit gravi scandalo Babenbergensis aecclesiae statum labefactari. Herimannus[a] episcopus aecclesiam in honorem[b] beati Iacobi Babenberg foris murum propriis impensis extruxerat[c], ibique clericos XXV, scientia, moribus et canonicae conversationis disciplinis haud obscuros, congregaverat et eis quae ad victum vestitumque sufficerent affatim providerat. Cumque is quem congregacioni prefecerat morbo preventus diem clausisset extremum, nactus oportunitatem temporis, clericos expulit et locum ipsum cum omnibus appendiciis suis Egberdo[d] abbati de Sancto Michaele tradidit[e] ad instituendum illic ordinem monasticum, non offensus crimine aliquo clericorum, cum, ut dixi, honestissime *p. 220. iuxta ecclesiasticas[f] leges vitam instituerent, sed *monasticae conversationis mundicia delectatus in toto episcopatu suo, si fieri posset, hanc solam esse vitam cupiebat, zelo quidem Dei, sed non secundum scientiam, (Rom. 10, 2.) sic emulatus Rachelis pulchritudinem, ut Liae[g] fecunditatem in thalamum caelestis sponsi non crederet admittendam[1]. Clerici qui expulsi fuerant graviter ferebant sine causa destitutos se esse stipe[h] ecclesiastica, qua alebantur. Clerici quoque maioris aecclesiae Babenbergensis tam illorum quam suam vicem dolebant, quod scilicet non sine magna sui ordinis iniuria[i] tantum episcopus deferret ordini monastico. Igitur iunctis[k] precibus adorti[l] sunt eum, obsecrantes per Deum, ne his, quibus nullum crimen impingeret, sine legittima[m] discussione et audientia eriperet canonice suscepta ecclesiasticae sustentationis beneficia nec sineret eos destitutos spiritualis miliciae stipendiis, quibus preter ea nihil amplius esset rei familiaris, probro et ostentui fieri secularibus. Episcopatum Babenbergensem paucas habere congregaciones clericorum, et ideo non tam monachis sibi opus esse quam clericis, quorum ipsi solacio diebus solemnibus in processionibus, in susceptione hospitum

a) Hermannus *B* 2. b) honore *B* 2. c) exstr. *B* 2. d) Egbertho *A* 1; Egberto *B* 2. e) et *add. B* 1[a]. f) leges eccl. *B* 2. g) lye *B* 2. h) stipa *B* 1[b]. i) iactura *B* 2. k) cuncti *B* 2. l) adorsi *B* 1. 2, *cf. supra p.* 159, *n.* g. m) legitima *A* 1.

1) *Rachel enim contemplativam vitam, Lia activam significat iuxta interpretationem Gregorii Magni; cf. eius Reg. I,* 5, *Epp. I, p.* 7: Contemplativae vitae pulchritudinem velut Rachelem dilexi sterilem. . . . Sed . . . Lia mihi in nocte coniuncta est, activa videlicet vita, fecunda, sed lippa. *Eiusdem Moral. in Iob VI,* 5, § 61, *Opp. ed. Maur. (Parisiis* 1705*) I, col.* 210*; in Ezech. l. II, hom.* 2, § 10. 11, *ib. col.* 1324 *sq.*

1075. uterentur[a]. Preterea aecclesiam, quam noviter ipse extruxisset[b], loco celebri in mediis huc et illuc diversantium turbarum fluctibus sitam nec a maiore aecclesia Babenbergensi plus XXX[c] passibus disparatam, multo clericis oportuniorem esse quam monachis; qui scilicet *Exod.* 8, 26. 27. monachi, cum abhominationes[d] Egiptiorum immolare[e] iubeantur domino Deo suo, secerni a multitudine et, sicut scriptum est, viam trium dierum ire debeant in solitudinem, ne, si ea, quae colunt et prima ducunt seculares, immolent[e] coram oculis eorum, scandalizati lapidibus irrisionum suarum obruant et infament sanctam et apostolicam vitam. Si Deo familiarius adhereant monachi tamquam honestior et sublimior portio corporis Christi, non idcirco clericos tamquam membra putrida penitus abscidendos[f] esse ab aecclesia, quia, licet stellae 1. *Cor.* 15, 41. ab stellis differant in claritate, unam tamen caeli faciem decentissime distinguant sua varietate; et licet membra *cf.* 1. *Cor.* 12, 12—26. disparia sint et suis singula functa officiis, concordi tamen, licet dispari, famulatu necessitatem expleant unius eiusdemque corporis. Episcopus nec ratione movebatur nec supplicatione, asserens honorem, quem deferret monachis, in nullo preiudicare clericis, bona autem, quae in usus pauperum proprio labore congessisset, sui iuris, sui arbitratus esse, utrum clericis attitularet an monachis. Clerici et inopia familiari et indignitate rei vehementer exacerbati regis et omnium principum regni aures quottidiana[g] proclamatione obtundebant[h] pro iniuria sua. Cumque nihil usquam opis[i], nihil spei esset, versi ad validissimum illud, quod in sancta[k] aecclesia ultimae semper necessitatis unicum esse presidium consuevit, Romam pergunt, et[l] recitata Romano[m] pontifici per ordinem suae calamitatis historia, apostolicae sedis patrocinium contra tanti calumniatoris violentiam suppliciter implorant[1]. Adest simul tocius cleri Babenbergensis

a) niterentur *B* 2. b) exstr. *B* 2; extrussisset *B* 1^{b}. c) triginta *B* 2. d) abomin. *A* 1; abhominaces *B* 1^{a}. e) ymmol. *B* 1^{b}. 2. f) abscindendos *B* 1^{b}. 2. g) quotid. *A* 1; cottid. *B* 1^{a}. 2. h) obtendabant *A* 1. 1^{a} (*Schrad. corr.* obtundebant). i) opis (operis) *B* 1^{a}. k) eccl. sancta *B* 1^{a}. l) *om.* *B* 1^{a}. m) summo *B* 1^{a}.

1) *Haec de ecclesia S. Iacobi Lamp. in maius nimis extulit, tamquam haec praecipua causa fuisset, ut Herimannus deponeretur, cum tamen in multis epistolis, quas hac de re conscriptas habemus, codicis Udalriciani, Gregorii VII. Registri, collectionis epistolarum a Sudendorf editae nulla huius ecclesiae mentio facta sit. Infra SS. V, p.* 244. *dicit Lamp. Popponem praepositum Babenbergensem maxime auctorem fuisse, ut Herimannus deponeretur. Neque hoc satis certum videtur.*

1075. legatio, querelam ingeminant et Romani pontificis pacientiam vehementer incusant, cur aecclesiam Dei tam diu sinat hominis heretici communione[a] maculari, qui non ut pastor per ostium, sed ut fur et latro per symoniacam[b] heresim et ingentium pecuniarum profusionem irrepserit in ovile ovium; *Ioh.* 10, 1. 2. qui aput[c] predecessorem eius Nicolaum[1] papam tanti criminis insimulatus, ut dici solet, ignem gladio[2], hoc est heresim periurio purgaverit[3]; qui cathedram[d] episcopalem et sanctae predicationis ministerium, expers ipse omnino litterarum, contra sacros canones impudenter occupasset; qui ante episcopatum cunctis capitalibus criminibus atque omni proborum genere Mogontinae civitati, in qua nutritus sit, celebrem se spectabilemque fecerit; qui pecuniariam atque usurariam artem, qua a puero sit institutus, postquam caelestium talentorum negociator constitutus sit, multo sollicicius exerceat, ita ut abbatias et aecclesias intra[e] diocesim suam sitas, quas fede comparaverit, fedissime vendat[f] et familiam Babenbergensis aecclesiae, paulo ante opulentissimam ac bonis[g] omnibus florentissimam, ad summam redegerit paupertatem; qui nunc super omnia mala sua, ut in vestimentis ovium liberius *Matth.* 7, 15. lupinam exerceat feritatem et facilius illudat simplicium innocentiae, transfiguratus in angelum lucis angelus *2. Cor.* 11, 14. Satanae[h], clericos absque ulla discussione de aecclesiis *p. 221. suis eiciat atque omnibus in *quibus possit locis vitam monasticam, non tam amator religionis quam subdolus[i] simulator, instituat. Postremo per Deum omnipotentem[k] exorant, ut tandem aliquando expergefactus Simon[l] Petrus baculum pastoralis zeli exerat contra lupum improbe rapientem et dispergentem oves Dei et Simonem[l] *Ioh.* 10, 12. magum iterum in aecclesia Dei nummulariorum men- *Matth.* 21, 12. sas et era proponentem cum pecunia sua mittat in per- *Act.* 8, 20. ditionem. Romanus pontifex iam pridem eum a sacri altaris ministerio suspenderat[4]. Presenti autem relatione *(Febr.)* efferatus absque dilatione excommunicavit eum, ea sci- *(Apr. 20).*

a) communcione *B* 1b. b) symonicam *B* 1a. c) *sic h. l. B* 1a, *ut Vita Lulli nonnunquam.* d) catheram *B* 1a. e) inter *B* 1b. f) vendant *B* 1a. g) omn. bonis *B* 2. h) sathane *B* 1b. 2. i) sudolus *B* 1a. k) oīpotē *B* 1a. l) symon. *B* 1a.

1) *Alexandrum potius. Cf. supra a.* 1070, *p.* 111 *sq.* 2) *Cf. supra p.* 85, *n.* 2. 3) *Papam pecunia corrupisse dicitur supra p.* 112. 4) *Demum in synodo Romana a.* 1075, *Febr.* 24—28. *celebrata; cf. Gregorii Reg. nr.* 52a, *Jaffé, Bibl. II, p.* 170.

1075. licet ex causa, quod de gravissimis criminibus iam olim accusatus et, ut causam diceret, crebro per biennium Romam evocatus[1] venire contempsisset. Clericis quoque, qui se per calumniam expulsos querebantur, aecclesiam suam restitui precepit, et destinatis ad clerum Baben- *(Apr. 20).* bergensem litteris[2] mandavit, ut se a communione[a] illius abstinerent, contestatus quam sancte, quod, si[b] communionem[a] aliquando, at[c] pontificatum, quem contra ecclesiasticas leges invasisset, nunquam deinceps se vivo re- *(Maio).* cepturus foret. Quod ubi clericis Babenbergensibus legati sui retulerunt, et iram veterem armavit tantae pollicitationis fiducia, occultata interim apostolicae sedis legatione, mittunt ad episcopum, qui tunc temporis Babenberg consistebat, eique denunciant, ut quantocius de urbe discedat; non posse eum ultra sibi episcopum esse, quoniam[d] et episcopatum per symoniacam[e] heresim contra ecclesiasticas sanctiones coemisset et eum administrare[f] ignarus omnino litterarum non posset. Atrocissimae[g] per se legationi adiecta est gravis contumelia. Adolescens quidam ex numero clericorum et animis ferox et aetate versiculum brevem ex psalterio proposuit: 'Huius', inquit, 'capituli non misticum sensum, non allegoricam significationem, sed verbum ex verbo fidus interpres si mihi recte explicaveris, ego te omni questione liberatum, cunctis criminibus, quibus te impetimus, absolutum, dignissimum plane episcopatu pronunciabo'[3]. Ille insolita re attonitus, cum, quid hoc esset, unde nova haec et inusitata mitium antehac clericorum asperitas procederet[4], turbulentus sciscitaretur et dictis atro-

a) commun. *B* 1[a] *nonnumquam.* b) *post del. B* 2. c) ac *A* 1; aut *B* 2. d) quomodo *A* 1. e) simon. *h. l. B* 1[b] *solus.* f) administrate *B* 1[a]. g) Atrocissime *A* 1.

1) *Minime crebro, sed semel tantum ad synodum a.* 1075, *Febr. celebrandam vocatus (Gregorii Reg. II,* 29, *l. l. p.* 141*) venire non contempsit, sed litteras excusatorias et nuntium misit, Cod. Udalr. nr.* 43, *Jaffé, Bibl. V, p.* 91 *sqq. Quid antea a.* 1074. *in causa eius actum sit, vide in Gregorii Reg. I,* 84, *l. l. p.* 105. 2) *Datis Apr.* 20. *et iterum aliis datis Iul.* 20, *cum priores Babenbergam non delatae essent, Gregorii Reg. II,* 76. *III,* 1, *l. l. p.* 200 *sq.* 203 *sq. Ex his et aliis epistolis de causa Herimanni datis, Cod. Udalr. nr.* 44, *l. l. p.* 93 *sqq., Gregorii Reg. III,* 2. 3, *l. l. p.* 204 *sqq. patet sequentia a Lamperto falsissime narrata et commentis plena esse.* 3) *Cf. fabellam quam narrat Bruno c.* 15*; epist. canonicorum Babenbergensium, Cod. Udalr. nr.* 44, *l. l. p.* 93*; Gregorii Reg. II,* 76, *l. l. p.* 201. 4) *Herimannus in itinere Romano, haud procul ab urbe Roma moratus audivit se depositum et excommunicatum esse; unde perterritus Babenbergam rediit. Patet igitur haec falsissima, certe alio modo acta esse.*

cibus responsa atrociora redderet, repente in medium procedunt legati sedis apostolicae et preter litteras, quas manibus preferunt[1], viva voce ei ex nomine Romani pontificis denunciant, ut nullum deinceps pontificalis officii ius potestatemque habeat, sciatque[a] se apostolicae excommunicationis gladio de corpore universalis aecclesiae precisum[b] esse, propterea quod obiectum sibi crimen symoniacae hereseos totiens apostolicis epistolis Romam evocatus purgare distulisset. Precipiunt etiam clericis Babenbergensibus, ut nullum ultra ei tamquam episcopo honorem reverentiamque deferant, sed ab eius communione omni modo[c] se abstineant, ne deprehensi tamquam ecclesiasticae sanctionis transgressores similem cum eo sortiantur[d] excommunicationis vindictam. Ibi primum episcopus circumventum[e] se fraude clericorum suorum advertit. Quibus acriter insistentibus, ut quantocius episcopatu abdicatus abscederet, cum nulla ratione satisfacere posset, assererentque sub testificatione nominis divini nullum se in aecclesia opus Dei acturos fore ipso in ea persistente, incertus confususque animi misit ad episcopum Mogontinum, fidissimum sibi amicum, quem multis sepe beneficiis privatim et publice sibi devinxisset, quique omnium, quae in adquirendo[f] vel administrando episcopatu gessisset, conscius sibi particepsque extitisset, rogavitque, ut quam citissime veniret et tumultuantem intestinis simultatibus clerum quoquo posset modo compesceret. Ille nihil moratus affuit egitque, ut rogabatur, cum clericis, ne obliti pudoris ac modestiae suae in episcopum suum, quem propter Deum patris loco venerari debuissent, sine causa exardescerent, cum eos nec[g] dicto nec facto, quod iuste in querelam vocare possent, sciens provocasset, vel si quid, quod eos lederet, forte inscius admisisset, se cognitore atque arbitro paratus esset quovis modo satisfacere offensis; parcerent, si minus eius innocentiae, at honori atque existimationi propriae[h], ne ad contempnendos[i] episcopos suos caeteri

1075. (Maio).

(Mart.)

a) sciat *B* 1a. b) prescisum *B* 2. c) comm. omnino *B* 1b. d) exc. sorciantur *B* 1b. e) circuētum *B* 1a. f) acquir. *B* 1a. 2. g) ne *B* 1b. h) propie *B* 1a. i) contemn. *A* 1 *semper*.

1) *Nec legati apostolicae sedis adfuerunt nec litterae papae tunc allatae sunt (cf. p. 206, n. 2), sed Poppo praepositus aliique clerici Babenbergenses Roma reversi mandatum attulere, ut Herimannus excommunicatus haberetur,* si ipse ad suscipiendam sententiam Romae se non praesentaret.

1075. (Mart.) per orbem terrarum[a] clerici hoc animarentur exemplo, et rebellionis atque contumaciae pestilens hic morbus sumpto a Babenbergensibus[b] inicio totum inficeret corpus gregis dominici. Nihil illi placationis, nihil laxamenti admittentes, gravissimis eum conviciis confutarunt, iustissime[c] dicentes in eum quoque apostolicae excommunicationis anathema[d] procedere debuisse[c], qui hominem omnibus probris infamatum *et nihil in moribus, nihil in scientia dignum sacerdocio afferentem per symoniacam[f] heresim episcopum ordinasset; nec *ad excusandas excusationes*[g] *in peccatis* obtendere posse ignorantiam, cum actus eius omnemque vitae institucionem, tamquam qui in laribus suis diu familiarissime obversatus sit, optime cognovisset et omnibus quae in coemendo episcopatu acta sint medius ipse atque intimus interfuisset. Videns archiepiscopus obstinatos in contentione clericos nulla ratione mitigari[h] posse, ne quid pro amico suo intactum intemptatumque relinqueret, assumpto eo Romam ire statuit, sperans Romanum pontificem vel pecunia vel supplicatione expugnari[i] posse, ut eum crimine atque anathemate absolveret. Sed inter eundum reputans haud satis[k] tutum esse, ut eum, non prius explorato Romani pontificis animo, Romam perduceret, suasit ei in extrinsecis aecclesiae Babenbergensis possessionibus reditum suum prestolari, et ipse cum paucis, ut instituerat, concitus Romam contendit[1]. Quo dum venisset, vix et aegre, ut a Romano pontifice in communionem susciperetur, optinuit; et qui[l] alienis criminibus patronum se paraverat, ipse de propriis insimulatus, quod Babenbergensem[m] episcopum per symoniacam heresim sciens ordinasset, pene gradus sui periculum incurrerat[2]. Ad ultimum discedenti[n] iussum est, ut ab eius[o]

*p. 222. — Ps. 140, 4. — (Apr.)

a) terrarē *B* 1b. b) exemplo vel *add.* *B* 2. c) iust. dic. *om.* *B* 2. d) pena *B* 2. e) debuisset *A* 1. f) simon. *h. l.* *B* 1b. g) accusationes *A* 1a *et ed. prior foede.* h) mitigare *B* 1b. i) expugnare *post corr.* expugnari *B* 1a. k) *om.* *B* 2. l) in *add.* *A* 1. 1a. m) babēgersem *B* 1a. n) discedendi *A* 1. o) eis *A* 1. 1a.

1) *Sigefridus non, postquam Herimannus excommunicatus et depositus, sed postquam (Febr. ex.) ab officio suspensus est, Romam profectus est, ubi eo praesente die Apr.* 12. *papa diffinivit, ut, si Herimannus Romam perveniret, ibi causae sententiam acciperet,* sin vero . . retrogradus fieret, *excommunicatus denunciaretur, ipso tunc in itinere Romano, non in possessionibus ecclesiae Babenbergensis existente, ut in epistola clericorum Babenbergensium, Cod. Udalr. nr.* 44, *l. l. p.* 95. *narratum est. Vides igitur, quam falsissime haec a Lamperto exposita sint.* 2) *Hoc Lamp. odio archiepiscopi motus commentus esse videtur. In epistolis laudatis nihil huiusmodi dictum est.*

1075. (Apr.) communione omni modo[a] abstineret et promulgatam adversus eum apostolicae excommunicationis sententiam omnibus Teutonici regni principibus notam faceret, et cum primum conficiendae rei temporis oportunitas arrisisset, alium pro eo Babenbergensibus episcopum ordinaret. Quod ubi Babenbergensi episcopo compertum est, nullam deinceps spem sibi reliquam nisi in clementia Romani pontificis fore ratus, conductis qui causam suam apud sedem apostolicam dicendi arte tuerentur, Romam perrexit. Sed Romani pontificis constantia et invictus adversus avariciam animus omnia excludebat argumenta humanae fallaciae. Multis lacrimis, multis supplicationibus, multis[b] rethorica arte compositis disceptationibus vix hoc solum obtinuit, ut ea condicione anathemate absolveretur, quatenus, ubi primum[c] in patriam redisset[d], monasterium ingrederetur atque ibi deinceps a cunctis in perpetuum[e] seculi actibus feriatus scandalizatam sua ambitione aecclesiam digna satisfactione defleret[1]. Ita regressus in patriam, cum iussa Romani pontificis retulisset ad milites suos, quibus se multa largicione admodum popularem acceptumque fecerat, vehementer restiterunt[f], indignissimum fore dicentes et nulla retro maiorum memoria in aecclesiis Galliarum (*cf. Esth.* 14, 5.) hoc accidisse, ut sine publica audientia et canonica discussione, quod nec infimis quidem gradibus competeret, episcopus deponeretur; non hanc privatam illius esse iniuriam, ad communem pocius spectare contumeliam omnium, qui tuendae Babenbergensis aecclesiae dignitati operam suam deberent et eius episcopo sub iureiurando fidem dixissent; et ideo extrema omnia prius se[c] experturos esse, quam servatum ad sua tempora illius aecclesiae honorem sinerent fedissimo hoc exemplo contaminari. His ille promissis animatus, neglecto Romani pontificis decreto, Babenberg rediit, ibique IIII vel V[g] *(Maio)*

a) omnino *B* 1b. 2; *cf. supra p.* 207, *l.* 12. b) multis — disceptationibus *om. B* 2. c) *om. B* 1b. d) redijsset *B* 2. e) in perp. *om. B* 2. f) restituere *B* 1b. g) 4or vel quinque *B* 2.

1) *Omnia haec commenta sunt. Minime Herimannus tunc Romam profectus est, sed eodem tempore (Apr.), quo Sigefridus ibi erat, ut supra p.* 208, *n.* 1. *adnotavi, eo profecturus nuntium praemiserat, qui pecunia magna effusa causam ipsius tueretur, sed biduo a Roma subsistens certior factus, quid ibi die Apr.* 12. *de causa ipsius actum esset, reversus est. Gregorii Reg. III,* 3, *l. l. p.* 206; *Cod. Udalr. nr.* 44, *l. l. p.* 95; *Pauli Bernried. Vita Gregorii VII. c.* 43.

1075. ebdomadas[a] commoratus, preter altaris officium in caeteris omnibus, quae scilicet ad exteriorem episcopii administrationem pertinebant, nullo modo iure suo cedebat, irritam reputans excommunicationem, quam non canonice in se promulgatam cavillabatur[1]. Quibus diebus in civitate Babenbergensi nullum publice actum est opus Dei, clericis refugientibus atque omnino execrantibus communionem eius. Caeteram[b] eius anni partem in extrinsecis Babenbergensis aecclesiae possessionibus militum *suorum presidio fultus[2] exegit. Verum neque rex neque episcopus neque alius quisquam, qui sanum saperet, ei communicare volebat. *p. 223.

Apr. 5. Rex pascha Wormaciae celebravit[3]. Quo dum ad salutandum eum quidam ex principibus Saxoniae pergere instituissent[c], missi obviam eis legati denunciaverunt, ut ocius in sua redirent, alioquin haud[d] tuto visuros esse faciem regis, quem post tam graves contumelias digna adhuc satisfactione non placassent[e]. Ibi primo malum, quod cervicibus impendebat[f], adverterunt[g. 4]. Rex, omnibus quae bello administrando necessaria erant affatim provisis[h] iam et instructis, solemni edicto cunctis qui in regno suo erant expeditionem indixit in Saxoniam diemque et locum statuit coadunandi exercitus, videlicet VI. Idus Iunii[5] in possessione Herveldensis monasterii, in loco[i] qui dicitur Bredingen[k]. Misit etiam legatos ad Saxones, qui tunc ineundi consilii gratia frequentes Goslariam convenerant, dicere eis memorem se gravium iniuriarum, violatae regiae maiestatis et turpis fugae, qua[l] extremo in periculo vitae consulere coactus fuisset[6]. Nec se cunctis generaliter Saxonibus crimen hoc

a) hebd. *A* 1 *semper*; hebdomodas *B* 1[b]. b) Cetera *B* 1[a]; Certam *B* 2. c) instituisset *B* 1[a]. d) haut *B* 1[a]. e) placuissent *B* 1[b]. f) īpendebāt *B* 1[a]. g) animadverterunt *B* 1[c]. *P*. h) promissis *B* 1[a]. i) locum *B* 2. k) Bredingin *B* 2. l) qua *B* 2.

1) *Quae revera demum promulgata est, cum Gregorii litterae datae Iul.* 20, *Reg. III,* 1, *l. l. p.* 203 *sq. allatae essent.* 2) *Cf. Gregorii Reg. VI,* 19, *l. l. p.* 356. 3) *Consentiunt Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 278, *Bernold. p.* 431, *Brunone c.* 44. *falso hoc Moguntiae factum esse tradente.* 4) *Hoc falsum esse patet ex Brunonis c.* 41. 44, *qui nuntium Saxonum tunc advenisse narrat; sed cf. ib. c.* 37. *Cf. Delbrück p.* 45. 5) *Diem a.* 8. *Idus Iunii (Iun.* 6*) ipse rex designavit in epist. ad abbatem S. Maximini, Giesebrecht, 'DKZ.' ed.* 5. *III, p.* 1262, *nr.* 10. 6) *Quae vera insint longae sequenti narrationi tractatus inter regem et Saxones habiti vide apud Brunonem c.* 45. *Quae Lamp. partim in invidiam regis maligno animo depravavit, partim expingendi atque ornate eleganterque scribendi studio suo raptus inepte ac perplexe exposuit. Cf. Delbrück p.* 42—45. *Cf. supra p.* 156.

1075. (Apr.)

intendere; paucos fuisse principes, qui imperitam multitudinem et naturali levitate semper novarum rerum avidam hac[a] rabie inflammassent; ab his concitatae sedicionis et turbatae rei publicae pęnam se, quoniam[b] legibus non potuerit, armata manu exacturum[c]. Proinde rogare se caeteros et sub interminatione gratiae suae[d] precipere, ne hostes publicos armis aut opibus tueantur; si obediant, veniam se eis dare veteris culpae, quod tam inusitati facinoris socii participesque antehac extitissent; sin autem, excusationem deinceps non habituros esse peccati, quod scientes premonitique admisissent. Ad haec Saxones: 'Gratissimam[e]', aiebant, 'habemus legationem; et nisi principes nostri de omnibus quae obiciuntur iuxta magnificentiam regiam ei satisfacere spondeant, eos sine mora vel captos[f] et in vincula coniectos[g] eius examini reservabimus vel, in favillam redactis omnibus quae ad eos pertinent, Saxonia procul effugabimus. Quodsi iustis et regio nomine dignis condicionibus parati sunt vel obiecta purgare vel quae peccaverunt expiare, oramus et per Deum obtestamur, ut honori pocius suo quam iracundiae consulat nec ante publicam principum caeterorum audientiam et legittimam[h] discussionem aliquid in eos, quod se non deceat, decernat. Diem pocius statuat, locum designet, copiam det tuto coram veniendi et tuto causam dicendi, ut secundum palatinas leges iusta examinatione habita vel puniat convictos vel absolvat innocentes. Quodsi ira immoderatior nullam admittit satisfactionem nec alio pacto quam sanguine principum nostrorum restingui[i] poterit, quid[k] prodest ambiguis responsionibus sententias involvere? Extremae[l] impietatis fore iudicamus, ut principes nostros deseramus et eos pro nobis iugulandos obiciamus, quos haud[m] dubie scimus nullo privato odio vel gratia, sed sola[n] tuendae salutis nostrae et vindicandae libertatis nostrae causa contra regem arma sumpsisse. Quapropter id supplices petimus, ut eadem nobis et illis venia concedatur admissae presumptionis, aut, si nulla supplicationum victima expiari potest quod fecimus, eodem in nos et in illos supplicio animadvertatur[o]'. Tunc Bucco Halber-

cf. Iob 38, 2.

a) ac *B* 1b. b) qmo *B* 1b; quu *B* 1c. c) eos acturum *B* 1a; coacturum *B* 1b. d) sua *B* 2. e) granissimam *A* 1. 1a. *B* 1b. f) coniectos *del. et in marg. eadem manu corr.* captos *B* 2. g) *om.* *B* 1b. h) legitimam *A* 1. *B* 1a. i) restugui *B* 2. k) qđ (quod) *B* 1b. l) Extrema *B* 2. m) haut *B* 1a. n) sole *post corr.* sol. *B* 1b. o) animadverterat *B* 1b.

1075. (Apr.) statensis[a] episcopus, Wecel[b] archiepiscopus Magadaburgensis[c], Magnus dux Saxoniae, Otto dux quondam Baioariae et caeteri principes, quos rex specialiter tam truculenta comminatione impetebat[1], dixerunt nequaquam se sibi conscios esse, quod pacem, quae[d] anno priore in Gerstingun[e] convenerat, facto aliquo vel dicto violassent. Nam si rex instinctu eorum vel consilio factum suspicaretur, ut aecclesia in Hartesburc[f] incenderetur, thesauri[g] diriperentur, corpora sepulchris eicerentur[2], aut aliud aliquid contra statutum illius conventionis perpetraretur, paratos se esse, ut quavis[h] condicione, quam modo caeteri principes regni equam iudicassent, crimen refellerent et innocentiam suam assererent; insuper ipsam aecclesiam propriis impensis ambiciosius quam fuerat instaurarent[i], amplioribus ornamentis excolerent[3]; omnia etiam, quae ineptum vulgus[k], maligno spiritu suscitatum, ausu nefario infregisset, diripuisset, temerasset, multiplicius restituerent; super haec omnia auri et argenti et prediorum suorum, quantum salvo pudore suo et regni[l] *maiestate accipere vellet, prompta mente darent, dummodo in gratiam rediret et gladium, *p. 224.
quem in cervices eorum et in eversionem tocius Saxo-
cf. Ioh. 18, 11. niae iratus extenderat, placatus remitteret in vaginam. Quodsi obstinatum adversus omnes preces et supplicationes animum gereret, se deinceps contra eum nec arma laturos nec aciem instructuros, sed nudis pedibus venienti obviam processuros et sententiam, quamcumque vel iratus dictasset, porrecto iugulo excepturos[m. 4]. In haec verba nuncios regis dimiserunt, et ipsi protinus suos eadem ad[n] eum responsa deferentes destinarunt. Quos ubi rex advenire comperit, precepit, ut nulla ratione in conspectum suum admitterentur, mandavitque eis per occultos indices[o], ut quantocius recederent nec se oculis

a) Halberstadensis *B* 1a; Halberstattensis *B* 2. b) Wecil *B* 2. c) Magdeburgen̄ *B* 2. d) quā *corr.* q̄ *B* 2. e) Gerstungun *B* 2. f) Hartesburg *A* 1. *B* 1. g) thes. — eicerentur *om.* *B* 2. h) quāuis *B* 1a. i) insuper ipsam eccl'am *iterum add.* *B* 1b. k) uolgus *A* 1. l) regia *B* 2. m) excepcōs *B* 1b. n) resp. ad eum *B* 2. o) indices *B* 1b.

1) *Praedictorum tres (praeter Wecelonem et Magnum) et Fridericus comes palatinus ut sine condicione ipsi dederentur, rex poscebat. Haecce fuit truculenta comminatio.* 2) *Supra p.* 184. 3) *Hoc minime dixerunt principes in epist., Bruno c.* 42. 4) *Absurdum commentum hoc est. Saxones obtulerunt principes praedictos sub hac tantum condicione dedere,* quatenus sub utrorumque principum iudicio starent, *non sine condicione, ut rex poposcerat; Bruno c.* 45.

eius, cui contumeliam fecissent, sic temere ingererent; alioquin regia censura coerciturum[a] se hostes publicos et insidiatores regni, qui sub pretextu legationis mendacia sua per populum sererent ad sollicitandos animos principum et expeditionem suam impediendam. Ita legati sine effectu reversi sunt. Iterum alios atque alios miserunt, sed eodem omnes rigore obfirmatas contra se tam fores quam aures regias invenerunt[1]. Semel cum unus legatorum captata loci et temporis oportunitate se inprovisus in conspectum regis proripuisset et quae in mandatis habebat proloqui cepisset, vix ad primum sermonis exordium dato silentio statim cum gravi indignatione reiectus est, et cum ab Udalrico[b] quodam regio satellite in crastinum servandus abductus vel pocius abreptus fuisset, proximo[c] mane, elusis custodibus, vix vita comite effugit. 1075. *(Apr. Mai.)*

Dehinc crebris legationibus adorti ducem Rudolfum[d], ducem Berhtoldum[e], ducem Gozelonem et caeteros principes[2], quos superiore bello coniurationis socios habuerant, fidem implorant, federis, quod pepigissent[f. 3], admonent, obtestanturque[g] per Deum, per cuius nomen in unius eiusdemque[h] miliciae sacramenta iurassent, ut[i] assint periclitantibus, et sicut[k] prius gerendo bello favorem suum, ita nunc reparandae paci, quoniam eos belli peniteat, auxilium consiliumque suum non subtrahant. Sed regis prudentia, qua supra[l] aetatem suam mirum in modum callebat, omnia sepserat, omnes vias, omnes aditus obstruxerat. Siquidem a cunctis principibus suis iusiurandum acceperat, quod nullas eorum legationes se inconsulto susciperent, quod eos nec armis publice nec consiliis secreto tutarentur nec sibi pro eis preces aliquando supplicationesque deferrent, donec se acceptae ab eis ignominiae maculam digna animadversione eluisse[m] ipse iudex testisque fateretur. Ita quocumque intendissent, quamcumque viam pertemptassent, omnia obfirmata[n], implicata, impedita repererunt.

Exin[o] crebra per Saxoniam Turingiamque[p] conventicula faciunt, quid[q] facto opus sit, consulunt, discussis

a) coherc. *B* 2. b) *sic h. l. omnes.* c) primo *B* 2. d) *sic h. l. omnes.* e) Bertholdum *A* 1. *B* 1[b]. 2. f) pepegissent *B* 2. g) obtestantur *B* 2. h) eiusdem *B* 1[b]. i) at *B* 1[b]. k) sic *B* 1[a]. l) super *B* 1[b]. m) eluisset *B* 1[b]. n) offirm. *A* 1. 1[a]. o) Exinde *B* 1[b]. p) Thur. *B* 1. 2. q) quod *B* 1[a].

1) *Cf. Bruno c.* 41*; epist. princ. Sax., Bruno c.* 42. 2) *Consentiunt Bruno c.* 43*, epist. princ. Sax., ib. c.* 42. 3) *Cf. supra p.* 157. 165*, n.* 4.

1075. (*Maio*). et eventilatis omnibus, quae tanto malo remedium aliquod polliceri videbantur. Cum nulla usquam humani auxilii spes eluceret, statuunt unanimiter a Deo sibi deinceps querendum esse subsidium, qui solus tam obstinatam regis ferocitatem emollire et rem implicitam expedire queat[a]. Iubent ergo, ut per totam Saxoniam et Turingiam[b], depositis cultioribus indumentis[c], sacco et laneis vestiantur[d], cibo et potu statutis diebus abstineant, sumptus[e] in pauperes pro sua quisque re familiari conferant et per aecclesias nudis pedibus discurrentes Deum communi lamentatione deprecentur, ut manum suam, quae[f] humano ubique cessante adiutorio sola iam possit opitulari undique conclusis, ad ereptionem eorum extendat. Preterea placet, ut die, quo regis exercitus iuxta publicam indictionem in Bredingen coadunandus conveniret, ipsi in loco qui dicitur Lupezen[g] sex milibus ab eis disparati castra locarent et iterum atque iterum repetitis supplicationibus aures eius et principum eius obtundentes, si evincerent, gratias Deo, sin autem, in eodem loco venientem prestolati, collatis signis equissimo iudici Deo rem committerent.

Superveniunt etiam hinc Luticiorum, hinc Polenorum[h] nuncii, suam utrique operam, socias manus et pares ad cuncta, quae belli artibus transigenda sint, animos pollicentes; et quod parati sint die, quem[i] Saxones designaverint, armatorum copias quam maximas *in *p. 225. Saxoniam mittere, vel[k], si hoc malint, contra Danos et alias gentes, quas vulgatum erat ad irruptionem Saxoniae a rege sollicitatas esse, stationes[l] iugesque excubias agant, ut hac parte sollicitudinis exonerent alias occupatos[1]. Hoc nuncio paululum recreatis animis digressi, quantum temporis supererat usque ad diem coadunandi exercitus, in ieiuniis et vigiliis exigunt, aecclesias indefessi obsident, in cinere volutantur et cilicio, noctes perinde ac dies precibus insumunt, nullum postremo religionis genus, quod ad placandum Deum ecclesiastica traditione comparatum sit, pretermittunt. Sed ira Dei,

a) queant *B* 1[a]. 2. b) Thur. *B* 1. 2. c) vestimentis, *eadem manu superscr.* indu *B* 2. d) induantur, *eadem manu superscr.* vestiantur *B* 1[b]. e) sumptos *B* 2. f) qui *B* 1[a]; quā *post corr.* qua *B* 2. g) Lupesen *B* 1[b]. h) polonorum *B* 2. i) quam *B* 2. k) Sed *B* 1[b]. l) *om.* *B* 2.

1) *Iure haec refellit E. Meyer p.* 40. *Danos tunc Wilhelmo regi Angliae bellum intulisse monui supra p.* 164, *n.* 3. *Cf. p.* 163.

quae in eos exarserat, maior erat, quam ut lacrimis re- 1075. stingui, hostiis et muneribus mitigari posset[a].

Rex pentecosten[b] Wormaciae cum paucis celebra- *Maii 24.* vit[1] principibus, in preparationem miliciae singulis privata sollicitudine occupatis. Statuta[c] die[2] venit in Bre- *Iun. 8.* dingen cum infinita multitudine, planeque omnium unanimi consensu constitit nulla unquam retro maiorum memoria tantum exercitum, tam fortem, tam militariter instructum in regno Teutonico[d] a quoquam rege contractum fuisse[3]. Quicquid in regno episcoporum erat, quicquid[e] ducum, quicquid comitum, quicquid ecclesiasticarum aut secularium dignitatum, omnes summa vi, summa ope in hoc bellum enisi convenerant. Nemo prorsus, nisi quem forte gravis admodum et omnino inexplicabilis necessitas excusasset, aberat. Episcopus Coloniensis causatus[f] impium fore, si calamitatis, quae oppressura esset fratrem suum Magadaburgensem[g] episcopum et consobrinum suum Halberstatensem[h] episcopum, spectator adesset, vacationem impetraverat, haut[i] gravate hoc concedente rege, eo quod post primam defectionem invisum semper eum suspectumque[k] habuisset. Leodiensis[l] episcopus[4], vir preter decrepitam aetatem longa etiam egritudine exhaustus, reginam interim servandam susceperat, et hac occasione ipse quoque milicia defungebatur. Uterque tamen milites suos amplissimo numero transmisit. Dux quoque Boemorum[m. 5] aderat tanto stipatus agmine, ut se solum bello Saxonico sufficere posse vana spe elusus arbitraretur. Widederadus abbas Fuldensis, preter quod ab ineunte aetate uno pede graviter claudicaverat, iam per biennium ita paralisi dissolutus erat, ut nisi baculo aut ministrorum humeris innixus nusquam progredi posset. Eum tamen nec tam molesta valitudo[n] excusare poterat a milicia, id potissimum curante rege, ut omnium principum suorum titulis ac fascibus quam maxime insignem faceret expeditionem. Cumque ad locum coadunandi exercitus ferventissima aestate vehiculo sedens pergeret, strepitu

a) potuisset, *superscr.* posset *B* 1[b]; possit *B* 1[c]. b) penthec. *B* 1[b]. 2. c) Stat. — multitudine *om.* *B* 1. 2. d) Thentonico *h. l.* *A* 1. *B* 1[a]. e) quidquid *B* 1[a. c] *h. l.* *B* 2 *semper*. f) causat[2](ur) *B* 1[a]. g) Magdeburg. *B* 2. h) Halberstadensem *B* 1; Halberstattensem *B* 2. i) haud *A* 1. *B* 2. k) susceptumque *B* 1[a]. l) Lediensis *B* 1[a]. m) Bohemorum *B* 2. n) valetudo *omnes praeter* *B* 1[c].

1) *Ubi etiam die Maii* 28. *diploma dedit (St.* 2784*).* 2) *Cf. supra p.* 210, *n.* 5. 3) *Cf. Carmen de b. Sax. III,* 57—93. 4) *Theodwinus (Dietwinus), qui iam die Iun.* 23. *huius anni obiit. Cf. infra p.* 225. 5) *Wratislaus II.*

1075. Iun. circumfusae multitudinis et vi concitati pulveris suffocatus pene spiritum exalaverat[a]. Relatus in monasterium a stupore quidem mentis post paululum respiravit, nullum tamen ultra verbum proloqui potuit, atque ita deinceps per VI[b] ebdomadas gravissima corporis molestia
Iul. 16. decoctus, XVII. Kal. Augusti humanis rebus exemptus est. Vir plane ferventis in Deum fidei, suis tamen omnibus admodum invisus, propterea quod in diebus eius Fuldense nomen multis calamitatibus vehementer attritum et pene omnino oblitteratum fuisset[1]. Sed ad ceptum, unde digressi sumus, redeamus.

Iun. Missi a rege exploratores speculari exercitum Saxonum[c] retulerunt eos multitudine et armis haut[d] impares[e], caetero belli apparatu etiam superiores esse[2], opes multas et sufficientes in longum quoque tempus sumptus convexisse, nihil permotos tantorum hostium adventu in proximo castra locasse; post laborem itineris ocioso iam animo, fixis[f] tentoriis, recreando corpori indulgere; hoc statuisse, ut legatos supplices de pace mittant, si non impetrent, equo certamine adoriantur venientes[3]. Facile et contemptim[g] hoc auditum est ab his qui cum rege erant, passim iactantibus nec ferreas vel[h] adamantinas acies multitudini et[i] virtuti suae inexpugnabiles fore; secum esse militem lectissimum, qui in faciendis stipendiis aetatem exegisset, et quem singuli principes diligenti delectu[k] habito de toto orbe exquisissent. Illinc vulgus esse ineptum, agriculturae pocius quam miliciae assuetum, quod non animo militari, sed principum terrore coactum contra mores et instituta sua in aciem processisset[4], et ideo non expectaturum, ut commisso certamine comminus stricto ense feriret et feriretur, sed ante commissum prelium solo concurrentis exercitus strepitu et clamore terrendum, fugandum et fundendum esse[l]. Rex non tam metuebat, ne prelio, quam ne supplicatione[m] vinceretur, *neu principes sui eis bellum inferre religiosum[n] ducerent, qui se ad quascumque condiciones pacatissimos preberent[5], et ignominiae suae vin- *p. 226.

a) exhal. A 1. b) sex B 1a. 2. N. c) saxonicum B 1a. c; Saxonū tum B 1b. d) haud A 1. B 1c. 2. e) imparē B 1b. f) suis B 2. g) Fac. in contemptum B 1a. h) nec B 1b. i) mult. sue et virt. in. B 2. k) dilectu B 1. l) esset A 1. 1a. m) supplicacio ne B 1a. n) irreligiosum B 1. 2; *cf. p.* 106, *l.* 16.

1) *Cf. supra p.* 87 *sq.* 2) *Cf. Ann. S. Disibodi, SS. XVII, p.* 7. 3) *Concordat Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 278. 4) *Cf. Carmen III,* 97—126. 5) *Commentum; vide supra p.* 212, *n.* 4.

dicta, qua nihil ardentius cupiebat, e manibus sibi rape- *1075. Iun.* retur. Hoc precavens quam maxime satagebat, ut ante exercitus committerent, quam legati Saxonum pacem postulaturi venirent, plurimum in hoc ipsum annitente[a] duce Suevorum Růdolfo[b], propterea quod anno priore regnum affectasse infamatus[c] suspicionem hanc novis erga regem studiis abstergere cupidissime volebat.

Profectus rex de Bredingen[d] die prima venit in *Iun.* 8. Elenen. Sequenti die[1] precipitato nimium gradu duo- *Iun.* 9. rum pene dierum iter confecit[e, 2] atque in Beringe[3] castra posuit, haut[f] multo a Saxonibus intervallo. Iam fixis[g] tentoriis singuli quae exhaustis lassitudine corporibus necessaria forent circumquaque dispersi providebant, rex etiam refrigerandi gratia se in lectum reclinaverat, cum subito dux Růdolfus[b] ingrediens nunciat Saxones brevissimo spacio abesse et, incertum negligentes an ignaros advenientium hostium, inter epulas et pocula ineptis lascivire lusibus, quasi[h] vel ad punctum temporis inultum habeant, quod sumpta contra rem publicam et leges maiorum arma sic improbe conspectibus regis[i] invexissent; ignominiam hanc Teutonici[k] regni nullis deinceps seculis abolendam esse; placere sibi, cum adhuc maior pars supersit diei, ut acies instruatur, prelium committatur, vel si prelium detrectantes intra[l] castra se tutentur, ipsa castra admoto exercitu expugnentur. Rex ei pronus in terram gratias agit et huius beneficii quo[m] advivat nunquam se immemorem futurum Deo in testimonium ascito pollicetur. Ita ambo se tentorio proripiunt. Dato ad pugnam signo ocius omnes assunt, longe lateque patentes[n] campos occupant,

a) annuente *B* 1[b]. b) Rud. *A* 1. *B* 1[a. c], 2. c) infam. *B* 1[b]. d) Bredingin *B* 1[b] *h. l.*; Breidingen *B* 2 *h. l.* e) fecit *B* 1[b]. f) haud *A* 1. *B* 1[c], 2. g) suis *B* 2. h) qui si *A* 1, 1[a]. i) sic *iterum add.* *B* 1[a]. k) teuthon. *A* 1 *saepe.* l) inter *B* 1[b]. m) *sic (ut semper fere in codd. medii aevi, non* quoad vivat*)* *A* 1. *B* 1[a. b]; quo adv. n. *om.* *B* 2. n) *om.* *B* 1. 2.

1) *De die (Iun. 9) consentiunt Bruno c.* 46; *Bernold., SS. V, p.* 392. 431; *Ann. Yburg., SS. XVI, p.* 436; *S. Disibodi, SS. XVII, p.* 7; *Mellic., SS. IX, p.* 499; *Chron. Wirzib. (= Ann. Hildesh., Rosenveld., Chron. Sampetr. ed. Stübel p.* 10, *Ann. S. Alb.* [VI. Idus]*)*; *Necrol. Hildesh., S. Mich. Luneburg., Visbecc.* 2) *Ut regem sanguinis Saxonum sitientem depingeret, nimium studens in errorem lapsus est Lamp., cum ab Elenen ad villam Beringe minime sit iter duorum dierum. Giesebrecht, 'DKZ.' III, p.* 1138. *nimis pie Lampertum contra Lampertum tueri conatus est, ne quid ineptius dixisse videatur. Cf. Kilian, 'Itinerar' p.* 68. 3) *Eundem locum indicarit Bruno c.* 46.

1075. Iun. 9. singuli duces suas seorsum[a] legiones instruunt. Et quia nec situs loci nec multitudo paciebatur, ut uno eodemque tempore omnibus una fieret manus conserendi copia, datum negocium est duci Růdolfo[b], ut ipse cum suis prima acie confligeret, peculiari scilicet Suevorum privilegio, quibus ab antiquis iam diebus lege latum est, ut in omni expeditione regis Teutonici ipsi exercitum precedere et primi committere debeant[1]. Caeteris iussum, ut propter[c] assistentes pugnantibus, prout res[d] posceret, auxilio concurrerent. Rex in quinta erat legione, quam ex lectissimis et erga se admodum spectatae fidei iuvenibus stipatam ornatissimamque instituerat[2]. Ita paulatim servatis ordinibus ad castra Saxonum procedunt[e].

Saxones, qui sibi stultissime persuaserant spacium illud, quo a rege aberant, vix ab equite[f] expedito, nedum ab exercitu sarcinis aliisque impedimentis implicato uno die transmitti posse, nihil minus quam regem eo die ad se perventurum suspicabantur. Ideoque[g] vana securitate resoluti omne studium ab armis ad curam corporum verterant, cum repente conspicantur caelum
Reg. 17, 11. Ier. 15, 8. pulvere obtenebratum[3], exercitum super arenam maris innumerabilem totam adiacentis campi latitudinem instar
Iudic. 6, 5. locustarum occupasse et fere iam emenso[h] quod in medio erat spacio ad ipsa castra opprimenda, nisi maturent egredi, citato paululum gradu properare. Inopinata re trepidi et se invicem inertiae, quod hostem non previdissent, incusantes, protinus sublatis in caelum vocibus conclamant, *arma rapiunt, portis prorumpunt[4]. Pauci[i] *p. 227. loricis corpora muniunt, caeteri, dum morarum impacientes ruunt, nec vestes, quibus se paulo ante largiori ocio indulgentes exuerant, resumere meminerunt. Nullus

a) deorsum *B* 1b. b) Rudolfo *A* 1. *B* 1a; Rudolffo *B* 1c; Rudolpho *B* 2. c) prope *B* 2. d) *om.* *B* 1; prout posc. necessitas *B* 2. e) procederet *B* 1b. f) quiete *B* 1a. g) Ideo ꝗ (quod) *B* 1b. h) emerso *B* 1b. i) Paucis *B* 1a.

1) *Idem dicit Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 278, *l.* 46 *sqq., in eo cum Carm. III,* 140. 141. *consentiens, quod Suevis Baioarios iungat. Cf. Waitz, 'DVG.' VIII, p.* 181 *sq.* 2) *Regem aciei subsidiariae praefuisse etiam Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 278. (cum suis electissimis) *et Carmen III,* 167—171. *confirmant. Ottonem I. regem in quinta legione,* quae et dicebatur regia, *vallatum lectis militibus fuisse in proelio Ungarico a.* 955. *dicit Widuk. III,* 44. 3) *Cf. Carmen III,* 130. 131. 4) *Etiam Bruno c.* 46, *Berthold. p.* 278, *Ann. S. Disibodi, SS. XVII, p.* 7, *Bonizo, Lib. I, p.* 606, *dicunt Saxones improvidos ab exercitu regio occupatos esse. Quod solus poeta in Carm. tacuit, cum iusto stultior fuisset, si hoc in panegyrico suo dixisset.*

alterum cunctantem operitur, sed singuli passim, prout ocius seriusve arma expedierant, accurrunt. Quam plurimi etiam trans fluvium Unstrut longius metati prius infeliciter gestae rei quam committendi certaminis nuncium acceperunt. Nec legiones ordinare angustia temporis sinebat nec militem adhortari nec[a] castra consuetis stationibus munire nec aliud quicquam facere, quod militaris disciplinae solemnitas exigebat. Repentinus regis adventus omnia preverterat. Vix tandem ex illa trepidatione resumpto spiritu, çum in globum densissimum tumultuaria se statione stipassent, non expectato[b] signo, ut consuetudo est pugnaturis, equis subdunt calcaria et summo nisu precipites feruntur in adversarios, haud[c] procul ab Hoenburg[d]. Nec impetum sustinere vel ad horam Suevi potuissent, nisi loco motis iamque pedem retro ferentibus dux Welf[e] cum exercitu Baioarico concurrisset. Prima certaminis procella hastas et lanceas consumpsit. Reliquam partem gladiis, qua pugnandi arte[f] plurimum excellit miles Saxonicus, peragunt, precincti singuli duobus vel tribus gladiis; tantaque vi, tanta ferocitate, tanta feriendi calliditate grassantur, ut hostibus etiam non minus admirationi quam terrori essent. Ibi Ernost marchio Baioariorum, vir in regno clarissimus et multis sepe adversum Ungarios victoriis insignis, graviter vulneratus est; et cum in castra semivivus relatus fuisset, postero die expiravit[g, 1]. Ibi Engilbertus[h] comes[2], ibi duo filii[3] Eberhardi comitis de Ellenburg, ibi quam plurimi nobiles ex Suevis, quam plurimi ex Baioariis corruerunt; paucique admodum sine vulneribus prelio excesserunt. Rudolfus[i] dux multis sepe gladiis impetitus[4], quamquam tenacissimae loricae presidio ictus omnes frustraretur[k], multis tamen ex assidua contusione membrorum affectus est incommodis. In exercitu Saxonico preclarissime enituit virtus Ottonis ducis quondam Baioariae. Is fortissimis[l] iuvenibus

1075. *Iun. 9.*

a) nc *B* 1b. b) exspect. *B* 2. c) haut *B* 1a. d) Hohenburg *A* 1. *B* 1. e) Welff *B* 1c. 2. f) *om.* *B* 1b. g) exspir. *B* 2. h) Engilberthus *A* 1. i) *sic h. l.* *A* 1. *B* 1a; Rudolffus *B* 1b. c. 2. k) frustrarentur *B* 1c. l) fortissimus *A* 1. *B* 1b.

1) *Cf. Ann. S. Disibodi, SS. XVII, p.* 7; *Yburg., SS. XVI, p.* 436; *Mellic., SS. IX, p.* 499; *Gotwic., ib. p.* 601; *Einsidl., SS. III, p.* 146; *Necrol. Mellic., Pez, SS. R. Austr. I, p.* 306; *Casus Petrishus. II,* 32, *SS. XX, p.* 646. 2) *Cf. Necrol. S. Rudb. Salisb., Necr. Germ. II, p.* 141. 3) *Heinricus et Eberhardus supra p.* 160. *memoratus. Cf. Ann. Einsidl., Yburg., Casus Petrish. l. l.* 4) *Cf. Bruno c.* 46.

1075. *Iun. 9.* septus, modo in prima acie pugnam lacessere, ubicumque acrior vis hostium incubuisset, comminus adesse, insistentium vultus gladio ferire, per hostiles cuneos quaquaversum viam sibi ferro[a] parare, modo in postremis cessantes adhortari, causae, qua arma sumpserant, admonere, et ut nunc, quod sepe quam sancte iurassent, libertatem suam manu vindicarent, omnes in commune per Deum obsecrare. Strenue[b] profecto et egregii militis et optimi ducis officio fungebatur[1]. Protractum a media die usque in horam nonam certamen iam in eo erat, ut duo duorum regnorum exercitus, Sueviae et Baioariae, terga verterent; et regi frequentes nuncii salutem suorum in extremo sitam nunciabant, cum[c] repente ex uno latere Herimannus[d] comes de Glizberg[e], ex[f] alio latere Babenbergenses milites signa inferunt. Tum dux Boemorum[g], tum Gozelo dux Luteringorum[h], multis prius periclitantium in prelio legationibus et supplicationibus fatigatus, suas uterque copias incitatis ad cursum equis inmittit. Non ultra Saxones vim multitudinis sustinere poterant, paulatimque cedentes, cum inclinatas iam[i] ad *cf. 2.Tim. 4,2.* fugam acies dux Otto restituere obsecrando, increpando, inertiam desidiamque exprobrando diu multumque conatus fuisset, tandem versis frenis omnes diversas in partes aufugerunt. Tum[k] vero — ut semper in fuga hostium ignavissimis et fortissimis par solet esse audacia, par gloria[2] — omnes in exercitu regis legiones confusis ordinibus, omnes etiam plebei ac rustici, qui castrorum usibus servilem operam dependebant, ocius se ad persequendos fugientes expediunt, equos calcaribus enecant, latissimos campos dicto citius transvolant, obstantia quaeque conculcant. Fugientes, cum in castra tamquam illic latibulum habituri se recepissent, captis castris et direptis exagitant, loca omnia, per quae fuga est, per miliaria duo vel tria circumquaque cedibus cruentant[3], cadaverum acervis exaggerant. Et quia concitatus ungulis equorum pulvis oculis prospectum, rebus discrimen eri-

a) *om.* *B* 2. b) Strennue *B* 2. c) eum *A* 1. 1[a]. d) Hermannus *B* 1[c]. 2. e) Glisberg *B* 1[b]. f) et *B* 2. g) Bohemorum *B* 2. h) Luttering. *A* 1. i) iam ad f. *bis scr.* *B* 1[b]. k) Tunc *B* 1[b].

1) *Sallust. Cat. c.* 60: Catilina cum expeditis in prima acie versari, ... multum ipse pugnare, saepe hostem ferire: strenui militis et boni imperatoris officia simul exsequebatur. 2) *Sallust. Iug. c.* 53: in victoria vel ignavis gloriari licet. 3) *Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 279: ferme ad duo miliaria . . eos fugientes insecuti sunt.

1075. *Iun. 9.* puerat, ut haud[a] facile socios ab hostibus visu caligante secernere possent[1], quam plurimos ex sociis suis, dum *p. 228. hostes arbitrantur, interficiunt. *Principes Saxoniae et nobiles, preter duos mediocri loco natos[2], omnes vivi integrique evadunt, tum peritia locorum, tum obtenebrati aeris densitate, tum equorum velocitate commodissime usi. Porro in vulgus pedestre, quod congressis equitibus adhuc in castris resederat, ita ultra modum omnem modestiamque debachata est hostilis feritas, ut christianae verecundiae obliti pecudes sibi, non homines iugulare viderentur. Plurimam etiam partem fluvius Unstrut, dum metu gladii imminentis precipitantius irruunt, obsorbuit[b]. Cedi nox finem fecit. Et quod ultra fluvium persequi[c] fugientes haud[a] satis tutum putaretur[3], conversi milites ad spolia diripienda tantam in castris hostium invenerunt ciborum affluentiam, tantam auri et argenti vestiumque preciosarum multitudinem, ut non ad bellum inferendum, sed ad epulum prebendum regis exercitui et ostentandam opum[d] suarum magnificentiam occurrisse viderentur.

Rex paulo post occasum solis inter faustas, ut solemne est, militum acclamationes in castra revertitur, laetus et aestuans gaudio, quod hostes infestissimos insigni victoria subegisset, maxime iactantibus passim militibus, quod illos et illos de primis principibus Saxoniae manu propria[e] peremissent. Cumque ad locum congressionis reversi, alius dominum suum, alius patrem, alius fratrem[4], alius cognatum aut alia quavis necessitudine sibi devinctum in acie corruisse reperissent, laeticia omnis in merorem, cantus versus est in vocem flentium[5]. *Iob 30, 31.* Planctu et ululatu[f] castra universa perstrepebant. Sequentem diem in eisdem castris agentes occisos terra *Iun. 10.*

a) haut *B* 1[a]. b) absorbuit *B* 1[c]. *P*. c) prosequi *B* 2. d) opus *B* 1[a]. e) propia *B* 1[a]. f) ullulatu *A* 1. *B* 2.

1) *Idem dicit Bruno c.* 46. 2) *Folcmarum et Suidgerum* ex mediis, *ut Bruno c.* 46. *scribit. Sed etiam magnatum summorum unus occisus est Gebehardus comes de Supplingenburg (Bruno c.* 46*; Ann. S. Disibodi, Yburg. l. l.; Otto Fris., Chron. VI,* 34*; Auct. Garst., Ann. Admunt., S. Rudberti Sal., SS. IX, p.* 568. 576. 773*), quod Lampertum ignorasse haud facile credendum est. Cf. supra p.* 150, *n.* 6. 3) *Sed Godefridum ducem ultra fluvium fugientes persecutum esse tradit Carmen III,* 197 – 202. *Cf. A. Wenzel, 'Heinrichs IV. Sachsenkrieg' (Progr. Langensalza* 1875*) p.* 43. *De fugientibus a Turingis invasis vide infra p.* 228. 4) *Cf. Bruno c.* 37. 46. 5) *Sallustii Cat. c.* 61. *Lamp. adductus videtur, ut eadem fere quae ille hoc loco referat.*

1075. *Iun. 10.* obruunt; qui clariores inter eos ditioresque extiterant, in patriam, unde quisque oriundus erat, sepeliendos remittunt[1]; vulneratis curam adhibent; quos miliciae in reliquum inutiles vulnera reddiderant, suis in patriam curandos destinant. Nec facile estimari poterat, quot hac, quot illa in acie cesa essent milia[2], hoc tamen palam constante, plus hic nobilium, plus illic cecidisse plebeiae multitudinis, et propter amissionem clarissimorum virorum maius victores quam victos tulisse dispendium.

Merore et luctu affectis omnibus gravior accessit dolor et facti penitentia comperto, quod principes Saxoniae, quos ad unum interfectos pridie vano rumore vulgaverant, omnes integro numero viverent atque ad iterandum prelium novas denuo copias pleni animorum contraherent. Graviter nimis ferebant et inter se haud[a] obscuris mussitationibus[b] fremebant, quod maximo sui piaculo, minimo rei publicae emolimento[c] manus suas[d] innoxiae plebis sanguine polluissent. Rex ipse quam plurimum verebatur, ne miles in irritum fusi tanti sanguinis penitens religionis optentu[e] deinceps miliciam detrectaret, quam sine peccato et gravi offensa Dei administrare non posset. Pessimae rei pessimum Mogontinus[f] archiepiscopus remedium adhibuit. Collato cum paucis familiaribus regis consilio, repente processit in publicum et principes Turingiae[g] nec canonice ad sinodum[h] evocatos nec sinodali[h] audientia secundum ecclesiasticas leges discussos precipiti sententia excommunicavit, ea scilicet causa, quod eum anno priore Erphesfurt[i], cum ad exigendas decimas assedisset, districtis gladiis intra[k] aecclesiam impetissent[3]. Et ne quis ei forte hoc crimini daret, quod contra canonum scita miseros homines, tam inexplicabilibus negociis ad presens implicitos, tam iniquo tempore adortus fuisset, quando tantis undique bellorum procellis iactati non causis dicendis vacare, sed vitam suam fuga vel armis servare necesse haberent, ait a Romano pontifice[l] sibi hoc permissum esse, ut absque legittimis[m] induciis, absque legittima[m] discussione, die, quo sibi occurreret, eos iusto

a) haut *B* 1a. b) musitat. *B* 2. c) emolumento *A* 1. *B* 1a. d) *om.* *B* 1b. e) obt. *A* 1. *B* 1b. 2. f) Moguntinus *B* 2. g) Thur. *B* 1. 2. h) syn. *A* 1. *B* 1a. 2. i) Erpesfurt *A* 1; erphesfurdt *B* 1b. k) inter *B* 1b. l) sibi hoc post. *B* 2. m) legitim. *B* 1a *plerumque.*

1) *Consentit Bruno c.* 47; *cf. Carmen III,* 213—216. 2) *Numeros affert Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 279. 3) *Cf. supra p.* 201.

anathemate ab aecclesia recideret. Nullum tamen sapientem latere potuit, quo potissimum spectaret hoc factum, eo scilicet, ut exercitus regis promptior deinceps fidentiorque adversum eos bellum gereret, de quorum occisione, si post excommunicationem occisi fuissent, putaret se nec[a] peccatis obnoxium fore nec penis, quas leges ecclesiasticae statuunt homicidis[1]. 1075. (Iun.)

Igitur movit exercitus de loco certaminis et transita *p. 229. Turingia[b] ingressus est Saxoniam, *omnia circumquaque ferro et igne depopulans, tantasque in villis singulis repperit[c] opes, fecundissima scilicet regione et nullis antehac bellis attacta[d], ut avidissimae plebi castrorum, quae sola spe rapinarum exercitum sequebatur, copia pareret fastidium[2]. Rex tamen assiduas ad principes Saxoniae legationes tum suo, tum principum suorum nomine destinabat, hortans eos, ut se dederent atque in clementia eius pocius quam in armis suis, quae[e] semel infeliciter temptassent, spem sibi deinceps ponerent. Sed illi haud[f] dubiis indiciis compertum habentes, quanto in eos odio aestuaret, extremae[g] dementiae esse iudicabant, ut ei precipitanter sanguinis sui ius potestatemque facerent, cuius iram tantis ante expeditionem supplicationibus mitigare nequivissent. Tamen mandaverunt ei verbis supplicibus se pacem quam bellum, clementiam eius quam indignationem[h] semper maluisse, et eam si alio precio quam proprio sanguine redimere potuissent, nunquam ad haec extrema audenda experiendaque processuros fuisse; quodsi vel nunc saltem post illatam cladem cor eius tetigisset Deus, ut calami- *cf. Ier. 4, 18.* tatibus eorum condoleret, quos pene usque[i] ad internicionem[k] prostravisset, se hoc gratanter amplecti et oblitteratis a corde suo omnibus malis, quibus in eos iram odiumque suum explesset, deinceps ei fidos devotosque futuros. Si autem hoc aliter quam per deditionem fieri non posset, consultius sibi esse, ut salva existimatione sua, incolumi libertate sua, in congressione publica morerentur, quam dediti ritu pecudum iugula-

a) se pecc. nec *B* 1[b]. b) Thur. *B* 1[a, c], 2. c) reperit *A* 1. *B* 2. d) tacta *B* 2. e) non *alio utram. in marg. add. B* 2. f) haut *B* 1[a]. g) extr. — iudicabant *om. B* 1[b]. h) indignitatem *A* 1. i) ad int. usque *B* 1[b]. k) internecionem *B* 1[a] *saepius*; internetionem *A* 1 *semper fere*.

1) *Haec insulsa bene castigavit Delbrück p.* 46—48. 2) *Cf. Carmen III,* 229—253; *epist. duas Werinheri, Bruno c.* 49. 51; *ib. c.* 47.

1075. (Iun.) rentur vel diu in custodia habiti, insuper fame et siti aliisque cruciatibus macerati omni morte tristiorem vitam exigerent. Ad ultimum iussu regis profectus est episcopus Mogontinus et alii quidam ex principibus et haec eadem viva voce cum eis egerunt, obsecrantes eos per Deum, ut, postquam male auspicato rem[a] certamini commisissent et cladem multis posthac seculis non abolendam accepissent, nunc saltem malo suo coacti resipiscerent a stulticia nec se gentemque[b] suam obstinata desperatione omnino perditum irent; se in conspectu omnia cernentis Dei fidem suam[c] interponere, quod, si se ultro dedidissent, aut eadem die aut brevissimo post tempore deditione absolvendi essent, salvis sibi dignitatibus, beneficiis, prediis et aliis facultatibus suis. Econtra illi satis sibi aiebant re ipsa cognitam et spectatam esse et principum fidem et regis atrox atque inplacabile[d] ingenium, cum post illas condiciones pacis, quas priore anno in Gerstingun[e] rex, principibus suffragium ferentibus, quam[f] sancte firmasset, tam crudeliter in eos culpae, quam tunc condonaverat, vindictam exercuisset, nec principum fides periclitantibus quicquam opis presidiique contulisset. Proinde frustra eos rogare, ut fidem suam nunc experiantur quasi incognitam, quam in campis Turingiae[g] luce clarius multo suo incommodo experti fuissent[1]. Ita defixi in sententia persistentes haud[h] procul a Magadaburg[i] locis munitissimis se continebant[k, 2], quia, licet multitudine abundarent[l], congressionibus tamen deinceps abstinendum, nisi inevitabilis necessitas incidisset, decreverant. Tamen Udo marchio[m] et episcopus Merseburgensis[3] et pauci alii nobiles Saxoniae deditioni consenserunt. Ex quibus Udo marchio,

a) auspicatorem *B* 1a. 2. b) gentem *A* 1. 1a. c) *om.* *B* 1. 2. d) implicabile *B* 1b. e) Gerstigun *A* 1; Gerstingin *B* 1b; Gerstungen *B* 2. f) quas *B* 1b; tam *B* 2. g) Thur. *B* 1. 2. h) haut *B* 1a. c. i) Magadeburg *B* 1c; Magdaburg *B* 2. k) continebat *B* 1a. l) habund. *B* 2. m) pro se *add.* *B* 1a. b. c. 2. *P. ex seq. p.* 225, *l.* 1.

1) *Longae huic lamentationi hoc verum subest, principes Saxonicos negasse deditionem sine condicione faciendam, a rege post proelium ut ante proelium postulatam. Cf. epist. Sigefridi, Cod. Udalr. nr.* 45, *l. l. p.* 98. 2) *Bruno c.* 47: Principes . . nostri diversas munitiones intraverunt. *Ex hoc et iis quae rerum Magdeburgensium optime gnarus Bruno c.* 52. *narrat patet non multos sane principes prope Magdeburg collectos fuisse. Episcopatus Magdeburgensis fines rex non intravit, ut Bruno c.* 52. *testatur.* 3) *Werinherus. Etiam episcopus Hildesheimensis tunc in gratiam regis receptus esse videtur (cf. infra p.* 230*), fortasse Goslariae, ut ex Brunonis c.* 53. *coniciendum est; qui teste Chron. Hildesh. c.* 17, *SS. VII, p.* 854, data infinita pecunia effecit, *ne episcopatus suus vastaretur.*

dato pro se obside filio suo[1], statim deditione absolutus est. Episcopus in monasterium Loressan[a] missus; alii diversis principibus, ut ad tempus servarentur, commendati sunt. 1075. *(Iun.)*

Rex usque Halberstat[b] cum exercitu venit, omnia, ut ceperat, circumquaque ferro et igne depopulans. Goslariam quoque cum paucis perrexit[2], parcens loco ditissimo et sibi semper gratissimo, ne[c] quam admissa multitudine sentiret depredationis iniuriam. Cumque exercitus in dies fame et siti deperiret, veteri frumento partim igne, partim tantae multitudinis usibus absumpto, novo autem necdum maturo[3], cumque spes nulla esset sine largioribus induciis et maioribus impensis bellum hoc confici posse, exoratus rex a principibus Saxonia excessit, et transitis finibus Turingiae[d], ubi Eschenewege[e] pervenit, exercitum dimisit, accepta a principibus firmissima sponsione, quod ad[f] iterandam expeditionem XI.[g] Kal. Novembris maiores et ambiciosius instructas sibi in Gerstingun[h] copias adducturi essent. *(Iul. in.)*

Quo in tempore nunciatum est regi Dietwinum Leodiensem episcopum, virum multis ornatum virtutibus et per plures iam annos sacerdocio perfunctum, ab hac luce migrasse. *Cui protinus rex per interventum Gozelonis ducis propter eius excellens in milicia meritum successorem constituit Heinricum quendam Vertunensem canonicum, ipsi duci consanguinitate proximum[4]. Quo ille beneficio regi devinctus operam suam futurae[i] expeditioni quam maximam pollicebatur. *p. 230. *(Iun. 23).*

Rex, dimisso exercitu, concitus Wormaciam venit. Nec multo post Burchardus prepositus[k] Treverensis aecclesiae, qui ad regem Ruzenorum legatione[l] regia *(Iul.)*

a) laressan *B* 2. b) Halberstad *B* 1b. c) ne — iniuriam *om.* *B* 1b. d) Thur. *B* 1. 2. e) Escheuwege *B* 2. f) *om.* *B* 1. 2. g) XVI. *B* 1b. h) Gerstigun *A* 1; gerstingnn *B* 1c; Gerstungun *B* 2. i) futura *post corr.* future *B* 1a. k) Trev. eccl. prep. *B* 2. l) Rusenorum legia *B* 1b.

1) *Non Heinrico primogenito, ut videtur, quia hic filius infra a.* 1076, *p.* 274, *puerulus tenerae aetatis dicitur, sed aut Liutgero aut Udone aut Rudolfo.* 2) *Consentit Bruno c.* 53, *sed dixit* exercitu comitante. 3) *Mense Iulio ineunte exercitum dimissum esse ex Brunonis c.* 53. 54. *patet, qui* et Iulius, *ait,* mensis fruges adhuc maturas non exhibebat. *Quocum concordat quod Lamp. de morte episcopi Leodiensis regi nunciata mox narrat.* 4) *Filium Friderici comitis Tullensis. Cf. Chron. S. Huberti Andagin. c.* 28, *SS. VIII, p.* 587; *Aeg. Aureaevall. III,* 11, *SS. XXV, p.* 88; *Laur. de Leodio c.* 7, *SS. X, p.* 494 *sq.; Albric., SS. XXIII, p.* 798.

1075. (Ind.) functus ierat[1], reversus est, tantum regi[a] deferens auri et argenti et vestium preciosarum, ut nulla retro memoria tantum regno Teutonico uno tempore illatum referatur. Qua regem mercede ad hoc tantum redimere volebat rex Ruzenorum, ut fratri suo[2], quem regno expulerat, adversum se non preberet auxilium. Quod certe gratis etiam impetrare potuisset, quia intestinis ac domesticis bellis occupatus[b] ad externa tamque remotis gentibus inferenda bella nullo modo vacabat. Per se magno muneri magnum addidit[c] precium temporis oportunitas. Nam ingentibus recentis belli expensis erarium regis exhaustum fuerat, et miles vehementer instabat nuper exactae miliciae premium efflagitans[d]; cui nisi ad votum regia largicione satisfecisset, haud[e] dubie constabat, quod eum ad reliquam negocii partem, quae profecto maior restare[f] timebatur, minus devotum habiturus esset.

Mogontinus archiepiscopus efferatus in Halberstatensem[g] episcopum, pro eo quod per eum potissimum stetisse videretur, ne Saxones deditioni consentirent, spirituali armatura debellare parat, quem militari manu non potuerat[h]. Legatum ei mittit eumque ad sinodum[i] evocat, intentans ei crimen periurii ea de causa, quod contra rem publicam et regem[k], cui sub iureiurando fidem spopondisset, instructam aciem dux ipse belli direxisset[l]; et[m] hac occasione episcopatu eum deturbare, si vota sequatur effectus, machinatur; parum recolens se ipsum eadem noxa[n] teneri, quia et ipse et cuncti principes regni, qui nunc partium regis erant, in haec eadem contra regem bella a principio coniuraverant[3]. Sed nuncius metu hostium, per quorum terras transeundum erat, retardatus est, ne ad legittimas[o] inducias, sicut solemne est, ei diem diceret; atque ita ineptum consilium eadem levitate evanuit, qua ceptum
Oct. fuerat. Sinodum[i] tamen eodem anno mense Octobri Mogontiae congregavit. Ubi inter alios [episcopos[p]], qui convenerant, aderat Curiensis episcopus[4], apostolicae[q]

a) def. regi arg. et auri *B* 2. b) implicatus *B* 2. c) addit *A* 1; adidit *B* 1b. d) exagitans *B* 1b. e) haut *B* 1a. f) videbatur et *add.* *B* 1b. g) Halberstadensem *B* 1. h) poterat *B* 1b. i) syn. *A* 1. *B* 1a. 2. k) et r. *om.* *A* 1. 1a. l) dixisset *A* 1. 1a, *corr.* duxisset *A* 1a, *et ita Schr. P.* m) et hac occ. *bis scr.* *B* 1b. n) noxia *B* 1b. o) legitimas *A* 1. *B* 1a. p) *deest* *B* 1. 2. *N.* q) *altera manus pergit B 2 f. 66, praemissa inscriptione* De celibatu presbiterorum.

1) *Cf. supra p.* 202. 2) *Demetrio.* 3) *Cf. supra p.* 159. 165. 4) *Heinricus.*

sedis litteras[1] et mandata deferens, quibus ei sub intermi- 1075. Oct. natione gradus et ordinis sui precipiebat[2], sicut antea quoque multis legationibus preceperat, ut presbiteros omnes, qui intra suam diocesim essent, cogeret aut inpresentiarum coniugibus renunciare aut se inperpetuum sacri altaris ministerio[a] abdicare[b]. Quod dum facere vellet, exurgentes[c], qui undique assidebant, clerici ita eum verbis confutabant, ita manibus et tocius corporis gestu in eum debachabantur, ut se vita comite sinodo[d] excessurum desperaret. Sic tandem rei difficultate superatus statuit sibi deinceps tali questione omnino supersedendum et Romano pontifici relinquendum, ut causam, quam ipse totiens[e, 3] inutiliter proposuisset, ille per semetipsum, quando vellet et quomodo vellet, peroraret[f].

Heinricus Spirensis episcopus, cum iam thesauros aecclesiae Spirensis pene[g] omnes puerili levitate dilapidasset et predia militibus suis in beneficium erogasset*, in tantum ut vix in dimidium annum sumptus ei ex reditibus aecclesiae ministrari possent, inopinata morte subtractus est[4]. De cuius obitu dignam memoria visio- *(Febr. 26).* nem vidit clericus quidam, qui ei defuncto protinus in episcopatum successit, nomine Huzmannus[h]. Putabat *(Febr. 19).* se in choro Spirensi cum episcopo et caeteris clericis stare, et ecce ingrediebantur chorum tres viri, unus exacta[i] aetate, canicie veneranda, duo iuvenes tamquam in obsequium senioris destinati. Cumque in medio chori aliquamdiu taciti constitissent, ait senior his, qui circa se erant, iuvenibus: 'Quid tardatis quod vobis iussum est explere?' At illi: 'Tuum', inquiunt, 'pater est primo adversus eum dictare sententiam, et nos sine dilatione quicquid iudicaveris exequemur'. Et ille: 'Propter
*p. 231. multa', inquit, 'mala, quae in locum hunc et in *sanctam

*) *P. add.:* tempore Heinrici tertii imperatoris.

a) misterio *B* 2. b) abdicaret *B* 1b. c) exsurg. *B* 2. d) syn. *A* 1. *B* 1a. 2. e) timens *B* 1b. f) etc *add.* *B* 1b. g) pe *B* 1a. h) Husmannus *B* 1b. i) exacte *B* 2.

1) *Datas Sept.* 3, *Gregorii Reg. III,* 4, *l. l. p.* 207 *sqq. De concilio magno totius Germaniae Moguntiae celebrando, quod papa hac epistola iterum postulavit (cf. Berthold. p.* 278; *Sigefridi epist., Cod. Udalr. nr.* 45), *Lamp. nihil compertum habuisse videtur.* 2) *Nullas comminationes epistola illa continet.* 3) *Semel antea, ut Lamp. supra p.* 200. *narravit, si tamen hoc verum est.* 4) *Cf. Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 278; *Bernold., De incont. sac. ep.* 5, *Lib. II, p.* 26; *Chron., SS. V, p.* 430.

1075. (Febr. 19). Dei genitricem operatus est, egressa est a Deo sententia, ut interficiatur'. Ad hanc vocem corripientes[a] episcopum decollaverunt et truncum in ligno crucis, quod in eadem aecclesia in sublime elatum stabat, suspenderunt. (Febr. 20). Cumque mane facto clericus nimio horrore concussus episcopo somnium retulisset, visus est ei quasi deliramenta loqui, et propter sospitatem corporis sui optimeque constantem omnibus membris vigorem suum nullum tam e vicino imminentis exicii sensum admisit. (Febr. 26). Et ecce septimo dehinc[b] die, cum ad vespertinalem sinaxim[c] cum fratribus in choro staret, sensit repente parvulam sibi instar[d] puncti pustulam in collo excrescere, qua paulatim in inmensum intumescente, ante mediam noctem defunctus est[e, 1].

(Iul. Aug.) Post abductum de Saxonia regis exercitum iterum Saxones et Turingi[f] crebra conventicula faciebant, in quibus plebs contra principes, et principes contra plebem gravissima simultate tumultuabantur. Succensebat plebs principibus, quod eam ad sumenda contra regem arma importunis suasionibus impulissent et nunc, cum ad certamen ventum esset, ipsi fuga elapsi plebem prosternendam, conculcandam et ritu inertium pecudum[g] iugulandam hostibus exposuissent. Irascebantur principes plebi, quod, ipsis in aciem progressis et pro numero suo satis impigre rem gerentibus, plebs intra castra inerti ocio desedisset et periclitantibus plurimum irritae spei, nihil opis presidiique diu expectata contulisset. Tum[h] vero omnes in commune Saxones omnes Turingos[f] infestissime aversabantur et cum his iustius quam cum rege bellum sibi fore dicebant, quod, in fugam verso Saxonico exercitu, Turingi[f] per omnes vias et compita[i] oppositi fugientes invaderent, raperent, lacerarent et ignominiosa nuditate fedatos de suis finibus effugarent. Iam in eo erat, ut ad vim[k] magnumque aliquod malum iurgia spectare viderentur. Sed episcopus Halberstadensis[l] et Otto dux quondam Baioariae, quo-

a) corripentes *B* 1[a]. b) die dehinc *corr.* dehinc die *B* 1[b]; die hinc die, *priore* die *post del.* *B* 2. c) synaxim *A* 1. 2. *B* 1[a]. 2. d) puncti instar *B* 1[b]. e) etc̄ *add.* *B* 1[b]. f) Thur. *B* 1. 2. g) pecodum *B* 1[a]. h) Tunc *B* 1[b]. i) cōpeta *B* 2. k) ut adm̄ *B* 2. l) *sic* *A* 1, *B* 1[a. b]. 2 *h. l.*; Halberstaten̄ *B* 1[c].

1) *Sequente die, postquam infirmatus est, post meridiem eum obiisse Berthold., die Febr.* 24. *infirmatum, Febr.* 26. *defunctum Bernoldus tradunt. Cf. Necrol. Spir., Böhmer, Fontes IV, p.* 315.

rum potissimum consilio bellum Saxonicum administrabatur, efferatae multitudinis animos salubri moderatione mitigabant, orantes eos per Deum, ne arma, quae pro vindicanda libertate sua concorditer sumpsissent, nunc diabolico furore raptati in propria[a] viscera retorquerent[b], neu hostibus suis, qui luctuosam a se victoriam reportassent, per intestinam hanc sedicionem animos audaciamque repararent. Preterea cernentes, quod infractam prima adversitate plebem vehementer iam belli peniteret pariter et tederet, veriti etiam, ut semper varium et instabile est plebis ingenium, ne ipsos principes captos regi traderent et suam salutem eorum sanguine redimerent, retulerunt ad eos de pace instauranda suaseruntque, ut, quoniam[c] semel accepta clades belli eis[d] tedium horroremque incussisset[e], omnem nunc operam verterent ad placandam regis adversum se indignationem. Gratanter nimis[f] hoc auditum acceptumque est ab omni plebe. Statimque episcopum Premensem[1] et Udonem marchionem collato consilio ad regem miserunt orare per Deum, ut saltem nunc sanguine eorum exsaturatus iracundiae suae modum poneret nec exiguum gentis Saxonicae, quod atrocissimae cedi superfuerat, usque ad internicionem deleret; diem pocius locumque constitueret, quo tuto venire, tuto causam dicere liceret[2]. Se iuxta iurisdictionem omnium regni principum de omni iniuria, qua se lesum diceret, paratos ei ad votum satisfacere, omnem postremo satisfactionem[g] proponere, omnia, salva modo vita et libertate, libenter passuros fore, si tantum expeditionem, quam adversum se omnibus regni principibus indictam comperissent, ad tempus inhiberet. Ad haec rex ait se nec eis nec cuiquam iustam satisfactionem de culpa proponenti veniam negaturum, de tanto autem tamque[h] atroci negocio precipitanter sententiam ferre nec velle nec debere, donec principes regni in unum convenirent, in quorum communem ignominiam lesae regiae maiestatis[i] iniuria redundaret, et quorum tam virtute bellum transigendum quam consilio pax reparanda esset, presertim cum iam sepenumero bona et

1075. (Iul. Aug.)

a) propia B 1a. b) retortequerent B 1a; reto || retorquerent B 1c. c) quomodo A 1. 1a. d) eius A 1. e) incusisset B 1b. f) hoc nimis *corr.* nimis hoc B 1b. g) fact. *corr.* satisfact. B 1b. h) tanque A 1. B 1b; tanquam B 1a. 2. i) maiestis B 1a.

1) *Liemarum.* 2) *Idem archiepiscopus Magdeburgensis tribus suis epistolis, Bruno c.* 48. 49. 51, *postularit.*

1075. (Iul. Aug.) pacifica promittentes fefellissent; se principibus suis in expeditionem coadunandi exercitus diem XI. Kal. Novembris constituisse in Gerstingun. Si eos patrati facinoris revera peniteret, eo venirent, accepturi illic, quamcumque[a] regni *principes equam[b] iudicassent pro admissa temeritate sententiam. *p. 232. Hoc ubi Saxonibus nunciatum est, ingens eos metus invasit; omnesque certatim animi conatus intendunt ad placandam[c], quoquo modo possint, regis iracundiam, ea pre omnibus cura habita, ut expeditionem, quae tam atrociter indicta fuerat, preverterent, recolentes, quantum calamitatis superiore expeditione accepissent, et haud[d] dubie scientes, quod infestiorem nunc hostem instaurata post fugam bella sibi reditura essent. Itaque supramemoratos nuncios et cum (Aug. Sept.) his[e] Hildinisheimensem[f] episcopum[1] mittunt, nec regi solum, sed cunctis etiam principibus pro recuperatione pacis obnixius supplicare iubent; omnem admissi facinoris satisfactionem, etiam supra leges et natales suos promittunt. Et ne verbis minus fidei sit, obsides ipsis legatis, quantos accipere velint, tradunt, quibus se obligent nulla unquam levitate, nulla necessitate, nulla ingruentium casuum mutabilitate promissionibus suis defuturos fore. Sed rex, comperto per occultos indices, quod id molirentur, omnibus modis satagebat, ne qua deinceps ante instructam expeditionem legatis Saxonum copia fieret colloquendi secum, precavens scilicet, ne forte principes regni supplicationibus eorum et satisfactionis humilitate evicti[g] clementiorem in eos animum acciperent. Quin immo[h] tam honori quam iracundiae suae hoc consultius[i] fore iudicabat, ut, si fieri posset, novis occasionibus[k] veteres inimiciciae instaurarentur, et vulnus, quod prepropere in cicatricem obduci metuebat, recentibus plagis exulceraretur. Ad hoc efficiendum novo et exquisito utitur artificio. Simulat se a Salomone, viro sororis suae, rege Ungariorum, in Ungariam evocatum, ut lites, quae inter ipsum erant et Ioiadam[l], qui eum regno expulerat, habito cum utrisque familiari colloquio componeret.

a) q̄cunque *B* 2. b) eq̃(ua) *B* 2. c) placandum *B* 1. d) haut *B* 1a. e) *om.* *B* 1b. f) Hildinishemensem *B* 2. g) deuicti *B* 1b. h) ymmo *B* 1b *saepe;* inmo *B* 2. i) et stultius, *altera manu corr. in marg.* consultius *B* 2. k) occasiones, *altera manu corr.* occasionibus *B* 2. l) Ioiadem, *alio atram. corr.* Ioiadam *B* 1b.

1) *Hecelonem.* *Cf. supra p.* 224, *n.* 3.

Huius itineris pretextu, elusis omnibus regni principibus, in[a] Boemiam proficiscitur, nullum secum habens ex principibus preter Herimannum comitem de Glizberg[b], equites autem expeditos et tanto negocio allectissimos[c] pene quingentos, qui, reiectis sarcinis et caeteris bellorum impedimentis, itineri tantum et certamini se expedierant. Assumpto in Boemia duce et exercitu Boemico, per occultos ac difficillimos[d] tramites in Saxoniam contendit, sperans se eos, ut dici solet, inter oscitantes, cum inopinatus irrueret, facile oppressurum, aut si rebellare temptarent, iustam deinceps adversum eos belli et satisfactionis non suscipiendae causam habiturum. Igitur usque Misenen pervenit urbem, sitam in confinio Boemiae et Saxoniae. Ibi a civibus pacifice in civitatem susceptus episcopum[1] civitatis ipsius comprehendit, omnia quae eius erant diripuit, hoc solo reum maiestatis eum adiudicans, quod toto tempore belli Saxonici nullos ad eum servatae erga rem publicam fidei indices, nuncios vel litteras destinasset[2]. Caeterum homo ecclesiasticae paupertatis et nihil aut parum habens pompae militaris vota forsitan contra rem publicam facere, arma ferre non poterat, nec magnum vel[e] his vel illis partibus momentum amicus sive inimicus extitisset[f]. Paulo ulterius progressus villas nonnullas incendit, homines plerosque ingenuos in deditionem accepit[3], cum repente premissi exploratores retulerunt iam dudum consilii[g] huius famam ad Saxones prevenisse, eosque[h] contractis plus quam XV milibus armatorum haud[i] procul castra posuisse, paratos cum eo proxima die, nisi satisfactionem eorum pacisque condiciones ultro susciperet, collatis signis confligere; postremo de eius suorumque omnium salute actum esse, si vel ultra progredi vel in eisdem castris posteram diem operiri vellet, presertim cum nullum undique conclusis effugium pateret, nec periculum manu propulsare multitudine impares possent. Ingens omnes qui cum rege erant metus perculit, vehementerque eius ineptiam incusabant, quod, cum successus

1075. (Sept.)

a) in — principibus *om.* *B* 1b. b) Glisberg *B* 1b. c) elect. *corr.* alect. *B* 2. d) difficilimos *A* 1. *B* 1b. e) *om.* *B* 1a. f) exstit. *B* 2. g) consili *B* 2. h) eos *A* 1. 1a. i) haut *B* 1a.

1) *Bennonem.* 2) *Eum a.* 1073. *contra regem rebellasse ipse dixit Lamp. supra p.* 150. 3) *Cf. Carmen III,* 262, *quod solum praeter Lamp. huius expeditionis mentionem facit. De tempore eius vide Kilian, 'Itinerar' p.* 69 *sq.*

1075. (Sept.) suos nimium ipse urgeret et morarum impaciens multorum annorum[1] bella uno impetu conficere immoderata presumptione festinaret, se suosque hostibus puerili levitate prodidisset. Eorum monitis obtemperans citato quantum poterat reditu in Boemiam, unde eruperat, se recepit. Quem abeuntem *quidam ex Saxonibus expediti *p. 233. equites insciis principibus insecuti, priusquam Saxonia excederet, oppressissent[2], nisi Boto comes[3], qui ad Saxones a rege orator ierat provocare eos ad deditionem vel, quod verius est, vana pollicitatione veniae implicare eos, ne persequerentur abeuntem, hac arte eos fefellisset. Digrediens a castris Saxonum, cum eos paulatim vestigia sua insequi cerneret, iter unius diei, quo ad regem redire poterat, longos anfractus[a] et longa viarum dispendia legendo vix triduo confecit, ut per hanc scilicet moram rex, elusis hostibus, in tutum evadere potuisset[4]. Ita periculo liberatus rex militem suum, labore et[b] vigiliis, tum potissimum fame ac siti pene usque ad defectionem (Oct.) spiritus confectum, post paucos dies Ratisponam reduxit, e vicino iam imminente die, quo in expeditionem exercitus adunandus erat; invenitque ibi legatos Saxonum multo iam tempore reditum eius prestolantes. Quos responsum differendo diu suspensos tenuit, ut redire ad suos, nisi sub ipso imminentis iam expeditionis articulo et pene incumbente iam cervicibus eorum hostili gladio, non possent. Cumque sub idem fere tempus Dedi marchio longa egritudine absumptus decessisset, marcham[c. 5] eius Boemico duci in premium exactae miliciae dedit, tametsi uxor marchionis Adala filium suum[6], cui hereditaria successione marcha debebatur, ei paulo ante pro se obsidem misisset, et ipse marchio post recuperatam pacem in Gerstingun[d] intemeratam semper erga regem remque publicam fidem servasset.

Interea Saxones et Turingi[e] inter spem et metum, inter pacem et bellum, inter comminationes et supplicationes vario curarum aestu fluctuabant nec, quid age-

a) anfractos *B* 1[b]. b) ac *A* 1. 1[a]. c) marchiam *h. l. A* 1. 1[a]. d) Gerstungun *B* 2. e) Thur. *B* 1. 2.

1) *Duo anni rebellionis Saxonicae tunc peracti erant.* 2) *Hi pauci regis et Boemicum exercitum non opprimere potuissent.* 3) *Praefectus Goslariensis, ut videtur, quem supra p.* 171. *commemoravit.* 4) *Vide quae infra p.* 273, *n.* 2. *de expeditione regis in marchiam Misnensem a.* 1076. *facta adnotavi.* 5) *Lusitiam.* 6) *Heinricum; cf. Ann. Saxo a.* 1070, *SS. VI, p.* 697. *Cf. Giesebrecht, 'DKZ.' III, p.* 320.

1075. (Sept. Oct.)

rent, quo se verterent, quibus modis impeditam rem explicarent, crebra conventicula facientes deliberare poterant. Censebant alii, quoniam[a] rex ad internicionem[b] tocius Saxonicae gentis[c] animum obstinasset, ut, quicquid Saxoniae vel Turingiae[d] hostilis exercitus reliquum fecisset, id ipsi[e] iniecto igne absumerent et sic cum omnibus suis ultra fluvium Albim commearent; alii, ut[f] Liuticios[g], infestissimam nomini[h] christiano gentem, finibus suis excirent et barbaro milite adversus barbarum atque[i] implacabilem hostem uterentur; alii, ut castella, quae rex per Turingiam[k] et Saxoniam dirui iusserat, instaurarent et locorum difficultate, quoniam armis non possent, salutem suam, quoad indignatio Domini deflagraret, tutarentur. Sed plebs omnem spem suam ab armis ad preces verterat; quae si non proficerent, incunctanter animo fixerat[l] omnia feda etiam atque crudelia pocius tolerare quam se certamini committere et ancipitem fortunae aleam, quam semel infausta congressione experta fuisset, denuo temptare. Econtra principes, quibus primum auctoribus ea rabies inarserat, sedulo instabant obsecrantes, ut pristinae virtutis memores crimen non inferrent gloriae suae nec optime[m] cepta fedissime nunc desererent; quod prima congressione res secus cessisset, id causae extitisse, quod nec regem nec principem habuissent, cuius ductu et auspicio bellum gerere, ad cuius imperium castra locare, in aciem procedere, manum cum hostibus conferre et caetera militaris disciplinae munia observare sacramenti militaris religione cogerentur; si is[n] scrupulus ademptus esset, nullum regem, nullum deinceps exercitum virtuti Saxonicae insuperabilem fore; proinde malae rei, pessimae spei unicum hoc remedium et adversus insolentiam hostium vehemens telum esse, si regem sibi[o] crearent et in eius verba iurarent se pro patria, pro coniugibus, pro liberis, pro[p] legibus, pro libertate sua usque ad mortem militaturos esse[1]. In his et huiuscemodi deliberationibus cum sepe septem, sepe XIIII dies continua

a) quomodo *A* 1. 1[a]; qmo *B* 1[b] (quo *B* 1[a]). b) interneclonem *h. l. et saepius infra* *B* 1[a. b]. *A* 1 *raro;* internet. *A* 1 *plerumque.* c) gentis — Saxoniae *om.* *B* 2. d) Thur. *h. l.* *B* 1[b]. 2. e) ipso *B* 1[a]. f) *om.* *B* 1[b]. g) Luiticlos *A* 1. *B* 1[a]; Luticios *B* 1[b]. 2. h) nomino *B* 1[a]. i) et *B* 1[b]. k) Thur. *B* 1. 2. l) fuerat *B* 2. m) optimae *A* 1. n) his *B* 2. o) l (vel) *B* 2. p) pro leg. *om.* *B* 1. 2.

1) *Commentum Lamperti procul dubio. Sane nemo Saxonum tunc talia audere cogitarit.*

1075. (Oct.) consultatione trivissent[1], incertiores semper quam venerant domum revertebantur. Ita cum omnia[a] deliberando pertemptassent, omnia discussissent, propter acceptae cladis recentem memoriam nihil racionibus suis satis tutum, satis firmum putabant.

Oct. 22. Rex XI. Kal. Novembris iuxta condictum venit in Gerstingun[b]. Venerunt omnes Teutonici regni episcopi et comites. Aderat Diodericus[c] dux Mosellae regionis, aderat *Gozelo[d] dux Lutteringiae[e], tantas habens copias, *p. 234. ita militaribus armis instructas, ita de tota cui preerat regione severissimo delectu[f] habito exquisitas, ut solae caeterum regis exercitum et numero et bellici apparatus gloria precellere ac supergredi viderentur. Alii duces, Růdolfus[g] scilicet dux Suevorum, Welf[h] dux Baioariorum, Bertoldus dux Carentinorum, regi auxilium suum petenti denegaverant, penitentes, ut aiebant, superiori expeditione in irritum fusi tanti sanguinis[2], offensi etiam regis immiti atque implacabili ingenio, cuius iracundiae incendium nec lacrimae Saxonum nec inundantes campis Turingiae[i] rivi sanguinis restinguere potuissent. Caeteri tamen principes, qui frequentissimi convenerant, magnum satis ac validum exercitum fecerant, ei tamen longe ac longe imparem, quem prior illa expeditio contraxerat[3]. Saxones et Turingi[i] ultima iam necessitate exciti amplissimo numero convenere, et positis castris haud[k] procul a curte regia Northusun[l, 4], archiepiscopum Premensem, episcopum Hiltinisheimensem[m], Ůdonem[n] marchionem regi obviam in Gerstingun[o] miserunt, obnixe postulantes, ut a latere suo principes, quos vellet, ad eos transmitteret; paratos se, collato cum eis consilio, omnibus quae iusta sint[p] promptissime assensum prebere. Abnuit rex, nec principes suos de tam remotis regni partibus ad sententias dicendas confluxisse, sed ut manu militari ab hostibus communes rei publicae iniurias expostularent. Sed cum

a) *om.* *B* 1b. b) gerstingin *B* 1c; Gerstungun *B* 2. c) Tiodericus *B* 1a. b. c; Theodericus *B* 2. d) Gozzelo *h. l.* *A* 1. 1a. e) *sic h. l.* *A* 1. 1a. *B* 1a. b. c; lauteringie *B* 2. f) dilectu *B* 1. 2. g) Rudolfus *A* 1. *B* 1a; Rudolffus *B* 1c. 2. h) Welff *B* 1b. c. i) Thur. *B* 1. 2. k) haut *B* 1a. c. l) Northusen *B* 1c. m) Hildenesheim. *A* 1; Hiltineshemensem *B* 2. n) Udonem *A* 1. *B* 1b. c. o) gerstingem *B* 1c *h. l.* p) sunt *B* 1b. — promtiss. *B* 1a.

1) *Absurdum dictum.* 2) *Idem dicit Bruno c.* 54. *de Rudolfo et Bertholdo. Quid revera evenerit, ut hi et Welfo, individuus socius soceri sui, animum mutarent, conici tantum potest, non constat.* 3) *Consentit Bruno c.* 54. 4) *In villa Ebra (Everha) districtus Sondershusani, ut Bruno c.* 54. *testatur.*

ei hoc vix et aegre supplicatio legatorum extorsisset, nullus erat ex principibus, qui eo munere[a] fungi consentiret[1], singulis videlicet timentibus, ne vel apud regem perfidiae notarentur, si quid in Saxones clementius agerent, vel apud Saxones mendacii crimine infamarentur, si veniam eis admissi pollicerentur[b], quam incunctanter scirent nullam eos a rege consecuturos. Triduo in hac cunctacione cessatum est[2], legatis assiduo euntibus ac redeuntibus atque in eadem verba regis et omnium principum aures obtundentibus. Nec propterea rex profectionem distulit, sed instructo exercitu, prelatis militaribus signis, lento quottidie[c] gradu in ulteriora populabundus contendebat. Tandem placuit mitti ad eos Mogontinum archiepiscopum, Salzburgensem[d] archiepiscopum[3], Augustensem episcopum[4], Werzeburgensem[e] episcopum[5] et cum his ducem Gozelonem[f], cuius potissimum in ea expeditione auctoritas valebat, et in eo omnium quae agenda erant summa et cardo vertebatur, pro eo quod, licet statura pusillus et gibbo deformis[g] esset, tamen opum gloria et militum lectissimorum copia, tum sapientiae et eloquii maturitate caeteris principibus quam plurimum eminebat. Hos quinque nominatim ad colloquium suum Saxones expetierant, quod hos constantissimae fidei et veritatis esse compererant[6], et quicquid hi spopondissent, ratum fore haud[h] dubio credebant. Cumque in castra Saxonum venissent, provoluti pedibus eorum principes Saxoniae[i] obtestabantur per Deum, ut calamitatis[k] eorum misererentur, quos regis inclementia et primo ad audendum[l] hoc inmane facinus coegisset et nunc victos et pene usque ad internicionem deletos ad exiciales cruciatus insaciabili odio deposceret. Quodsi legibus, si iudiciis, si more maiorum innocentiam

1075. Oct. 22.

Oct. 22—24.

a) muneri *B* 1a. b) pollicitarentur *B* 1b. c) quotidie *A* 1. *B* 1b. d) Salczburg. *B* 1b; Saltzburg. *B* 1c. e) *sic h. l. A* 1. *B* 1a. b; Wirzeburg. *B* 1c. 2. f) Goselonem *B* 1b. g) difformis *B* 1b. h) haut *B* 1a. i) Saxonice *B* 2. k) calamitatibus *B* 1c. 2. l) audiendum *B* 2.

1) *Hoc procul dubio falsum est. Episcopus enim Augustanus epistola data ad Bucconem Halberstatensem, Sudendorf, Reg. II, p.* 32 *sq., nr.* 26, *iam ante hanc expeditionem se et archiepiscopos Moguntinum et Salzburgensem, episcopum Pataviensem, ducem Bertholdum pacis mediatores Saxonibus obtulerat.* 2) *Cf. supra p.* 131, *n.* 2. *Cum rex Oct.* 22. *in Gerstungen, Oct.* 25. *in villa Spier fuerit, in hoc itinere eum duos dies consumpsisse oportuit.* 3) *Gebehardum.* 4) *Embriconem. Cf. Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 279. 5) *Adalberonem.* 6) *Sane melius noverant Saxones archiepiscopum Moguntinum, inconstantissimum hominum.*

1075. Oct. 23. suam asserere permittantur, facile crimen refellant et se acceptas in Gerstingun[a] pacis condiciones nullo deinceps ausu temerario violasse probent, vel si probare nequeant, pęnas, quas leges et scita maiorum in similium criminum reos sanxerint, persolvere non abnuant. Nunc[b] vero novo crudelitatis genere innocentibus refellendi criminis copiam non dari, placationem non recipi, satisfactionem non admitti, sed semel conceptae indignationis virus ita penitus imis insedisse visceribus, ut non alio medicamine quam tocius Saxonicae gentis exterminio sedari valeat. Proinde videant ipsi, memores humanarum rerum, ne forte pestilentis huius exempli contagium sumpto ab Saxonibus exordio caeteros etiam quandoque regni principes inficiat, et ita nunc infelicibus eventis *cf. Ier. 9, 15.* Saxonum moderentur, ita[c] calicem hunc fellis et absinthii misceant et propinent Saxonibus, ut sibi quoque paulo post eundem meminerint esse bibendum. Se iam, incisa spe, omissa deinceps salutis propriae[d] cura, hoc firmiter animo statuisse, ut, quicquid illi agendum censeant, suadeant, iubeant, incunctanter agant, nec suarum partium studio patiantur[e] ulterius tocius rei publicae statum periclitari. Ad haec illi responderunt se causam, qua primum adversus regem arma sumpserint, non admodum improbare, nec placere *sibi obstinatum ad per- *p. 235. niciem eorum regis animum et pertinax odium; consensisse tamen in hoc omnes regni principes de usurpato in re publica novo hoc et multis retro seculis inaudito facinore non aliter regi vel rei publicae posse satisfieri, quam ut se absque ulla exceptione dedant; sibi autem, quorum hoc[f] consilio agant[g], curae futurum, ut nihil ex hac deditione, quod saluti eorum, quod honori, quod[h] rei familiari officiat, experiantur. Adversus hanc vocem vehementer infremuit vulgus Saxonicum; durumque omnibus visum est et intolerabile ei[i] sanguinis sui ius potestatemque facere, cuius[k] crudelitatis tam clara cepissent experimenta[1]; qui post depopulationes Turingiae[l] et Saxoniae, post multa hominum[m] milia cesa adhuc spirans minarum et cedis omnia adversum eos mundi regna

a) Gerstigun *A* 1. b) Nec *B* 1[a]. c) ut *add.* *B* 1[b]. d) propie *B* 1[a]. e) partiantur *A* 1. f) *om.* *B* 1[b]. g) agat²(ur) *B* 2. h) qd *B* 1[a]. i) eis *B* 1[a]. k) *om.* *B* 1[a]. l) Thur. *B* 1. m) milia hom. *B* 1[a].

1) *Vide quae ad haec bene monet Delbrück p.* 48 *sq. Infra a.* 1076, *p.* 261, *dixit Lamp. Ottonem de Northeim maxime egisse, ut principes se dederent.*

concitasset; cuius iracundiae in secundis rebus non pietas, non miseratio, non Dei, non hominum respectus unquam modum fecissent; satius[a] sibi fore, ut equo certamine congressi more virorum fortium moriantur in bello, quam ut in exiliis et carceribus ritu pecudum[b] iugulati ridiculum hostibus suis spectaculum prebeant. Econtra illi sedulo instabant deprecantes, ut salutaribus monitis adquiescerent[c] neque exiguum Saxonici nominis, quod cedi ac depopulationi superfuisset, vana desperatione perditum irent; se, si minus salutis eorum, at[d] propriae existimationis curam permaximam habere, qui profecto maculam sibi et crimen nulla deinceps aetate, nulla virtute abolendum contraherent, si[e] fidei suae creditos adversitatis cuiusquam vel levis aura perstringeret; proinde ituros se ad regem et, si tuto fidem dicere, tuto veniam polliceri possent, comperturos et quae comperta fuissent die postera renunciaturos. Rex gratissime amplexus pacis conventionem promisit et, sicut vulgata in plurimos fama loquebatur, etiam iusiurandum dedit nihil se in eos, si dediti fuissent, preter voluntatem et sententiam acturum eorum, quorum opera et beneficio incruenta sibi haec victoria obtigisset[1]. Sepe itum ac reditum est. Sepe Saxones, refutato deditionis consilio, arma expediri atque in aciem signa efferri conclamaverant, dum omnia fide regis tuciora sibi arbitrarentur. Sed Gozelo[f] dux et qui cum eo erant[g] satis impigros se exhibuerunt[h] negocio et ferocientis multitudinis tumultum nunc minis, nunc blandimentis comprimebant, pollicentes, et quia verbis parum fidei erat, etiam sub iureiurando confirmantes, non salutis, non libertatis, non prediorum, non beneficiorum, non caeterae suppellectilis suae ullam eos iacturam sensuros, sed postquam faciem regis et regni maiestatem momentanea satisfactione magnificassent, statim deditione absolvendos et patriae libertatique, in nullis imminuto sibi[i] condicionis suae statu, restituendos esse[2]. Non verba, non iuramenta,

1075. *Oct. 23.*

Oct. 24.

a) satis *B* 1b. b) pecodum *B* 1a, 2. c) acq. *B* 1a. d) ac *B* 1b. e) si — perstringeret *om.* *B* 1b. f) *sic* *B* 1c; Gozzilo *A* 1; Gezelo *B* 1a; Goselo *B* 1b; Glozelo, l *deleto corr.* Gozelo *B* 2. g) episcopi *add.* *A* 1. h) exibuerunt *B* 2. i) *superscr.* *B* 1b.

1) *Etiam Bruno c.* 54. *se fama comperisse dicit regem iurasse deditos principes ineunte mense Novembri solutos iri.* 2) *Bruno c.* 54. *vere procul dubio dicit legatos principibus Saxonicis promisisse eos nec longa nec dura captivitate tenendos esse. Cf. ib. c.* 56. *de possessionibus rebellium. Assentitur ei etiam in universum Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 279.

1075. Oct. 24. non promissiones ullae principibus Saxoniae metum ademerant; sed quia nec utiliter hostibus congredi numero ac virtute impares valebant, nec bellum diucius trahi, plebe[a] iam olim tedio affecta et pacis recuperandae cupidissima[1], poterat, post longas deliberationes, post multas tergiversationes, lacrimantes atque alta suspiria ab imis trahentes visceribus, tandem deditioni consenserunt et fidem principum regisque clementiam propriae salutis periculo experiri statuerunt. Quod ubi protinus per exercitum regis celebris rumor vulgaverat, ingens gaudium, vehemens erat gratulatio, omnique triumpho illustriorem, omnibus spoliis opimiorem estimabant victoriam, quod adempta sibi fuisset necessitas cum his manum denuo conferendi[b], qui prima congressione extinctis pene omnibus Sueviae ac Baioariae luminibus luctuosam victoribus victi cladem intulissent.

Oct. 25. Postera die rex ad suscipiendos eos in medio[c] late patentis campi planiciae[d], in loco qui dicitur Spiraha assedit, toto exercitu ad hoc spectaculum solemniter[e] evocato, latissimo inter constipatam multitudinem vacante spacio, ubi dum procederent, tocius exercitus oculis[f] conspicui forent. Igitur introducuntur per ordinem Saxoniae ac Turingiae[g] primo principes, Wezil[h] archiepiscopus Magadaburgensis[i], Bucco episcopus Halberstadensis[k], Otto dux quondam Baioariae, Magnus dux Saxoniae, Herimannus[l] comes, patruus *eius, Fridericus *p. 236. palatinus comes, Diedericus comes de Cadalenburg[m], Adelbertus[n] comes de Turingia[g. 2], Růdeger[o. 3], Sizzo[4], Berenger[p. 5], Bern comites; deinde ingenui omnes, qui generis vel opum claritate aliquantulum eminebant in populo; et sicut[q] convenerat, absque ulla exceptione regi[r] se dediderunt. Rex eos principibus suis, singulis singulos, donec de eis communi consilio deliberaretur,

a) plebi *B* 1[b]. b) conserendi *Schr. P.* c) *sic omnes.* d) planitiae *A* 1; planicie *B* 1. 2. e) sollemn. *h. l. B* 2. f) occulis *A* 1. g) Thur. *B* 1. 2. h) Wezel *B* 1[c]; Wezum *B* 2. i) Magdaburg. *h. l. A* 1. k) Halberstatensis *A* 1. *B* 1[c]. l) Hermannus *B* 1[c]. m) cadelenburg *B* 1[b]. n) Albertus *B* 1[c]. o) Rudeger *A* 1. *B* 1; Růdegerus *B* 2. p) Berrenger *B* 2. q) sic *B* 1[a]. r) regis *A* 1. 1[a].

1) *Cf. supra p.* 229. 233. 2) *De Ballenstedt; cf. supra p.* 150. 3) *Idem, ut videtur, qui supra p.* 116. *commemoratus est.* 4) *De Kevernburg, ut ab omnibus creditur.* 5) *De Sangerhausen, filius Ludewici Barbati comitis in Thuringia, ut recte coniectatum esse videtur. Cf. Hist. princ. Thur. c.* 4, *SS. XXIV, p.* 820.

servandos commisit, et paulo post rupto federe, con- 1075. (Oct. ex. — Nov. in.) temptis omnibus, quibus se obligaverat, iurisiurandi vinculis[1], eos per Galliam, Sueviam et Baioariam, per Italiam et Burgundiam deportari fecit[2]. Beneficia quoque eorum militibus suis, quorum precipue opera in bello Saxonico usus fuerat, distribuit[3]. Commoratus etiam paucis diebus in Turingia[a] castellum in Asenberg[b] instauravit presidiumque imposuit, precavens, ne quid post digressum suum instabilis vulgi levitate novaretur. Preterea ingenuis omnibus, qui vel casu abfuerant vel metu se subtraxerant, diem statuit, ante quem si in deditionem non venissent, tamquam hostes publici ab omnibus, quibus res publica curae esset, ferro et igne infestarentur. Atque ita, dimisso exercitu, victor rediens, natalem[c] Nov. 11. sancti Martini Wormaciae celebravit[d].

Interea Romanus pontifex crebris legationibus et Babenbergenses clerici assiduis supplicationibus vehementer regi imminebant[4], ut iam diu vacanti aecclesiae Babenbergensi[e] rectorem provideret. Siquidem prior episcopus, licet extrinsecis aecclesiae possessionibus militum suorum, ut supra dictum est[5], presidio fultus contra vetitum[f] incubaret, nullam tamen pontificalis officii administrationem usurpabat, apostolici anathematis religione absterritus. Cumque regi in pace et in bello, tranquilla seu turbata re publica semper commodissime affuisset[6], et scandalizatis in eo caeteris regni principibus, solus ille nunquam scandalizatus fuisset, sed in cf. Matth. 26, 33. cunctis quae ei accidissent calamitatibus pondus diei et Matth. 20, 12. aestus cum eo inconcussa fide portasset: nunquam tamen rex vel levi verbo calumniatoribus[g] eius obstitit, quin

a) Thur. *B* 1. 2. b) Asenburg *B* 1[c]. 2, *corr.* Asenberg *B* 2. c) *sic omnes h. l.* d) etc *add. B* 1[b]. e) eccle bab. eccle *B* 1[b]. f) laboraret *add., sed expunct. B* 1[b]. g) calumpniat. *h. l. B* 1[a]. 2.

1) *Ecce deprehendis auctorem maligne et conscium sibi fraudis calumniatum. Quod modo (p. 237) fama vulgatum esse ipse dubius sane dixerit, hoc iam acsi certo factum esset praesumentem. Cf. Delbrück p.* 49 *sq.* 2) *Fridericum comitem palatinum Papiam missum esse tradit Chron. Gozec. I,* 13, *SS. X, p.* 145 *sq.* 3) *Cf. Bruno c.* 56. 4) *Minime papa graviter regi hac in re imminebat nec crebris legationibus hoc postulavit, acsi rex ecclesiae Babenbergensi alterum episcopum dare noluisset, quod tamen ipse Lamp. infra non verum esse professus est. Die Iul.* 20. *primo papa regi scripsit Herimannum episcopum depositum esse et, ut alter episcopus ordinaretur, petiit. Cf. Gregorii Reg. III,* 3, *l. l. p.* 205 *sqq.; Benonis Gesta Rom. eccl. II,* 1, *Libelli II, p.* 373. 5) *P.* 210. 6) *De eo ait rex in diplomate ei dato a.* 1074 *(St.* 2773*):* Hermannus episcopus . . . qui in omni temptatione nostra fideliter (*sic legendum pro* videlicet *edit.*) nobis adhesit.

1075. immo haut[a] gravate adversus eum accusationem recipere videbatur, eo videlicet, ut plerique interpretabantur[1], intendens, ut per huius deiectionem via sibi pateficret[b] ad Wormaciensem episcopum et alios nonnullos, quibus in ultionem pristinae defectionis iam pridem summa ope calumniam[c] struere sentiebatur. Igitur profectus Babenberg Růpertum[d] Goslariensem prepositum
Nov. 30. in natali[e] sancti Andreae apostoli pro eo ordinari fecit episcopum[2], virum pessimae existimationis in populo, eo quod regi familiarissimus et omnibus eius secretis semper intimus fuisset et omnium, quae rex perperam et preter regiam magnificentiam in re publica gessisset, potissimus incentor extitisse putaretur. Et milites quidem[f] acerrime factum improbabant, quod scilicet, vivente priore episcopo nec canonice ad sinodum[g] evocato nec canonice adiudicato, alius ad adulterandum[h] aecclesiae Babenbergensis castitatem superordinatus fuisset episcopus. Clerici autem, etsi eos quam maxime offenderet
1. *Tim.* 3, 7. persona ordinati[3], haud[i] sane bonum testimonium habens ab his qui foris erant, malebant tamen qualemcumque[k] habere quam eum[l], adversus quem sedem apostolicam appellaverant, et cuius vitae institutionisque lugubrem[m] tragediam toto mundi[n] huius theatro decantandam vulgaverant, recipere[o].

Dec. 1. Postera die, cum ad eligendum Fuldensem abbatem rex cum principibus assedisset, grandis erat inter abbates et monachos, qui ex diversis locis frequentes confluxerant, concertatio. Tamquam solemniter[p] indicto agone singuli pro virili portione currentes, alius aureos montes[4], alius ingentia beneficia ex agro Fuldensi, alius solito impensiora in rem publicam servicia promittebant, nec prorsus in promittendo modum aut modestiam ullam

a) hand *A* 1. *B* 1[b]. b) sibi vieret *eadem manu corr.* fieret *B* 1[b]. c) calumpniam *h. l.* *B* 1, 2. d) Rupertum *A* 1. *B* 1[a. c]. e) nat̄ *B* 2; natale *A* 1; nativitate *B* 1. f) quidam *B* 1[b]. g) syn. *A* 1. *B* 1[a]. 2. h) adulterandam *A* 1. i) haut *B* 1[a]. k) qualecunque *A* 1. l) cum *A* 1. m) lugebrem *B* 1[a]. n) mundo *B* 1[a]. o) etc̄ *add.* *B* 1[b]. o) sollempn. *B* 2 *saepe manu altera.*

1) *Sane solus Lamp. tam stulte et calumniose hoc interpretatus est. Cf. supra p.* 194, *n.* 4. 2) *Consentiunt Gebehard. Salisb. c.* 34, *Lib. I, p.* 279 *(ex quo Hugo Flavin., SS. VIII, p.* 431*), Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 279, *qui addit* a Mogontino episcopo. 3) *Canonicos Babenbergenses cum Ruperto episcopo optime concordasse constat huncque bonam memoriam Babenbergae reliquisse. Non ob aliam causam, quam quod Rupertus regi fidelissimus fuerit, Lamp. ei maledixisse videtur.* 4) *Cf. supra p.* 133, *n.* 1.

1075. Dec. 1.

servabant. Et ó mores, ó tempora[1]! ó abhominationem[a] desolationis stantem in loco, ubi non debet, et mammonam nostris temporibus publice sedentem in templo Dei et extollentem se supra[b] omne quod dicitur Deus aut quod colitur! Abbates et monachi ita ambitionis spiritu precipites rapiebantur, ut eos a cupiditate sua non pudor nominis christiani, non habitus artioris[c] propositi, non ipsum denique deterreret recens exemplum Babenbergensis episcopi, quem pridie viderant non aliam ob causam et episcopatu privatum et communione, quam quod ad sacrum ordinem illicita largicione aditum sibi *affectasset. Horum impudentiam rex vehementissime, ut dignum erat, detestatus, cum hinc inde importune[d] obtundentium precibus urgeretur, repente divino, ut creditur, spiritu actus monachum quendam Herveldensem Růzelinum[e] nomine, qui pro causa monasterii iussu abbatis sui ad curtem venerat, in medium evocat et nihil minus suspicanti, etiam[f] inopinatae rei miraculo pene exanimi baculum pastoralem offerens, primus ipse abbatem eligit, dein[g] caeteros tam monachos quam milites, ut in electionem eius consentiant, obnixe efflagitat[2]. Ita cunctis qui aderant letissima acclamatione suffragium ferentibus abbatiam suscipere iubetur. Et cum diu[h] nunc impericiam suam, nunc malam valitudinem[i], nunc abbatis sui absentiam causatus restitisset, vix tandem aliquando presentium episcoporum obtestacione adiuratus suscipere consensit. Similiter, defuncto nuper Üdalrico[k] abbate de Loressan, cum monachi et milites in electionem prepositi[3] concorditer adunati ad curtem venissent, neque rex aliter sensurus putaretur propter multa servicia, quibus ille, dum prepositus monasterii esset, gratiam dilectionemque eius officiosa admodum sedulitate redemerat, rex alium quendam[l] eiusdem cenobii monachum Adelbertum nomine, qui cum caeteris fratribus nihil tale opinatus advenerat, repente iniecta[m] manu in medium protrahit et rei novitate attonito baculum pastoralem, cunctis stupentibus, tradit[n].[4].

Marc. 13, 14.
2. Thess. 2, 4.
*p. 237.
(Nov. 24).

a) abomin. A 1. b) super B 1b. N. c) arctioris A 1; arcloris B 1. d) oportune B 1b. e) Ruzelinum A 1; Růzelmum B 2; Ruzelmum B 1c. f) et iam B 1. g) deinde B 1b. c. h) duc (?) *deletum* B 2. i) valetud. *omnes praeter* B 1c. k) Udalrico A 1. B 1b. l) quadam B 2. m) iniectu B 1a. n) etc sancta anna *add.* B 1b.

1) *Dictum Ciceronis, I. Cat.* 1, 2. 2) *Cf. Herrandi epist., Libelli II, p.* 289. 3) *Sigelai, ut videtur, qui inter a.* 1077—1088. *praepositus Laureshamensis fuit. Cf. Chron. Lauresham., SS. XXI, p.* 409. 4) *Cf. ib. l. l. p.* 421.

1075. (Dec.?) Herimannus[a] Babenbergensis episcopus comperto, quod alius in locum eius subrogatus esset episcopus, cum omnis iam ei[b] spes adempta esset recuperandae deinceps dignitatis suae, nec ad eludendam Romani pontificis sententiam ullum ultra pateret diverticulum, in monasterium cui nomen est Suarza secessit, ibique sub Eggeberdo[c] abbate[1] sanctae conversationis habitum suscepit. Statimque assumpto secum eodem abbate suo Romam profectus[d], cum de inobedientia sua humiliter apud sedem apostolicam penitentiam egisset, et anathemate liberatus et sacerdotalis ministerii preter pontificalem dignitatem denuo licentiam est consecutus[e].

Annum[f] hunc multis cladibus insignem potissimum lugubrem fecit obitus Annonis[g] Coloniensis archiepiscopi, *Act. 9, 15.* qui post longam egrotationem, qua Dominus vas elec- *Prov. 17, 3.* tionis suae in camino tribulationis transitoriae purius *cf. Is. 13, 12.* *Dec. 4.* auro, purgatius mundo obrizo decoxerat, II.[h] Nonas Decembris, beato fine perfunctus, ad angelos ex hominibus, ad inmortalia ex mortalibus transmigravit. Testantur hoc signa et prodigia, quae quottidie[i] circa sepulchrum eius Dominus ostendere dignatur ad confutandam[k] impudentiam eorum, qui paulo ante vitam eius sanctissimam atque ab omni huius mundi labe quantum ad hominem integerrimam livido dente carpebant et *cf. Matth. 13, 46.* preciosam margaritam, iam olim caelestis regis diademati destinatam, falsis rumoribus obfuscare conabantur. Is in Babenbergensi aecclesia in ludo tam divinarum quam secularium litterarum enutritus[2], postquam adolevit, nulla commendatione maiorum — erat quippe loco mediocri natus —, sed sola sapientiae ac virtutis suae prerogativa imperatori[l] Heinrico[m] innotuit[3]. A quo in palacium assumptus brevi apud eum pre omnibus clericis, qui in foribus palacii excubabant[n], primum gratiae

a) Hermanus *B* 1c. b) spes ei *B* 1b. c) Eggeberto *A* 1; Egeberdo *B* 1a; Egberdo *B* 1c. *N.*; Egberto *B* 1b. 2. d) est *add.* *A* 1. e) consecratus *B* 1b. f) *incipit fragmentum Iunii.* g) Aimonis *B* 2. h) pridie *B* 1b. *V.* i) quotidie *A* 1; cottidie *B* 1a. 2. k) confundendam *fr.* l) imparatori *B* 1b. m) Henrico *B* 2. n) excusabant *corr.* excub. *B* 2.

1) *Hic iam a.* 1075. *Nov.* 25. *obiit secundum add. Swarzahense ad Ekkehardi Chron., SS. VI, p.* 201, *n.* *2. *Et quidem Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 279. *Herimanni absolutionem ante Ruperti electionem narrat.* 2) *In quam cum Haymo avunculus eius, canonicus Babenbergensis, adduxerat (Vita Annonis I,* 1, *SS. XI, p.* 467*), ubi magister eius fuit Egilbertus, postea episcopus Mindensis; ib. II,* 9, *p.* 487. *Sed etiam Patherbrunnae litteris studuit teste Vita Meinwerci c.* 160, *SS. XI, p.* 140. 3) *Tunc scolasticus Babenbergensis. — Sequentia exscripta sunt in Vita Annonis I,* 2—5. 28.

et familiaritatis gradum obtinuit, hoc precipue diligentibus in eo omnibus bonis, quod iusti ac recti admodum tenax erat atque in omnibus causis pro suo tum[a] statu, non adulando ut caeteri, sed cum magna libertate obloquendo iusticiae[b] patrocinabatur. Erat autem preter virtutes animi et morum gloriam corporis quoque bonis ornatissimus, statura procerus, vultu decorus, lingua promptus, vigiliarum et inediae pacientissimus, postremo ad omne[c] boni operis exercicium[d] naturae muneribus affatim instructus. Exactis in palacio haud[e] multis annis, magna imperatoris, magna omnium qui eum noverant expectatione adeptus est Coloniensem archiepiscopa- 1056. tum[f. 1], atque ita deinceps in omnibus tam aecclesiasticis quam rei publicae negociis haud[e] imparem se acceptae dignitati gerebat, et sicut edicioris loci insignibus, ita *p. 238. cunctis virtutum *generibus inter caeteros regni principes conspicuus incedebat. Reddebat[g] sollicitus quae Luc. 20, 25. sunt cesaris cesari et quae sunt Dei Deo, quia Coloniensis[h] nominis maiestatem et secularem pompam ambiciosius pene quam aliquis ex precessoribus eius ostentabat ad populum, nec propterea tamen invictum inter tantas occupationum procellas spiritum unquam relaxabat a studio divinarum rerum. Crebris ieiuniis corpus suum macerabat et in servitutem redigebat. Pernoctabat plerumque in orationibus et per aecclesias, uno tantum puero contentus comite[2], nudis pedibus discurrebat. Et diem quidem in disponendis privatis seu publicis negociis, noctem vero totam in opere Dei expendebat. Multa illius in pauperes, in peregrinos, in clericos, in monachos benignitas, mira liberalitas erat[2]. Nullam intra[i] diocesim suam congregacionem pretermisit, quam non prediis, aedificiis, stipendiis, sua specialiter[k] donatione auctam vita decedens relinqueret. Et plane apud[l] omnes indubia fide constitit, ex quo Colonia fundata est, unius nunquam episcopi studio tantum opes et gloriam crevisse Coloniensis aecclesiae. In iudicandis causis subditorum nec odio nec gratia cuiusquam a vero abducebatur, sed semper in omnibus propositam indeclinabiliter

a) tamen (tn *B* 2) *B* 1[b]. 2. b) iustice *B* 1[a]. c) ome *B* 1[b]. d) exertitium *B* 2. e) haut *B* 1[a]. f) episcopatum *A* 1. g) Reddebatque *B* 1[a]. h) Collon. *B* 2. i) inter *B* 1[b]. 2. *V*. k) speciali *B* 2. l) *om. B* 1[a], *ubi* omnes *bis scr., semel minio del.*

1) *Cf. supra p.* 68. 2) *Cf. Sulp. Severi Vita Martini c.* 2: uno tantum servo comite contentus *(quae in Vita Ann. I,* 5. *mutata sunt)* . . . Multa illi circa commilitones benignitas, mira caritas. *Cf. supra p.* 68, *l.* 23. 24.

Deut. 1, 17. sequens equitatis[a] lineam, ad evertendum iudicium nec
Lev. 19, 15. accipiebat personam pauperis nec honorabat vultum[b] potentis[1]. Tum vero verbum Dei ita luculente, ita magnifice disserebat, ut saxeis etiam cordibus sermo eius[c] lacrimas excutere posse videretur, et semper ad exhortationem eius planctu et ululatu compunctae multitudinis aecclesia tota resonaret. Duas Coloniae congregaciones clericorum ex integro propriis[d] impensis instituit, unam in loco qui dicitur ad Gradus titulo sanctae Mariae, alteram foras murum titulo sancti Georgii martiris[2]. Tres etiam congregaciones monachorum diversis
1066. in locis ex suo construxit, unam in monte qui a preterfluente fluvio cognominatur Sigeberg[3], aliam in regione Sclavorum, in loco qui dicitur Salefelt[4], terciam in regione Westfaal, in loco qui dicitur Grascaf[e]; quas[5] omnes et augustissimis[f] aedificiis excoluit et exquisitissimis aecclesiae ornamentis illustravit et amplissimis atque in multorum fratrum usus sufficientibus prediis locupletavit. Cumque in omnibus Teutonici regni monasteriis cerneret antiquum illum regularis disciplinae fervorem admodum refrixisse et monachos a vita communi ad rem familiarem curam omnem studiumque convertisse, gravi tedio angebatur animus[g] eius, quod ingentibus expensis nihil Deo dignum confecturus putaretur.
1070. Interea contigit, ut pro causa rei publicae Romam pergeret[6]. Cumque aliquas Italiae[h] regiones peragraret, principes eius regni, ne a rege deficerent, suis exhortationibus confortaturus[7], ad monasterium quoddam, cui Fructuaria nomen est, causa orationis divertit. Ibi admiratus monachorum artissimam et secundum regulae instituta conversationem, nonnullos[8] eorum in opere Dei proba-

a) etatis *B* 1a. b) multum *B* 1b. c) etiam *add. fr.* d) propiis *B* 1a. e) Grafscaf *B* 1a. f) angust. *A* 1. 1a. g) animum *B* 2. h) reg. It. *corr.* It. reg. *B* 1b.

1) *Cf. supra p.* 135. 2) *Cf. Vita Annonis I,* 16. 17, *p.* 474. 3) *Cf. ib. I,* 19—21, *p.* 475 *sq.* 4) *Cf. supra a.* 1071, *p.* 132. 5) *Sequentia exscripta sunt in Vita Annonis I,* 22—24, *p.* 476 *sq. II,* 20. 21. 23, *p.* 492. 495. 6) *Non recte dixit Lamp. sequentia facta esse, cum Anno pro causa rei publicae Romam profectus esset, scil. a.* 1068. *Potius cum a.* 1070. *ab Alexandro II. Romam vocatus esset, ut crimine obiecto se purgaret, ut Lamp. supra p.* 111. *ipse narravit, haec facta esee patet ex eo, quod tunc ex Italia eo reverso et interveniente a.* 1070, *Iun.* 16. *monasterio Fructuariensi a rege diploma datum sit (St.* 2735*), et ex eo quod tunc eum episcopatum Taurinensem, in quo Fructuaria sita est, transiisse Vita Annonis I,* 33, *p.* 480 *sq. testetur. Cf. Th. Lindner, 'Anno II. der Heilige' p.* 64 *sq.* 7) *Commentum Lamperti.* 8) *XII, ut habet Vita Annonis I,* 23, *p.* 476.

tissimos secum rediens abduxit et eos[a] ad tradendam 1070. Galliis eiusdem disciplinae formulam in Sigeberg constituit, prioribus monachis, quos ex Sancto Maximino[1] asciverat, quoniam in horum instituta concedere noluerant, honorifice in locum suum remissis. Quod eius factum imitati caeteri Galliarum episcopi, alii ex Gorzia[b], alii ex Cloniaca[c], alii ex Sigeberg, alii ex aliis monasteriis monachos evocantes, novam divini servicii scolam in suis singuli[d] monasteriis instituerunt[2]; adeoque brevi convaluit felicis huius facti emulatio, ut pauca intra[e] Galliam monasteria videamus, quae non iam novae huius institutionis iugum subacta receperint[f]. Ipse vero monachos suos, iuxta quod in Fructuaria compererat, cernens artissimis vivere disciplinis et conversationis eorum[g] opinione longe lateque vulgata multos ad mundi contemptum inflammari et eorum magisterio se in via Dei erudiendos tradere, magnas Deo gratias referebat, quod non confudisset eum ab expectatione sua. Omnem quo- *Ps.* 118, 116. que diligentiam adhibebat, ne quam earum[h] rerum, quibus corporis[i] imbecillitati[k] consulendum sit, penuriam sustinerent. Honorabat ac venerabatur eos ut dominos suos, nec solum abbati[3], sed decanis etiam monasterii ita subditus dictoque obtemperans erat, ut ad primum eorum imperium, quantumlibet gravibus publicae seu privatae rei negociis implicitus[l] teneretur, ilico[m] *ex- *p. 239. occupatis manibus surgeret et omne quod iussissent instar vilis mancipii exequeretur. Cibos summa industria confectos quottidie[n], dum adesse potuisset, ipse eis inferebat, ipse apponebat, ipse potum miscebat, ipse reficientibus ad omne obsequium quolibet famulo promptior paratiorque assistebat[o]. Silentium quoque ac caeteras monasterii consuetudines, dum inter eos diversaretur, ita attentus sollicitusque servabat, acsi pro excessibus suis ipse quoque quottidie[p] in capitulo eorum causam dicturus et sententiam accepturus foret. Hoc eius in Sigeberg, hoc in Salefelt[q], hoc in Grascaf[r] studium, haec institutio erat. Porro a rege gravissimis sepe-

a) eo *B* 1a. b) Gorzaa *B* 2. c) Clomaca *B* 2. d) singulis *B* 2. e) inter *B* 1b. 2 (int). *N.* f) *sic B* 1a. 2. *V. N.*; receperunt (recoep. *A* 1) *A* 1. 1a. *B* 1b; susceperunt *fr.* g) optime *add. B* 1b. h) rerum earum *B* 2. i) corpori *B* 1b. k) inbecillltatem *B* 2. l) *sic A* 1. *B* 1b. *V.*; implicatus *B* 1a. 2. *N.* m) illico *h. l. B* 1a. n) quotidie *A* 1. *B* 1b; cottidie *B* 1a. 2. o) asistebat *B* 1a. p) quotidie *A* 1. *B* 1b; cottidie *B* 2. q) Salevelt *V. semper.* r) Grafscaf *B* 1a.

1) aliunde *Vita Ann. I,* 23. 2) *Cf. supra p.* 132 *sq.* 3) *Erphoni.*

numero inimiciciis dissidebat et eum acerrimis increpationibus obiurgabat propter multa, quae preter[a] equum et bonum eius iussu vel permissu quottidie[b] admittebantur in re publica. Unde rex plerumque efferatus omnia quae illius erant ferro et igne demoliturum se comminabatur[1], plerumque autem supplex ei factus amplissimis promissionibus iratum demulcebat et tam sui quam tocius regni ius potestatemque ei se facturum pollicebatur, si modo fidum eum sibi nec adeo cunctis voluntatibus suis adversum experiretur. Ad[c] haec ille in cunctis aiebat, quae recte et iuxta regiam magnificentiam conaretur, nusquam ei defuturam esse operam suam. Si quid[d] vero perperam et contra leges ac scita maiorum, nequam hominum suggestionibus depravatus, agere vellet, ut his consensum auctoritatemque suam accommodaret[e], nullo se[f] vel[g] precio redimi vel terrore compelli posse. Et nunc quidem in summam familiaritatem et pene in regni consortium a rege assumebatur, nunc vero, quoniam[h] ea quae in regno perperam gerebantur vehementer detestaretur et acerrime impugnaret, cum contumelia de palacio eiciebatur[i], et ad extinguendum omnino nomen eius totum regni robur concitabatur[2]. His vicissitudinibus per plures annos eius[k] concertatio cum rege trahebatur. Neque enim lasciviae regis vel racio modum faciebat vel aetatis accessus vel amici cuiusquam obiurgatio, sed quottidie[b] se ipso deterior efficiebatur, et ruptis omnibus humani, ne[l] dicam christiani, pudoris frenis, in omne quod animus suggessisset flagicium precipitantior ruebat[3]; et oppressis iam terrore principibus, nullus erat, qui peccantem et divina atque humana omnia absque discrimine permiscentem vel levi verbo auderet redarguere. Ad ultimum considerans archiepiscopus completam esse maliciam eius et obstinatum in malis ingenium nec tempore iam corrigi posse nec racione, anno pene ante exortum bellum Saxo-
1072. nicum petiit vacationem deinceps[m] sibi dari ab exteriori-
Dec. bus rei publicae negociis[4]; et sic impetrato commeatu, in Sigebergense[n] monasterium secedens, illic in vigiliis

a) propter *B* 1[b]. b) quotidie *A* 1. *B* 1[b]; cottidie *B* 2. c) At *B* 1[b]. d) qdꝭ (quod) *B* 1[b]. e) accomodaret *B* 1. f) *om. fr.* g) igitur *B* 1[a]. h) quomodo *A* 1. 1[a]. i) eicebatur *B* 1[b]. k) *om. B* 1[b]. l) nec *B* 1. 2, *corr.* ne *B* 2. m) sibi deinc. *fr.* n) se *add. B* 1[a].

1) *Cf. supra p.* 196, *l.* 33 *sqq.* 2) *Ementiens superiectio.* 3) *Cf. p.* 140, *l.* 21 *sqq.* 4) *In nativitute Domini a.* 1072, *ut Lamp. supra p.* 140. *retulit, septem tantum mensibus ante bellum Saxonicum exortum.*

et ieiuniis, in orationibus et elemosinis quod supererat
aetatis exigebat; nec inde uspiam, nisi summa forte ac
inevitabili necessitate extractus, abscedebat[a, 1]. Caetera,
quae circa rei publicae administrationem vel egit vel
passus est, si quis plenius scire voluerit, superiora libelli[b]
huius revolvat, et singula eo quo gesta sunt ordine et
tempore copiose[c] descripta inveniet. Sed pius Dominus,
qui quos amat arguit et castigat, hanc quoque dilectam *Apoc.* 3, 19.
sibi animam ante diem vocationis suae multis temptari
permisit incommodis, ut scilicet ab eo omnem scoriam
terrenae conversationis excoqueret[d] caminus transitoriae *Is.* 1, 25.
tribulationis. Primum moto[e] bello Saxonico fratrem
eius Wecel Magadaburgensem[f] archiepiscopum et consobrinum eius Bucconem Halberstadensem episcopum
tempestas involvit gravissimae persecutionis. Contra hos
cum non satis impigre regi tocius Saxonicae gentis exterminium anhelanti opem ferret, naturae profecto legibus et carnali affectione inhibitus, invisus ei suspectusque efficitur, periurii ac perfidiae insimulatur[2]; cives
Colonienses, quibus paulo ante unice carus acceptusque 1074.
fuerat, ad interficiendum eum donis ac[g] promissionibus
sollicitantur[3]. Sopito utcumque hoc malo, duo ministri
eius, qui in laribus eius familiarissime obversabantur,
insidias ei tendunt, et nisi Dei misericordia malum hoc
prevertisset[h], nihil tale suspicantem trucidassent. Alii
cuidam, quem beneficiis suis maxime fidum sibi obnoxiumque fecerat, familiares litteras, a seipso in tabulis
propter maiorem secreti cautelam[i] conscriptas, dedit 1074/75.
*p. 240. episcopo Halberstadensi[k] perferendas, quibus *nepotem
suum, tantis undique adversitatum procellis iactatum et
pene naufragantem, consolaretur et instrueret. At ille
ex ipsa tam operosa secreti communitione[l] coniciens aliquid regi reique publicae adversum his[m] litteris contineri, regi eas detulit. Quas ille deinceps in argumen-

a) abcessit *fr.* b) huius lib. *B* 1[b]. c) copiosa *corr.* copiose *B* 2. d) exquoqueret *B* 2. e) mota *B* 1[a]. f) Magadabergensem *B* 2. g) et *B* 1[b]. h) peruertisset *B* 2. i) caut. — nepotem *om. A* 1. 1[a], *adnotato in utroque* Defectus. *Struve haec supplerit ex exemplari editionis principis, in quo haec in margine, nescio an ex V., adnotata erant.* k) *sic B* 1. 2. *V.*; Halverstatensi *Struve.* l) *sic B* 1. 2. *V.*; commonitione *A* 1. m) his litt. *om. fr.*

1) *Ipse Lamp. cum etiam tunc multis publicis negotiis interfuisse narravit supra p.* 162 *sqq.* 172 *sq.* 2) *Ipse Lamp. supra p.* 159. 178. 186. *dixit Annonem coniurationis Saxonicae socium fuisse. Et cf. p.* 215. 3) *En habes calumniatorem mendacii huius sibi haud dubie conscium. Supra p.* 185. *dixit* incertum *num seditio Coloniensium* levitate vulgi an factione *fautorum regis exorta sit. Cf. Delbrück p.* 50 *sq.*

1074/5. tum lesae fidei archiepiscopo improperans, necem ei et omnibus quae[a] eius essent ultimum, si copia fieret, exterminium machinabatur[1]. Item alius quidam ex ministris eius, quem Coloniensi aecclesiae propria[b] industria ipse adquisierat[c], quemque ob hoc indulgentissimo semper affectu coluerat et bonis omnibus, etiam supra natales suos locupletaverat, repente insolentia servili elatus iugum aecclesiasticae servitutis cepit detractare[d] seque in libertatem violento quodam iure fori cum magna archiepiscopi contumelia asseruit[2]. Tum vero crebris
Apoc. 10, 10. mortibus carorum suorum ita amaricatus est et vulnere
Iob 16, 15. concisus super vulnus[3], ut saxeum quoque pectus et
Luc. 6, 48. supra petram fundatum aedificium concutere posset tam
1075. *(Oct.)* vehemens ille turbo temptationis. Ad ultimum data
Iob 2, 7. Satanae[e] in carnem quoque[f] eius potestate[4], ulcere pessimo percussus est in utroque pede[5], ita ut putrescentes paulatim carnes defluerent, et hinc inde abducta cute, consumptis[g] carnibus, fedo aspectu ossa nudarentur. Qui morbus primo pedes, dein[h] crura et femora miserabili modo depastus est, ac sic post diuturnam macerationem
Ps. 11, 7. penetrans ad vitalia, animam super argentum igne ex-
cf. Iob 4, 19. aminatum[i] probatam et purgatam septuplum de hac
Marc. 14, 58. domo lutea transmisit ad domum non manu factam,
(Mart.) aeternam in caelis. De qua re dimidio fere anno, priusquam vita excederet[6], certum eum fecerat manifesta revelatio. Visus[7] est enim sibi domum quandam, omni decore intus et foris resplendentem, intrare. Et ecce in subselliis iudicialibus tamquam ad concilium[k] solemniter evocati residebant Heriberdus[l] Coloniensis archi-

a) qui *fr.* b) propia *B* 1[a]. c) acquis. *B* 1[a]. 2. d) detrectare *V. solum.* e) sathane *B* 2. f) *om. B* 1[b]. g) consumptisque *fr.* h) deinde *B* 1[b]. i) examinatam *B* 1[b]. k) consilium *B* 1[b]. — sollempn. *B* 2. *V.* l) Heriberthus *A* 1; Heribertus *B* 2. *V.*

1) *Cf. supra p.* 196, *n.* 1. 2) *Videntur ad eum pertinere quae in Vita Annonis II,* 10 *(p.* 487*) narrantur. HESSE.* 3) *A.* 1066. *Iun.* 1. *occisus est Cuno archiepiscopus Treverensis, nepos Annonis (supra p.* 103*), a.* 1075. *Maii* 23. *defunctus est Anno, nepos eius carissimus (Vita Annonis III,* 1, *p.* 498*). Paulo post obiit Herimannus prior Siegburgensis, ei carissimus (Vita Annonis III,* 2, *p.* 498*).* 4) *Paulo postquam Anno a.* 1075. *Febr.* 2. *monasterium Hersfeldense visitarit, mense Febr. in morbum incidit, ex quo mense Februario exeunte convaluit; Vita Annonis II,* 24. 25, *p.* 496 *sq.* 5) *Mense Oct. ineunte; Vita Annonis III,* 5. 6; *cf. epist. ad Annonem hoc tempore datam, Sudendorf, Reg. II, p.* 34 *sq., nr.* 28. 6) *Id est fere mense Iunio, sed infra p.* 250, *l.* 6. *tempore quadragesimae (Febr.* 18 *— Apr.* 4*) hoc factum esse dixit.* 7) *Haec exscripta sunt in Vita Annonis II,* 25, *p.* 497, *unde ea pervenere ad carmen Germanicum in laudem S. Annonis editum c.* 42. 43, *v.* 712 *sqq.*

1075. *(Mart.)*

episcopus [1], Bardo Mogontinus [a] archiepiscopus [2], Boppo [b, 3] et Eberhardus [c, 4] Treverenses [d] archiepiscopi, Arnolfus Wormaciensis episcopus [5] et alii quamplures Galliarum episcopi, quorum alios ipse in carne noverat, alios fama tantum vel lectione compererat [6], amicti omnes stolis *Apoc. 7, 9.* pontificalibus et habentes vestem instar nivis candidam. *cf. Exod. 4, 6.* Ipse quoque candidis admodum ac preciosis [e] indutus sibi videbatur, sed partem candentis vestimenti, eam scilicet, qua pectus tegebatur, sordida quaedam ac feda caligo obduxerat ac caeterum cultus eius splendorem sua feditate plurimum obfuscabat; quam tamen ipse nimio rubore perfusus obiecta manu tegere ac celare, ne inspicientium offenderet obtutum, conabatur. Vidit preterea inter eos sibi quoque sedem miri decoris paratam. Quam cum [f] occupare gaudio et exultatione aestuans properaret, surgens Arnolfus Wormaciensis episcopus modesta voce eum prohibuit, dicens reverendos patres, qui assiderent, nolle eum in suum admittere consessum, propterea quod vestem eius turpis haec macula fedaret. Cumque iussus loco cedere flens confectoque nimium animo egrederetur, insecutus eum idem episcopus: 'Equo animo', ait [g], 'esto, pater. Maculam tantum hanc, quae vestem tuam infecit, maturius ablui precipe, quia non post multos dies beatae huius mansionis consortium et sanctorum patrum [h], quos aspexisti, consessum voti compos percipies.' Mane facto, cum familiari cuidam suo visionem retulisset, ille sapienter rem coniciens: 'Macula', inquit, 'haec vesti tuae illita nihil aliud est, pater, ut estimo, quam memoria iniuriae civium tuorum, qui te anno superiore Colonia expulerunt, quibus te divinae pietatis respectu iam olim oportuerat admissi huius veniam dedisse. Haec, quod bona venia dixerim, pectori tuo tenacius quam equum sit insidens et amarissimo merore contra fas mentem tuam decoquens, caeteram [i] sanctissimae [k] conversationis tuae claritatem molesta quadam caligine obducit et obscurat.' Archiepiscopus con-

a) Mogontinus *B* 2. b) Poppo *V.* c) Everhardus *B* 1. 2. *V.* d) Trevirenses *V.* e) vestibus *add. V.* f) *om. B* 1a. g) inquit *fr.*; esto ait *corr.* ait esto *B* 1b. h) quos patrum asp. *A* 1. 1a. i) cetera *B* 1a. k) sanctissima *B* 1b.

1) *A.* 999.—1021. 2) *A.* 1031—1051. 3) *A.* 1016—1047. 4) *A.* 1047—1066. 5) *A.* 1044—1065. 6) *Omnes praedictos praeter Heribertum, cuius Vita SS. IV, p.* 739 *sqq. exstat, procul dubio novit. Etiam Bardonis Vitam, SS. XI, p.* 317 *sqq. editam legere potuit.*

1075. (Mart.) scientiae suae testimonio convictus, ne inficiaretur quod audiebat, reatum suum humiliter agnovit, statimque destinatis circumquaque nunciis cives[a] omnes Coloniae, quos in ultionem iniuriae suae excommunicatos urbe fugaverat, ad se evocavit, eisque proxima festivitate Apr. 5. paschali — nam in quadragesima visionem viderat — non solum communionem aecclesiasticam, sed *etiam *p. 241. bona sua omnia, quae direpta fuerant, benignissime restituit. Sic gravis illa tempestas, quae spiritu diabolico suscitata totam concusserat Coloniam, conquievit; pater filios, filii patrem recognoverunt; archiepiscopus amaritudine, populus metu et sollicitudine[b], civitas liberata est solitudine. Archiepiscopus iam a principio sepulturam sibi providerat Coloniae in aecclesia beatae Mariae quae dicitur ad Gradus. Postmodum offensus temeritate Coloniensium, qua in eum inaudita rabie debachati fuerant, non modo animum, sed corpus quoque suum[c] de Colonia in Sigeberg transferendum censuit, ibique sepeliri se omni modo[d] definivit[1]. Cumque appro-(Oct. Nov.) pinquante[e] die vocationis suae Coloniae egrotaret, iamque[f] in extremo spiritu constitutus animadverteret populum Coloniensem graviter nimis ferre, quod tam desiderabili thesauro defraudandus esset, paululum resumpto spiritu in lecto consedit, acceptaque stola pontificali, ut videlicet verbis plus inesset auctoritatis, familiares suos sub testificatione nominis divini adiuravit, ne alibi eum[g] quam in Sigeberg poni sinerent[2]. Factum est Dec. 4. ergo quod iusserat. Defunctus enim post modicum gloria ingenti, magno cleri et plebis studio, summo matronarum Coloniensium luctu in Sigeberg delatus at-(Dec. 11). que in medio aecclesiae sepultus est[3]. Ubi quottidie[h] per eius interventum fideliter postulantibus multa prestantur divinae opitulationis beneficia[i. 4].

Dec. 25. MLXXVI. Rex natalem[k] Domini Goslariae celebravit. Cumque eo[l] omnes regni principes evocasset, ut de principibus Saxoniae, qui in deditionem venerant, communi consilio deliberaretur, preter ducem Boemicum pauci admodum venerunt. Ab ipsis tamen qui venerant

a) omnes Col. cives *fr.* b) et soll. *om.* *B* 1[b]. c) *om.* *B* 1[b]. d) se omnino *B* 1[a]. e) apropinq. *B* 1[a]. f) ianque *B* 2. g) quam in Sig. eum *fr.* h) quotidie *A* 1. *B* 1[b]; cotidie *B* 2. i) *desinit fr.* k) nat *B* 1[a]. 2; nativitatem *B* 1[b]. l) eos *B* 1[a].

1) *Cf. Vita Annonis II*, 24, *p.* 496. 2) *Cf. ib. III*, 8, *p.* 500. 3) *Cf. ib. III*, 16, *p.* 503—508. 4) *Cf. supra p.* 242, *l.* 19 *sqq.*

1075. *Dec. ex.*

iusiurandum exegit et accepit, ut non alium post eum quam filium eius[1], tenerum adhuc infantulum, regem sibi eligerent. Ibi Otto dux quondam Baioariae, datis pro se duobus filiis suis[2] obsidibus, deditione absolutus est, nec solum in gratiam, sed in tantam quoque familiaritatem receptus est a rege, ut omnia deinceps consilia tam de privata quam de re publica caeteris auriculariis familiarius cum eo communicaret[3]. Caeterorum qui se dediderant nec mentio habita est.

Coloniensis etiam clerus et populus ad eligendum sibi antistitem frequens confluxerat. Quibus rex Hildolfum quendam Goslariensem canonicum offerebat atque, ut eligerent, dedita opera insistebat. Illi contra summa ope nitebantur, obicientes, quod homo statura pusillus[a], vultu despicabilis, genere obscurus, nec animi nec corporis virtutibus quicquam tanto sacerdocio dignum pretenderet. Unde indignitate rei tanta in eum concitata sunt omnium qui in curte regia erant odia, ut, sicubi in publico apparuisset, omnes eum tamquam aliquod[b] antiquitatis monstrum inconditis clamoribus et canticis perurgerent lapidesque in eum et pulverem, vel quodcumque aliud furentibus casus optulisset[c], iactarent. Sed rex recolens Annonis[d] archiepiscopi constantiam et invictum adversum omnes nefarios suos conatus spiritum, consulto talem ei successorem ordinari satagebat, cuius facilitate ad omnia quae vellet pro libito suo abuti[e] posset. Cumque diu multumque conatus nulla ratione, ut eligeretur, optinere[f] potuisset, Colonienses infecto negocio in sua remisit, iterumque media quadragesima rectius, si fieri posset, consultos presto esse precepit, contestatus quam sancte se vivo aut nullum eos aut hunc habituros esse pontificem.

1076. *Ian. 1.*

Aderant preterea Hildebrandi[g] papae legati[4], denunciantes regi, ut secunda feria secundae ebdomadae

a) pusillos *B* 1b. b) aliquid *B* 1b. c) obtul. *A* 1. *B* 1. d) Aimonis *B* 2. e) esset *add., sed minio del. B* 1a. f) obtin. *A* 1. *B* 1. g) Hildibrandi *B* 2.

1) *Conradum. Cf. Bernold., SS. V, p.* 431. 2) *Nescimus quos ex tribus quos habebat, Heinricum, Sigefridum, Cunonem.* 3) *Cf. Bruno c.* 57. 4) in octavis Domini *Bernold. l. l. p.* 432. *Neque tamen legati papae advenerunt, sed tantum legati regis Rabbodo, Udalscalcus, Adalpertus a papa remissi, qui in epist. papae, quam regi attulerunt (Gregorii Reg. III,* 10, *l. l. p.* 222, *data, ut videtur, a.* 1075. *Dec.* 8, *non* 1076, *Ian.* 8; *cf. Floto II, p.* 71 *sq.) nominantur. Cf. Gregorii epist. coll. nr.* 14, *p.* 538.

1076. (*Ian.* 1). in quadragesima[1] ad sinodum[a] Romae occurreret[2], de criminibus, quae obicerentur, causam dicturus; alioquin sciret se absque omni procrastinatione eodem die de corpore sanctae aecclesiae apostolico anathemate abscidendum esse. Quae legatio regem vehementer permovit; statimque abiectis cum gravi contumelia legatis[3], omnes qui[b] in regno suo essent episcopos et abbates Wormaciae dominica septuagesimae convenire precepit, tractare cum eis volens, ad deponendum Romanum pontificem si qua *sibi via, si qua ratio pateret; in hoc cardine totam verti ratus[c] salutem suam et regni stabilitatem, si is non esset episcopus. *p. 242.

1075. Ipso tempore contigit papam per immissionem Satanae[d] gravissima pulsari adversitate. Quidam urbis prefectus Romanae Quintius[e] nomine, et generis claritate et opum gloria eminens valde in tota Italia, multa in possessionibus Romanae aecclesiae preter leges faciebat. Perlata ad papam querimonia, cum[f] eum sepius modeste[g] corriperet, nec quicquam proficeret secreta correptio, tandem excommunicavit eum[4], arbitratus hoc saltem modo improbitatem eius coercendam fore. Hinc
Dec. 24/5. ille maiori[h] dementia[i] efferatus ipsa nocte natalis Domini cum armatis inopinato irruit in aecclesiam[5], in qua papa vestimentis pontificalibus indutus sacro altari astabat missarum solemnia celebrans, iniectaque — quod dictu quoque nefas est — in capillos eius manu multis contumeliis affectum de aecclesia protraxit, et priusquam, vulgato per civitatem rumore, populus frequens auxilio concurreret, in domum quandam munitissimam

a) syn. *A* 1. *B* 1[a]. 2. b) quia *B* 1[b]. c) *om.* *B* 1[b]. d) sathane *B* 1[b]. e) quincius *B* 1[a]. f) cum — corriperet *bis scr., semel minio del.* *B* 1[a]. g) moleste *B* 1[b]. h) maiore *B* 1[a]. i) clemencia *B* 1, *corr.* demencia *B* 1[a], *et ita h. l.* *A* 1.

1) *Febr.* 22, *quo die revera excommunicatus esse videtur.* 2) *Hoc industria mentiti sunt adversarii regis, ut rex ad synodum vocatus, sed venire renuens iuste ac canonice excommunicatus videretur (cf. Berthold. p.* 285; *infra p.* 264, *l.* 12. *Cautius scripsit Bernoldus, De damn. scism. c.* 13, *Lib. II, p.* 52: a se premonitum, multo tempore expectatum, *ut scilicet crederetur, quod ipse non dixit, regem vocatum esse, ut se obiecto crimine purgaret. Sed iam Wido Ferrar. I,* 3, *Lib. I, p.* 537, *impudentior etiam Lamperto mentitus est:* vocatum semel et iterum et, ut verum fatear, sepissime Romam venire iussum. *Similiter Vita Altmanni c.* 13, *SS. XII, p.* 233. *Quae revera Gregorius scriptis et per legatos regi mandaverit, vide in eius epist. Reg. III,* 10, *l. l. p.* 218 *sqq., epp. coll. nr.* 14, *Jaffé, Bibl. II, p.* 538. 3) *Omnia haec Lamp. commentus est.* 4) *Cf. Benonis Gesta Rom. eccl. I,* 8, *Lib. II, p.* 372; *Wido Ferrar., Bonizo l. VII, Lib. I, p.* 557. 605. 5) *S. Mariae Maiorem.*

abripuit. Fama tam atrocis facti totam ilico replevit 1075. urbem[1]. Undique ad arma conclamatur. Divites et pauperes, nobiles et ignobiles, uno omnes animo accurrunt[a], atque in ipso statim orientis diei crepusculo do- *Dec. 25.* mum Quintii oppugnare summa vi aggrediuntur; et[b] nisi ille, mali, quod imminebat, haud[c] inprovidus, papam dimittere maturasset, domum ipsam, peremptis omnibus qui in ea erant, a fundamento evertissent. Papa interveniente concitatae multitudinis furor vix et aegre compressus est. Romani quod factum fuerat graviter nimis et indigne ferentes omnia quae Quintii[d] erant tam intra[e] muros quam extra ferro et igne demoliti sunt. Nec minus ille [multa[f]] militaris audaciae facinora contra 1076. faciebat, succendens et evertens omnia quae poterat de possessionibus Romanae aecclesiae. Ita per multos dies non sine magno et harum et illarum partium dispendio[g] simultas haec trahebatur.

Rex statuta die[2] venit Wormaciam; venerunt etiam *Ian. 24.* episcopi et abbates amplissimo numero. Commode quoque conficiendis tantis rebus intervenit quidam ex cardinalibus Romanis Hugo cognomento Blancus[3], quem ante paucos dies propter ineptiam eius et mores inconditos papa de statione sua[b] amoverat[4], deferens secum de vita et institutione papae scenicis figmentis consimilem tragediam: scilicet unde oriundus, qualiter ab ineunte aetate conversatus, quam perverso ordine sedem apostolicam occupaverit[h. 5], quae ante episcopatum, quae[i] post acceptum episcopatum memoratu quoque incredibilia flagicia commiserit. Huius auctoritatem tamquam divinitus sibi destinatam gratissime amplexati et promptissime[k] secuti, sententiam promulgarunt, quod papa esse non possit nec ullam iuxta privilegium Romanae sedis ligandi aut[l] solvendi potestatem habeat vel aliquando habuerit, qui tantis vitam probris ac

a) accurrere *A* 1. b) *om.* *B* 2. c) haut *B* 1a. d) quincii *B* 1a. e) inter *B* 1b. f) *deest* *B* 1. 2. g) dispensio *B* 1b. h) occupaverat *B* 1b. i) que post acc. *bis scr.* *B* 1a. k) promtissime *B* 2. l) atque *B* 1a.

1) *Paul. Bernried. c.* 51: Tanti fama mali totam cito perculit urbem. 2) *Cf. supra p.* 252, *l.* 8. *Consentit Bernold., Chron. p.* 433. *Cf. Gebehard. Sal. c.* 34, *Lib. I, p.* 279. 3) *Cf. Bonizo l. VII, Lib. I, p.* 606; *Donizo II,* 19, *v.* 1278—83, *SS. XII, p.* 377; *Paul. Bernried. c.* 67. 4) *In synodo Romana a.* 1075. *Febr.* 24—28, *ut Bonizo l. l. p.* 605. *dicit. Neque tamen quidquam hac de re legitur in notitia synodi, Gregorii Reg. II,* 52*a, l. l. p.* 170. 5) *Cf. Acta synodi Brixin., Jaffé, Bibl. V, p.* 134; *Wenric. c.* 2, *Lib. I, p.* 286 *sq.*; *Benonis Gesta I,* 2, *Lib. II, p.* 370.

1076. Ian. 24. criminibus commaculaverit. Cumque caeteri omnes damnationi eius nihil hesitantes subscriberent[1], Adalbero[a] Wirziburgensis[b] episcopus et Herimannus Mettensis[c] episcopus aliquamdiu restiterunt, dicentes incongruum valde et contra canonum scita esse, ut episcopus aliquis absens, absque generali concilio, sine legittimis[d] et idoneis accusatoribus[e] et testibus, necdum probatis criminibus, quae[f] obicerentur, condemnaretur, nedum Romanus pontifex, adversus quem nec episcopi nec archiepiscopi cuiusquam recipienda sit accusatio. Sed Willihelmus[g] Traiectensis episcopus, qui causam regis pertinacius tuebatur, vehementer imminebat, ut aut cum caeteris in damnationem[h] papae subscriberent, aut regi, cui sub iureiurando fidem spopondissent, protinus renunciarent. Is eo tempore regi admodum carus acceptusque erat, eique rex omnium quae privatim vel publice agenda erant post se ordinationem delegaverat, vir secularibus litteris adprime[i] eruditus, sed fastu nimio inflatus vix se ipse ferebat. Igitur ex nomine omnium qui convenerant episcoporum et abbatum plenae contumeliarum litterae[2] Romam destinantur, quibus denuncietur Romano pontifici, ut pontificatu, quem contra ecclesiasticas leges usurpasset, sese abdicet, sciatque post eam diem quicquid agat, iubeat, decernat, irritum haberi.

Legati[3], ut iussum fuerat, summo conatu iter[k]
(Febr. 20). accelerantes[4], pridie quam synodus[l] *indicta celebraretur *p. 243.
(Febr. 21). Romam ingressi, litteras tradunt. Tunc[m] caeteram legationem, sicut in mandatis habebant, verbo non minus contumelioso quam scripto exequuntur[n]. Papa nihil
(Febr. 22). permotus atrocitate nuncii, postera die[5], cum clerus et

a) Adelbero *B* 1. 2. b) Wirceburg. *A* 1; Wirczíburg. *B* 1b. c) Metensis *B* 1a. 2. d) legitimis *B* 1a. 2. e) accusacionibus *B* 1b. f) que *h. l. etiam* *A* 1. g) Wilhelmus *A* 1. *B* 2. h) dampnatione *B* 2, *ubi manus secunda semper* dampn., condempn. *scripsit*. i) appr. *B* 1a. k) tunc *B* 2. l) *sic h. l. omnes*. m) Tum *B* 1a. 2. n) exseq. *B* 2.

1) *Cf. Chron. Hildesh. c.* 17, *SS. VII, p.* 854. 2) *Episcoporum et regis LL. II,* 1, *p.* 44—47; *Bruno c.* 66. 67. 3) *Legati a synodo missi Huzmannus episcopus Spirensis et Burchardus episcopus Basileensis et Eberhardus comes de Nellenburg a rege missus ad episcopos Lombardiae Placentiae congregatos profecti sunt. Inde Rolandus canonicus Parmensis et laicus quidam litteras ad synodum Romanam detulerunt.* 4) *Cf. Manegold. c.* 25, *Lib. I, p.* 357. 5) *Sequente die, postquam litterae traditae sunt, regem excommunicatum esse dicit Bruno c.* 68. *Cf. Bonizo l. VII, l. l. p.* 607; *aliter Donizo II,* 19, *v.* 1299—1344, *SS. XII, p.* 377 *sq., et eum secutus Paulus Bernried. c.* 68—76. *De tempore synodi celebratae vide Giese-*

populus ad synodum[a] frequens confluxisset, in auribus omnium litteras recitari fecit, et sic cunctis qui convenerant episcopis id fieri decernentibus, regem excommunicavit[b, 1] et cum eo[c] archiepiscopum Mogontinum[d] Sigefridum[e], episcopum Traiectensem Willihelmum[f], episcopum Babenbergensem Růtbertum[g, 2]. Caeteris, qui conspirationis huius participes extiterant, diem statuit[3], qua nisi Romae presentati causam dicerent novae huius et inusitatae contra sedem apostolicam rebellionis, similem caeteris excommunicationis sententiam sortirentur. Porro Ottonem Ratisponensem[h] episcopum et Ottonem Constantiensem episcopum et Burchardum Losannensem[i] episcopum, Eberhardum[k] comitem, Ůdalricum[l] et alios nonnullos, quibus rex potissimum consiliariis utebatur, iam pridem excommunicaverat[4]. 1076. (Febr. 22).

Gozilo[a] dux Lotheringorum[m], cum esset in confinio Lotheringiae[n] et Flandriae in civitate quae dicitur Antwerpha[5], occisus est per insidias, ut putabatur, Růberti[o]

a) *sic h. l. omnes.* b) excommunicatum *A* 1. c) *om. B* 1[b]. d) Moguntinum *B* 2. e) Sigifridum *h. l. A* 1. f) Wilhelmum *A* 1. g) Rubertum *A* 1. h) Ratispanensem *B* 1[b]. i) losannensem *B* 1[a]. k) Erhardum *B* 2. l) Udalr. *A* 1. *B* 1[b]. m) *sic h. l. A* 1. *B* 1[a], 2; Luthering. *B* 1[b]. n) Lotharingie *B* 1. 2 *h. l.* o) Ruberti *A* 1. *B* 1; Růdberti *S.*

brecht, 'DKZ.' ed. 5. *III, p.* 1142. *Cf. supra p.* 252, *n.* 1. *Quae Meltzer, 'Gregors VII. Gesetzgebung' p.* 119. *et S. Löwenfeld, Reg. pont. I, p.* 617. *in contrarium disputaverunt minorem vim habere videntur, cum synodus in primam hebdomadam quadragesimae indicta dilata esse posset, dum nuntii regis advenirent.* 1) *Nota bene Lampertum non dixisse, quod eum ignorasse aut casu omisisse non credo, regem scilicet etiam regno privatum et subditos iuramento ei facto absolutos esse. Nec legatos violatos esse hic retulit.* 2) *Episcopos Traiectensem et Babenbergensem minime excommunicavit, sed hos, ut reliquos, qui consentientes litteris illis subscripserunt, ab officio episcopali suspendit; Gregorii, Reg. III,* 10a, *l. l. p.* 222. *Cf. Delbrück p.* 51 *sq.* 3) *Festivitatem Petri (Aug.* 1*).* 4) *Episcopus Constantiensis demum a.* 1080. *Mart. in. excommunicatus est; Bernold., Apol. pro Gebh. c.* 7, *Lib. II, p.* 111, *qui c.* 4, *ibid. p.* 109 *sq. in synodo a.* 1076. *officio et communione eum privatum esse falso dixit. Cf. Gregorii Reg. II,* 60, *l. l. p.* 180 *sq. De episcopis Ratisponensi et Lausannensi excommunicatis nihil constat, nec Lamperto hac in re fides danda est. Quinque consiliarii regis, inter quos procul dubio hi Eberhardus de Nellenburg et Udalricus de Godesheim, in synodo Romana a.* 1075. *Febr. a limine ecclesiae separati et, nisi usque ad Iun.* 1. *poenitentes Romam venirent, excommunicati sunt (Gregorii Reg. II,* 52*a, l. l. p.* 170; *Berthold. [Ann. S. Blasii] p.* 277 *sq.). Quod hos rex a se non removerit, papa causam interposuit, ut in eum inveheretur.* 5) *Ibi eum occisum esse dicunt etiam Bald. Ninov., SS. XXV, p.* 524, *et Necrol. Egmond., van den Bergh, 'Oork. van Holland en Zeeland' I, p.* 332, *sed apud castrum Vlaardingen recte, ut videtur, Chron. S. Huberti Andagin. c.* 31, *SS. VIII, p.* 588, *cum etiam Sigeb., SS. VI, p.* 663. *et Laurentius de*

1076. *Febr. 20?* Flandrensis comitis[1]. Cum enim quadam nocte, quiescentibus omnibus, ad necessitatem naturae secessisset, appositus extra domum spiculator[a] confodit eum per secreta natium, relictoque in vulnere ferro, concitus aufugit. Vix deinceps VII diebus accepto vulneri superstes, *Febr. 27.* IIII. Kal. Marcii[2] vita decessit, atque Verdunis[b] iuxta patrem sepultus est; magnum regni Teutonici[c] robur ac momentum[d], quoniam[e], ut sepe iam dictum est[3], licet staturae pusillitate atque gibbo despicabilis videretur, opum tamen gloria et fortissimorum militum copia, prudentiae quoque maturitate, postremo tocius vitae temperantia longe caeteris principibus supereminebat.

(Febr. ex. Mart. in.) Rex, finito in Wormacia colloquio, concitus Goslariam rediit, ibique iram suam, qua[f] multo iam tempore in Saxones anxie aestuaverat, omni crudelitate explebat. Principes Saxoniae, qui in deditionem venerant, in ultimas regni partes relegabat[4], bona eorum suis fautoribus pro libito suo diripienda permittebat[5], eos qui necdum dediti fuerant acerrimis in dies edictis ad deditionem urgebat, et nisi quantocius dederentur, ferro et igne infestari et longius natali solo effugari comminabatur. Tum[g] omnia castella, quae superiore[h] anno dirui[i] iusserat, summo nisu, summo provincialium labore et erumna[k] instaurabat. Nova quoque in omnibus per Saxoniam montibus et collibus, qui modo ad arcendam vim paululum quid commoditatis habere videbantur, extruebat[l]; illis etiam, quae deditis Saxonibus in ius eius

a) speculator *B* 1[b]. b) Werdunis *A* 1. *S.* c) theuton. *h. l. B* 1[a]; teuthon. *h. l. et saepe A* 1. d) monimentum *B* 1[b]. 2; munimentum *B* 1[a]; *cf. supra p.* 120, *l.* 18; *p.* 231, *l.* 23. e) quomodo *A* 1. 1[a]. f) q̄ (que) *B* 2. g) Tunc *B* 1[b]. h) superiori *A* 1. *B* 1[c]; *cf. p.* 249, *l.* 30. i) dicui (?) *del., et in marg. priore manu corr.* dirui *B* 2. k) erumpna *B* 2. l) exstr. *A* 1. *B* 1[a].

Leodio c. 7, *SS. X, p.* 494. *hoc in Frisia factum esse tradant, et assentiantur Ann. Egmund. a.* 1075, *SS. XVI, p.* 447 *sq., qui eum navi impositum Traiectum translatum esse referunt.* 1) *Idem tradit Chron. S. Hub. Andag. l. l., sed a Gisleberto famulo Theoderici V. comitis Hollandiae occisus dicitur in Ann. Egmund., SS. XVI, p.* 447 *sq. Insidiis Mathildae uxoris eum necatum esse fabulatur Landulf. Mediol. III,* 31, *SS. VIII, p.* 97 *sq. Cf. Bernold., SS. V, p.* 433; *Ann. Parch., S. Iacobi Leod., SS. XVI, p.* 603. 639; *Ann. Laub., SS. IV, p.* 21; *Arnulf. Mediol. V,* 4, *SS. VIII, p.* 29; *Bruno c.* 78. 2) *Potius V. Kal. Mart. (= Febr.* 26. *anno bissextili) Ann. Egmund. l. l., (unde Necrol. Egmond., van den Bergh I, p.* 333*); Necrol. S. Vitoni Virdun., 'N. Archiv' XV, p.* 127. 3) *Supra p.* 112. 235. 4) *Cf. supra p.* 239. 5) *Cf. Bruno c.* 56; *Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 279. *Hunc locum destrinxit Delbrück p.* 52 *sq.*

venerant, presidium imponebat; et multiplicata sunt 1076. mala, calamitas et vastitas per universam Saxoniam et *1. Mach.* 1, 10. *Os.* 12, 1. Turingiam[a] supra omnem retro maiorum memoriam. *cf. Esth.* 14, 5.

Discessurus Goslaria pridie Nonas Marcii episco- *Mart.* 6. patum Coloniensem, sicut a primis obstinato intenderat[1], Hildolfo dedit. Cleri[b] Coloniensis tres tantum, militum etiam paucissimi aderant. Caeteros, ne ad suffragia ferenda occurrerent, indignitas detinuerat[c]. Ipsos qui occurrerant vix contemptim et[d] summis, ut dici solet[2], labiis super electione eius consuluit, risui prorsus ac ludibrio habendos, si non protinus acclamassent. Et ne quis forte adversus eum tumultus sedicione vulgi per dilationem consecrationis concitaretur, statim Coloniam profectus consecrari eum fecit ab Willihelmo[e] Traiectensi episcopo, cuius consobrino episcopatum Poderbrunnensem[f], ne qua per eum mora ordinationi eius fieret, promittebat[3].

Pascha Traiecti celebravit[4], ibique ducatum Lothe- *Mart.* 27. ringiae[g] filio suo Cŏnrado[h], marcham[i] vero quae dicitur Antwerpha Gotefrido, consobrino Gozelonis ducis, filio Eustachii comitis[5], impigro et ad rem militarem acerrimo adolescenti, tradidit.

Ipso tempore Růdolfus[k] dux Suevorum, Welf[l] dux *(Apr.)* *p. 244. Baioariorum, Bertoldus[m] dux *Carentinorum, Adalbero[n] episcopus Wirciburgensis[o], Herimannus[p] episcopus Mettensis et alii plerique[q] principes convenientes in unum[6] consilia conferebant, in tantis calamitatibus, quibus res publica vexabatur, quid facto opus esset. Regem post bellum Saxonicum eundem permanere, qui fuerat; nihil eum[r] de levitate, de crudelitate, de[s] pessimorum hominum convictu ac familiaritate mutasse. Ad hoc tantum tam insignem suam adversum Saxones victoriam pro-

a) Thur. *B* 1. 2. b) Clerici Colonienſ3 *B* 2. c) *om.* *B* 1. 2. d) ut *B* 1b. e) Wilhelmo Traiactensi *A* 1. f) paderbrunnensem *h. l.* *A* 1. *B* 1a; poderburnensem *B* 2. g) Lotharingie *B* 1. 2. h) Cunrado *A* 1. *B* 2; conrado *B* 1a. i) marchiam *A* 1. k) Rudolfus *A* 1. *B* 1a. b; Rudolffus *B* 1c. l) Welff *B* 1c. m) *sic h. l.* *A* 1. *B* 1a. c; Bertholdus *B* 1b; Beltholdus *B* 2. n) Adelbero *B* 1a. b. c. 2. o) Wirceburg. *A* 1; Wirczeburg. *B* 1b. p) Hermaunus ep. Metensis *(semper)* *B* 1c. q) prelique *B* 1b. r) *om.* *B* 1b. s) de — mutasse *om.* *B* 1a.

1) *Cf. supra p.* 251. 2) *Seneca Epist.* 10: Non a summis labris ista venerunt. *HESSE.* 3) *Idem tradit Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 283. 4) *Cf. Berthold. l. l.; Bruno c.* 74*; Hugo Flaviniac., SS. VIII, p.* 458. *— Ubi se excommunicatum esse rex audivit.* 5) *II. Boloniensis, ex Ida sorore Gozelonis; Geneal. com. Bulon., SS. IX, p.* 301. *Cf. Ann. S. Iacobi Leod., SS. XVI, p.* 639*; Berthold. l. l.* 6) *Hos tunc convenisse Lamp. certe commentus est. Cf. Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 283.

1076. (Apr.) fecisse, ut ille sui omnium sanguinis ius potestatemque acciperet et ad perniciem bonorum omnium et ad omne, quod animo concepisset, flagicium inpunita libertate grassaretur; nihil sibi deinceps spei, nihil presidii reliquum fore, si forte, ut sunt humana, eum offendissent, cum in dediticios contra iusiurandum[1], contra fidem principum tam feda, tam crudelia exercuisset. Haec causa non solum ipsos, sed et cunctos regni principes vehementer permoverat et eos potissimum, quorum[a] consilio[b] principes Saxoniae se in periculum dederant. Facta est igitur conspiratio non modica et magis ac magis in dies roborabatur[c], ea re maxime omnibus ausum et fiduciam prebente, quod excommunicatum esse regem a Romano pontifice frequentes ab Italia nuncii quottidie[d] deferebant. His animatus Mettensis episcopus et alii plerique nonnullos ex principibus Saxoniae, quos a rege in custodia habendos susceperant[2], inscio rege in sua liberos redire permiserunt[3].

Wilhelmus[e] Traiectensis episcopus causam regis, ut supra dictum est[4], contra bonum et equum obstinate[f] tuebatur et studio partium regis multa in[g] iniuriam Romani pontificis omnibus pene diebus solemnibus[h] inter missarum solemnia rabido ore declamabat, periurum eum, adulterum et pseudoapostolum[i] appellans et tam a se quam a caeteris episcopis sepenumero excommunicatum pronuncians. Is, brevi posteaquam rex exactis paschalibus feriis Traiecto discesserat, repente gravissima egritudine correptus est. Cumque[k] per acerrimos cruciatus[l] animae ac corporis urgeretur, miserabili eiulatu coram omnibus qui aderant vociferabatur iusto Dei iudicio se et presentem vitam amisisse et aeternam, quod regi ad omnia quae perperam intendisset operam suam summo annisu prebuisset atque in spem gratiae eius Romano pontifici, sanctissimo et apostolicarum virtutum viro, graves contumelias sciens et prudens innocenti irrogasset[5]. In hanc vocem, ut[m] asserunt, sine

a) *bis scr.* *B* 1[b]. b) concilio *B* 1[b]. c) roboratur *B* 1. 2. d) quotidie *A* 1. *B* 1[b]; cotidie *B* 2. e) *sic h. l. omnes.* f) obstinato *B* 1. 2; obstinato animo *N.*; *cf. infra p.* 272, *l.* 11. g) *om.* *B* 1[a]. h) sollempnibus *h. l.* *B* 2 *et saepe infra, sed mox* solemnia. i) *sic omnes;* pseudoapostolicum *conicere posses.* k) Cum *B* 1[a]. l) cruciaatus *B* 1[a]. m) ut ass. *om.* *B* 1[a].

1) *Cf. supra p.* 239, *n.* 1. 2) *Herimannum comitem et Theodericum de Katlenburg in episcopi Mettensis custodia fuisse coniecit Floto II, p.* 104 *n. ex Brunonis c.* 84. *Cf. infra p.* 260. *De tempore, quo hoc factum sit, vide Giesebrecht III, p.* 1144. 3) *Cf. Bruno c.* 82; *Sigeb. a.* 1077, *SS. VI, p.* 363; *Ann. Yburg. l. l.* 4) *P.* 254. 5) *Alia, sed eodem consilio conficta,*

communione, sine ulla satisfactione expiravit[1]. Successit ei in episcopatum[a] Cônradus[b], Mogontini[c] archiepiscopi camerarius. Poderbrunnensem vero episcopatum Poppo[d] Babenbergensis prepositus optinuit[e, 2], cuius potissimum factione et studio Herimannus Babenbergensis episcopus episcopatu deiectus fuerat[3]. 1076. (Apr. 27).

Rûpertus[f] abbas quondam Augiensis[g] monasterium quoddam in Alsaciae partibus, cui Gengebach nomen est, a Babenbergensi episcopo[4] susceperat gubernandum. Ubi dum pro consuetudine sua lucris temporalibus inmoderatius insudaret, paupertatem loci industria sua evincere satagens, occisus est cum alio haud[h] desperatae indolis monacho adolescente[5], qui eum de Babenbergensi monasterio secutus fuerat, a servitoribus supradicti monasterii, contra quos possessiones monasterii et ius suum progressus ipse ad vim arcendam defendere volebat[i]. 1075. (Dec. 12. 14).

Saxones, deportatis in exilium principibus suis, tedio et merore tabescebant, nec calamitatis ullum usquam patebat effugium. Amici regis per montes et colles dispersi cervicibus imminebant nec eos ut antea conventus facere, consilia conferre aut ullam recuperandae salutis viam temptare sinebant. Insuper quottidie[k] ex agris et villis predas agebant, tributa regioni difficillima[l] imponebant, castella sua summo provincialium labore et impensis communiebant[m] et graves prorsus atque[n] inexplicabiles pristinae rebellionis pęnas exige- 1076.

a) episcopatu *B 1b*. b) Cunradus *A 1. B 2*; Conradus *B 1a*. c) Moguntini *B 2*. d) Boppo *B 1b solus*. e) obt. *A 1. B 1b. c, 2*. f) Rupertus *A 1. B 1b*. g) monasterii *add. B 1b*. h) haut *B 1a*. i) *hic locus postremus excerptus est in A 2, ubi sequitur:* A. D. MLXXVII. sub hoc anno finitur Cronica Herveldensis monasterii, ordinis sancti Benedicti. k) quotidie *A 1. B 1b*; cotidie *B 2*. l) difficilima *B 1b*. m) comminuebant *B 2*. n) at *B 1a*.

de eo moriente fabulantur Bruno c. 74, *Paulus Bernried. c.* 80. *Sed repentina morte eum defunctum esse referunt Hugo Flavin., SS. VIII, p.* 458; *Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 283 *sq.; Bernold., SS. V, p.* 433. *Cf. Giesebrecht III, p.* 1144; *Delbrück p.* 54 *sqq.* 1) *Diem V. Kal. Maii indicant Ann. Egmund. a.* 1075, *SS. XVI, p.* 448; *Necrol. Egmond., van den Bergh, 'Oork.' I, p.* 132; *Necrol. S. Salvat. Traiect., 'Archief voor de Geschied. van het Aartsbisdom Utrecht' XI, p.* 33. 2) *Iam antequam episcopus Traiectensis obiret, mense Martio ex. vel Apr. (Berthold. p.* 283*), Immad episcopo Paderbornensi die Febr.* 3. *defuncto.* 3) *Cf. Gregorii Reg. III,* 1, *l. l. p.* 203; *supra p.* 204, *n.* 1. 4) *Herimanno iam a.* 1074; *vide Berthold. (Ann. S. Blasii) a.* 1073, *p.* 276; *Ann. Gengenbac. a.* 1074, *SS. V, p.* 389. 5) *Ottone; cf. Ann. Gengenbac., SS. V, p.* 390.

1076. bant. Erant duo cuiusdam Geronis comitis[1] filii[2], satis quidem edito loco *nati, sed propter inopiam rei fami- *p. 245. liaris inter principes Saxoniae nullius nominis vel momenti. Hi tempore deditionis ultra Albim fluvium refugerant, ibique rei eventum prestolabantur, facile a rege propter obscuritatem nominis vel ignorati vel contempti. Cumque viderent[a] mala, quae fiebant, non aliud scilicet actum deditione principum quam[b] proditam[c] plane esse libertatem patriae totamque gentem Saxonum, quo rex semper intenderat, in servitutem atque sub iugum redactam[3], quamvis patriis finibus extorres, quamvis munitionibus amissis, perdito patrimonio, rerum omnium inopes remansissent, gaudebant tamen admodum, quod cum caeteris Saxoniae principibus tempestuosum illud deditionis naufragium non incidissent. Et[d] cum urgeret penuria, contractis ex sui similium numero aliquantis copiis, rapto sibi victum querere ceperunt. Plerumque etiam, ubi oportunitas[e] accidisset, regis exactoribus resistere et iniurias manu propulsare temptabant. Cumque eis semel et secundo res prospere cessissent, milites principum qui relegati fuerant, ingenui quoque omnes, qui necdum dediti fuerant, quique extrema omnia quam fidem regis ultra experiri malebant, catervatim ad eos[f] confluebant. Et facta est intra[g] dies paucos permaxima multitudo, ita ut iam non ad insidias modo et clandestinas[h] latrocinantium more excursiones, sed[i] ad apertam vim et publicas congressiones pares se hostibus arbitrarentur. Preterea provinciales, quibus inter ultimas desperationis tenebras lux aliqua salutis[k] et consolationis caelitus emicuerat, omnes promptissimo animo socias manus communemque operam publicis negociis pollicentur, sacius iudicantes pro patria, pro liberis, pro coniugibus honesta morte perfungi quam inter tantas tribulationes omni morte tristiorem vitam agere.

(Mai. Iun.?) Inter haec rediens Herimannus patruus Magni ducis et alii plerique ex principibus dediticiis, quos, ut predictum est[4], inconsulto rege indulgentia eorum a quibus

a) videbant *B* 1b; viderant *B* 1c. b) quo *B* 1b. c) perditam *B* 2. d) *deest B* 1. 2. e) op||port. *A* 1. f) eosdem *B* 1b. g) inter *B* 1b. h) clamdest. *B* 1. i) et *add. B* 2. k) cons. et sal. celicus *B* 1b.

1) *De Brene e gente Wettinensi.* 2) *Theodericus et Willehelmus comes de Kamburg. Cf. Geneal. Wettin., SS. XXIII, p.* 228; *Bruno c.* 99. 117. 3) *Cf. supra p.* 147 *sq.* 4) *P.* 258.

1076. (Iun.?)

tenebantur deditione absolverat, inopinatum cunctis gaudium prestiterunt atque omnem, si quis adhuc mentibus resederat, scrupulum ademerunt. Tanta siquidem tamque inopinata rerum prosperitas evidens cunctis erat documentum respicientis eos misericordiae Dei. (cf. Ps. 24, 16. 68, 17.) Igitur armata iuventute Saxoniam peragrantes, castella, quibus rex presidium imposuerat, alia deditione, alia militari manu, brevi omnia receperunt; eos qui intus[a] erant, direptis spoliis, incolumes[b] dimiserunt, accepto ab eis sacramento, quod ulterius in Saxoniam hostiliter non venirent. Amicos regis, omnes[c] preterea, quicumque communibus negociis operam suam spondere noluissent, dissipatis omnibus quae habebant, procul Saxonia effugarunt[1]; et directa est salus in manibus eorum[d] ad recuperationem libertatis pristinae. (1. Mach. 3, 6.)

Solus adhuc Otto dux quondam Baioariae in castello Hartesburg residebat. Huic rex per totam Saxoniam vices suas et publicarum rerum procurationem delegaverat[2], dato insuper negocio, ut castellum Hartesburg[e] et aliud in monte qui dicitur Lapideus[3], qui proximus Goslariae imminet, summa ope extrueret[g]. Ad hunc legatos dirigunt mandantes, ut omisso opere, quod ad eversionem gentis suae, immemor[h] patriae, immemor libertatis, extruere[i] aggressus sit, consilium pocius perquirat ad ereptionem principum, quibus ipse, ut se dederent, vehementissimus auctor fuerit[k]; iam dudum opinionem indubiam multorum mentibus insedisse, quod idcirco deditionem caeteris tantopere suaserit, ut eorum sanguine regis sibi animum deplacaret[l] et communi exicio suam ipse salutem mercaretur. Hoc nunc evidentibus indiciis elucere, cum, illis in ultimas partes terrarum deportatis, ipse proditionis suae mercedem a rege tocius Saxoniae principatum acceperit et regiae crudelitatis carnifex atque omnium quae ferociter rex meditetur ferocior administer existat. Bene igitur famae et honori suo consulat, si tantae infamiae maculam claro aliquo erga patriam suam beneficio purgare conetur et

a) qui intererant *A* 1. b) incolomes *B* 2. c) regis omnes. pret. *distinguit B* 1[b] *cum ed. priore perperam.* d) *om. B* 1[b]. e) in Hart. *A* 1. f) liapideus *B* 1[b]. g) exstr. *B* 2. h) imm. patriae *om. B* 1. 2; *cf. supra p.* 157, *l.* 22. 170, *l.* 3, *infra p.* 265, *l.* 3. 1. 269, *l.* 2. 3. i) exstruere *B* 1[a]. 2. k) fuerat *corr.* fuerit *B* 2. l) placaret *B* 1[a].

1) *Cf. Bruno c.* 84. 2) *Cf. supra p.* 251. 3) *Steinberg (occidentem et meridiem versus ab urbe situs). De quo cf. Io. Mich. Heineccius, Antiquit. Goslar. I, p.* 93. *HESSE.*

1076. (*Iun.*) genti suae patriam libertatemque armis recuperare cupienti auxilio concurrat. Postremo, si monitis[a] ultro non assentiatur, se proculdubio vim adhibituros et patriae proditorem, communium castrorum desertorem, ut dignus sit, eversis omnibus quae eius sint, procul Saxonia expulsuros. Ad haec ille obnixe eos per Deum obtestabatur[b], ut micius pacaciusque agerent; quae pro communi *commodo moliantur racione quam temeritate *p. 246. melius procedere; se protinus missurum et regi modis[c] omnibus suasurum, ut principes deditione absolvat, castella, quae metu rebellionis pristinae extruxerit[d], diruat, genti Saxonum libertatem, leges ac iura maiorum, quae per vim erepta totiens armis repetiverint, restituat. Si consilio adquiescat[e], gravis atque ancipitis belli necessitate sine sanguine liberatam esse Saxoniam; sin autem, se nec indulti honoris amore nec mortis metu nec iurisiurandi religione inhiberi posse, ne communem patriae parentumque suorum causam usque ad extremum spiritum quanta possit virtute defendat, iuvet, tueatur. In haec verba legatos Saxonum dimisit, statimque suos ad regem, sicut pollicitus fuerat, destinavit, presidio quoque ab utroque monte, quem occupaverat, abducto, communem deinceps cum Saxonibus ad socialem vitam agebat.

Rex de his quae acciderant in Saxonia gravi nuncio accepto, comperto etiam, quod caeteri principes collatis per crebra conventicula consiliis defectionem meditarentur, hinc ira, hinc sollicitudine in diversa raptatus[f], cui primum morbo mederetur, anxius ambigebat. Sed quo ira impellebat inclinatior, ad[g] oppugnandam Mettensem urbem exercitum admovere cogitabat et ab episcopo loci[1], quod creditos custodiae suae principes se inconsulto dimisisset, vindictam expetere. Sed contra reputans turbata re publica, dubia fide principum, exhausto superioribus bellis milite, extremae dementiae esse arduum aliquid precipitanter attemptare, impetum animi ab temeritate ad pacaciora[h] consilia revocavit[2].

a) montis *B* 2. b) obtestatur *B* 1b. c) omn. modis *corr.* m. o. *B* 2. d) exstr. *B* 2; extruxerat *B* 1b. e) acq. *B* 1a. f) raptus *B* 1b. c. g) Et ad *B* 1b. h) paccio̧ra *B* 1b.

1) *Herimanno. Cf. supra p.* 258. 2) *Lamp. haec malo ordine et perverse narrasse videtur. Ex Brunonis c.* 85. *elucet paulo ante conventum Mogontinum (Iun.* 29*) regem Saxonum novam rebellionem comperisse. Et conventus Wormatiensis, ut Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 284. *narrat (cf.*

Missis igitur circumquaque nunciis omnes regni 1076. principes in pentecosten[a] Wormaciae sibi occurrere iussit, quid facto opus esset, communi consilio, ut pretendebat, deliberaturus. Statuta die caeteris amplo satis numero *Maii* 15. occurrentibus, nullus aderat supradictorum ducum, a quibus rei publicae periculum timebatur, et quorum potissimum auctoritate, si res tranquillae essent, summam publicorum negociorum disponi oportuerat. Ita conventus ille principum, cassata voluntate regis, nullum habuit effectum[1]. Iterum in natale[b] sancti Petri apo- *Iun.* 29. stoli Mogontiae eos adesse, addita iam edicto obnixa supplicatione[c], precepit. Sed ne[d] tunc quidem quisquam eorum vel supplicantem attendit[e] vel precipientem, omnibus plane ad rebellionis studium immobiliter obstinatis[2]. Ipsi qui convenerant feda simultate a se invicem dissidebant. Iam enim solutus carcere suo Sa- *Apoc.* 20, 7. tanas[f] non solum corporali, sed et spirituali armatura obpugnabat[g] pacem ecclesiasticam, et quorum corpora iugulabat, animas quoque, ne in aeternum viverent, extinguere satagebat.

Uto[h] episcopus Treverensis[3] Roma nuper reversus communicare nolebat episcopo Mogontino, episcopo Coloniensi[4] et aliis quam pluribus, qui apud regem pre caeteris assidui erant, et quorum rex omnia faciebat consilio, obtendens et eos et ipsum regem excommunicatos esse a Romano pontifice. Sibi tamen, quod ipsum vix summis precibus extorserit, indultam esse colloquendi tantum regis licentiam, nulla preter haec in cibo, in[i]

a) penthec. *B* 1[a]. 2. b) *sic A* 1. *B* 1[a. c]; nat̄ *B* 2; natali *B* 1[b]. c) supplicacio *B* 2. d) nec *B* 1[b]. e) adtendit *B* 2. f) sathanas *B* 1[b]. 2. g) oppugn. *B* 2 *solus*. h) *sic h. l. omnes*. i) et *B* 1[a].

regis epist. A[ltwino episcopo Brixinensi] datam, LL. II, 1, *p.* 48; *Jaffé, Bibl. V, p.* 106 *sqq., nr.* 49) *non propter rebellionem Saxonum indictus est, sed ut de Hildebrando a sede apostolica deiciendo tractaretur; et iam ante obitum episcopi Traiectensis (Apr.* 27) *hunc conventum indictum esse ibidem apparet.* 1) *Vide apud Bertholdum, quanam re conventus indictus ad irritum venerit. Cf. Ann. Yburg., SS. XVI, p.* 436. 2) *Nec de conventu Mogontino Lamp. quidquam certi compertum habebat et inania verba pro veris profert. Cf. Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 284; *'N. Archiv' XIX, p.* 197. *De dediticiis ibi elapsis Bruno c.* 85. 3) *Quem Hildebrandus callide sibi allexerat; cf. Gregorii Reg. III,* 12, *l. l. p.* 226 *sq. datam mense Martio vel Apr.; IV,* 2, *p.* 244. *Minime haec quae sequuntur in conventu Moguntino acta sunt, ut Giesebrecht III, p.* 376. *scripsit, sed, ut infra p.* 264, *l.* 4—6. *patet, in universum depingit Lamp. statum rerum medii anni* 1076. 4) *Hildolfo, non nominatim excommunicato, sed, quia regi communicabat, pro excommunicato habito.*

1076. potu, in oratione vel in caeteris omnibus communione eius permissa. Huius auctoritate animati complures alii, quorum et in Deum fides purior et ad dignitatem rei publicae sententia pocior, paulatim se palacio subtrahebant, ne videlicet supradictorum communione macularentur[a], et ad regem, licet crebris iussionibus evocati, redire nolebant, sacius iudicantes regem quam Deum offendere, corporis quam animae dispendium incidere. Illi econtra irasci, fremere, insanire, minas et convicia in omnes passim iaculari. Iniustam et idcirco nihili estimandam esse Romani pontificis sententiam, qui se nec canonice ad synodum[b] evocatos nec[c] canonice discussos nec obiecti criminis iuxta scita canonum convictos vel confessos precipiti furore pocius quam ratione excommunicasset. Episcopum Treverensem et caeteros, qui cum eo ad evertendum rei publicae statum[d] iam pridem conspirassent, aliorsum intendere quam loquerentur, nec tam apostolicae sedi auctoritatem deferre[e], quam ut dignitatem regiam subruant, occasionem querere et inveterata adversus regem odia novo religionis vocabulo palliare. Eum recte honori suo prospicere, si
Rom. 13, 4. in hostes suos gladium, quem iuxta apostoli vocem ad
1. *Petr.* 2, 14. vindictam malorum acceperit[1], maturius distringat, et contemptis inanium occasionum latibulis, manifestos regni insidiatores pęna, quam mereantur, afficiat[f]. Nec difficile fuit ingenium regis per se atrox et implacabile in iram excitare.

*Sed cum videret sub optentu[g] religionis principes *p. 247. a se paulatim deficere et destituto iam auxiliis imperio vanam esse comminationem, quae vim facere non posset quibus comminaretur, ratus — id quod tempus exigebat — utilitati[h] magis quam iracundiae consulendum, iterum atque iterum aversos[i] principum animos blandis legationibus mitigare temptabat. Nec tamen, quod dictu mirum sit, tanta hac rerum asperitate, tanta ingruentium periculorum mole evinci poterat, ut, unde potissimum haec flamma invidiae et odii adversum[k] eum exarserat, principes Saxoniae deditione absolveret. Quin immo[l] conterritus recenti exemplo eorum, qui plerosque ex ipsis se inconsulto dimiserant[2], residuis, qui adhuc

a) commacularentur *B* 1[b]. b) *sic h. l. omnes.* c) nec can. *om. A* 1. 1[a]. d) *om. B* 1[a]; statum reipubl. *A* 1. 1[a]. e) deferri *corr.* deferre *B* 2. f) efficiat *B* 2. g) obt. *A* 1. *B* 1. h) utilitatis *B* 1[a]. i) aduersos *B* 2. k) adersum *B* 1[a]. l) ymmo *B* 1[b].

1) *Cf. Acta syn. Brixin., Jaffé, Bibl. V, p.* 133. 2) *Cf. supra p.* 258. *et p.* 263, *n.* 2.

in custodia tenebantur, omnem adhiberi diligentiam 1076. iubebat, ne elaberentur. Ideoque sepius his, quibus eos servandos crediderat, mandabat, ut memores beneficiorum suorum, memores iurisiurandi, quo sibi fidem suam firmassent, traditos custodiae suae intemerata fide, donec reposcerentur, servarent nec aliorum principum fedissimo corrumperentur exemplo, qui dimissis suo iniussu dediticiis, dum privatas suas iniurias in regem ulcisci vellent, cladem maximam et maculam multis seculis non abolendam rei publicae intulissent.

Et omnibus quidem infensus, omnium, ut videbatur, sanguinis avidus erat[1]. Precipue tamen episcopi Halberstadensis[a], quem tamquam tocius Saxonicae rebellionis principem et omnium quae secus acciderant fomitem atque[b] incentivum[2] inexorabili odio insectabatur; et nisi pontificalis nominis reverentia et fides principum, quae in deditione intercesserat[c], obstarent, vitam eius per omnes cruciatus extorsisset[3]. Hunc Rŭperto[d] Babenbergensi episcopo servandum crediderat, velut preter caeteros familiares suos immitis ac ferocis ingenii viro et erga se in[e] adversis rebus spectatae sepe fidei. Sed postquam, inclinatis ad defectionem principibus, iterum novis rem publicam tempestatibus quati aspexit, quamvis custodis diligentiae non diffideret, veritus tamen, ne forte subrepente per hanc moram negligentia aliquid in eo vis vel[f] fraus hostilis[g] operaretur, ad palacium eum evocavit[4] et ibi nunc inter camerarios suos, nunc inter cocos[h] et coquinarum spurcicias[i] indignissimo loco habitum sub omni diligentia custodiri fecit, donec tam feralibus odiis competens exilium excogitaret. Erat ipso tempore apud regem soror eius[5], uxor Salomonis regis *(Ian.)* Ungariorum, quam maritus regno expulsus, dum in armis et procinctu esset, nusquam tucius quam apud fratrem manere iudicaverat, donec recuperato, si fieri posset, regno in iocunditate perfrui coniugio liceret. Cumque post multum iam tempus ad maritum in finibus Ungariae commorantem redire pararet, rex oportunam[k] eam arbitratus, quae crudelitatis huius munere fungeretur,

a) Halberstatensis *h. l. A* 1. b) *bis scr. B* 1[a]. c) interceserat *B* 1[a]. d) Ruperto *A* 1. *B* 1. e) et *B* 2. f) et *B* 1[a]. g) hostialis *B* 2. h) coquos *B* 2. i) spurciciis *B* 1. 2. k) oportunum *B* 2.

1) *Cf. Delbrück p.* 57 *sq.* 2) *Cf. supra p.* 148. 228 *sq.* 3) *Cf. supra p.* 93, *n.* 2. 4) *Nota Bucconem synodo Wormatiensi die Ian.* 24. *assedisse.* 5) *Iudith (Sophia).*

1076. (Iun.) rogavit eam, ut episcopum Halberstadensem[a] secum abduceret atque in locum, ex quo nulla ei deinceps in regnum Teutonicum redeundi copia fieret, deportari faceret. Annuit illa petenti, et navi impositum cum hominibus suis premisit, ipsa paucis post diebus, cum profectioni suae necessaria ordinasset, insecutura precedentem[b]. Habebat[1] idem episcopus militem quendam Ůdalricum[c] nomine, multis in Baioaria possessionibus predivitem[2], regi quoque adprime[d] carum et acceptum. Is ubi advertit mala, quae episcopo parabantur, motus miseratione atque ipsa humanarum rerum consideratione, quod tantus ac talis vir, ingens columna et firmamentum rei publicae, nisi regis temeritas divina atque humana omnia confudisset, tam pessimo nunc exemplo periturus foret, accessit[e] ad eum paulo antequam navigare inciperet, et quae in eum rex decrevisset, per ordinem exposuit; actum esse de salute eius, nisi propicia[f] divinitas, quae sola iam posset, periclitanti succurreret[g]. Edocet preterea[h] possessiones suas et castellum munitissimum[i] haud[k] procul ab littoribus Danubii fluminis abesse, monetque, ut, dum ad ea loca navigans pervenisset, rogaret sepius eos, cum quibus navigaret, quatenus applicarent et sibi paululum in[l] terram progrediendi facultatem facerent, obtenta vel refrigerandi vel alius cuiusvis necessitatis occasione, quae[m] modo tali artificio idonee[n] patrocinaretur; se memorem fidei, qua ei obnoxius sit, omnia quae possit pro virili portione facturum et, si quam ereptionis[o] eius viam Deus ostendat, temptaturum[p]. Fecit ille ut edoctus fuerat; atque ubi ad predicta loca propinquare cepit, simulata mala valitudine[q], quae sibi ex assidua naviga-

a) Halberstatensem *h. l. B* 1a. b) procedentem *B* 1a. c) Udalr. *A* 1. *B* 1b. d) apprime *B* 1a. e) Accesit *B* 1a. f) div. prop. *B* 1b. g) succur̄ret *B* 1a. h) peterea *B* 1a. i) minutissimum *B* 2. k) haut *B* 1a. l) progr. in t. *corr.* in t. pr. *B* 1b. m) *sequentia altera manus scripsit in B* 1a *a f.* 101'. n) idoneae *A* 1; ydonee *B* 2; idoneo *B* 1a. o) excepcionis *B* 1b. p) temtat. *saepe manus* 2. *in B* 1a, *quae et* absumt., assumt. *etc. scripsit.* q) valetudine *omnes.*

1) *Ad sequentia cf. Bruno c.* 83, *qui haec verius narrasse videtur, praeterquam quod dixit reges ipsos prope Danubium fluvium moratos esse. Fabulam de fuga Bucconis praebent Ann. Palid., SS. XVI, p.* 70. 2) *Nescio an is fuerit comes de Patavia vulgo vocatus Vilrîch, i. e. praedives, a.* 1099. *defunctus. Cf. Ekkeh., SS. VI, p.* 210. 218; *Ann. Saxo, ib. p.* 732: qui predives fore ferebatur; *Fund. Baumburg., SS. XV,* 2, *p.* 1062: predives, ita ut vulgo Vilrich diceretur. *Certe falsum videtur quod Lamp. dicit, hunc Baioarium fuisse militem episcopi Halberstatensis.*

tione corpus affecisset insolitum, et nisi mature consu- 1076. (Iun.)
*p. 248. leretur, extremam perniciem *allatura foret[a] languenti, facile obtinuit apud nautas, qui pontificalis nominis intuitu magnam humanitatem ei prestabant, ut quotiens vellet applicarent et[b] ei egrediendi atque in terra, prout libitum erat, recreandi corporis copiam facerent. Longinqua regio, custodum multitudo, debilitas languentis omnem metum, omnem fugae vel[c] insidiarum suspicionem ademerant[d]. Egrediebatur sepius et regrediebatur, circumspiciens undique et omnia diligenti obtutu[e] perlustrans. Nullum usquam promissae salutis indicium[f], nulla spes elucebat. Forte beati[g] Iohannis baptistae Iun. 24.
nativitas occurrerat. Et mane, dum preterlaberentur, conspicatus contiguam littori aecclesiam, rogavit, ut, appulsa navi, ad celebranda tam sacratissimo die missarum solemnia ad aecclesiam procederent. Assentientibus illis, ingressus aecclesiam, salutarem Deo hostiam offerre sacerdotalibus, ut solemne est, infulis indutus cepit. Cui rei intentis omnibus, supradictus Ůdalricus[h], recte per exploratorum diligentiam captata loci oportunitate, repente armata multitudine aecclesiam circumdedit, ingressusque modeste, interim dissimulato, propter quod venerat, negocio, consummationem[i] sacri ministerii tacitus tranquillusque prestolabatur. Quo expleto suos quantocius ad navim convolare[k] et omnia quae episcopi sint[l] efferri iubet. Ipse fortissimorum iuvenum agmine stipatus procedentem ab aecclesia episcopum salutat, osculum porrigit, equum, quem evectioni eius optimum aptaverat, ocius conscendere iubet. Stupentibus qui episcopum abduxerant[m], quid hoc rei esset, et post irritas ratiocinationes ad arma concurrentibus, iubet, ut, si vitae ac saluti suae consultum velint, quieti maneant, arma ponant, naves pacatis[n] animis repetant, gratum habentes, quod commissi in tantum pontificem piaculi pęnas[o] non exigantur[p. 1]. Si verbis inanibus[q], si motibus

a) fore *B* 1[a]. b) ut *B* 1[a]. c) et *B* 1[a]. d) ademerat *B* 1[a]. e) obtuitu *B* 1[a]. f) indictum *B* 2. g) Ioh. beati *B* 2. h) Udalr. *A* 1. *B* 1. i) consumat (e). *B* 1[b]. 2. k) reuolare *B* 1[a]. l) sunt *A* 1. m) adduxerant *A* 1, *quod nescio an praeferendum sit.* n) placatis *B* 2. o) *sic omnes* (poenas *corr.* poenae *A* 1[a]). p) exigant *B* 1[a]. q) mani⁹ *B* 1[a].

1) *Cf. Ovid. Fast. IV,* 230: huic poenas exigit ira dei; *Metaph. VIII,* 530 *sq.*: diri sibi conscia facti Exegit poenas. *Nescio an inde Lamp. adductus sit, ut sententiam hanc male construeret. Si enim* dare *supplevisses,* exigantur *non bene staret.*

1076. Iun. 24. incompositis lacessere pergant, facile gladios procacitati modum facturos. Episcopum episcopalis ministerii munia aecclesiae Halberstadensi[a], cui ordinatus sit episcopus, rectius prestare quam ipsis. Illi cum numero et virtute impares essent, temerarium arbitrati rem certamini committere, tristi confectoque animo ad naves redierunt. Episcopus in[b] castellum, quod haud longe aberat, concessit, ibique paucis diebus commoratus, donec absumpta novitate studia conquiescerent omnium, si[c] qui forte redituro insidiabantur, tandem assumpto laico habitu, quo falleret occursantes, in Saxoniam contendit et desperantibus iam reditum eius Saxonibus repente, tamquam ab (Iul.) inferis vivus emergens, restitutus est.

Rex, ubi gestae rei nuncium accepit, graviter et iniquo nimis animo ferebat tantos conatus[d] suos in irritum cessisse, prereptam sibi tantarum contumeliarum vindictam, redditum cum[e] inpunitate hostibus virum, in quo tocius Saxonici belli summa et cardo verteretur. Nec dubitare poterat paululum iam sopitos ignes Saxonici furoris hoc incentore ilico[f] suscitandos et propediem in inmensum conflagraturos, atque eo infestius id acturum, quo se meminisset post deditionem nullam in rege clementiam, nullam expertum fuisse humanitatem. Verebatur preterea, ne simili modo caeteri quoque elaberentur dediticii, et sibi tam insignis victoriae, tam operosae[g] deditionis fructus deperiret assecutis eis se invito libertatem. Omnia consideranti placuit tandem alia deinceps grassari via, et Saxones, quos extranei totiens temptatos non vicerant, suis iam armis, suis parat expugnare viribus, sapienti certe usus[h] consilio, Matth. 12, 25. quoniam[i] constet omne regnum nulla vi, nulla clade cicius quam domestica atque intestina simultate labefactatum corruere. Episcopum Magadaburgensem[1], episcopum Merseburgensem[2], episcopum Misenensem[3], Magnum ducem, Fridericum palatinum comitem, preterea omnes Saxoniae et Turingiae[k] principes, qui adhuc in deditione tenebantur, ab exilio revocari iubet, et clementer accersitis ait se, cum iuxta palatinas leges extremo in eos

a) Halberstatensi *h. l.* *B* 2. b) ad *B* 1a. c) qui si *B* 1a. d) conatos *B* 2. e) eum *B* 1a. f) illico *B* 1a. g) operiose *B* 2. h) est *add.* *B* 1b. i) quo *B* 1b; quomodo *B* 1a. k) Thur. *B* 1. 2.

1) *Werinherum (Wezel).* 2) *Werinherum. Hos duos postremos tunc solutos esse dicit Bruno c. 86, qui haec aliter narrat.* 3) *Bennonem.*

supplicio animadvertere possit et hoc iure faciat gravibus sepe ab eis contumeliis[a] lacessitus, tamen memorem generis eorum, memorem virtutis, quae[b] rei publicae et honori esse possit et munimento, tam atrocis facti veniam dare, et quod amplius sit, non aliud ab eis querere redemptionis suae precium, quam ut sibi deinceps in dubiis rebus fideles ac devoti maneant auxiliumque prestent ad componendum regni statum et compescendos homines factiosos, eos potissimum, qui gentem Saxonicam simplicem et malarum artium nesciam[c] intestinis quottidie[d] dissensionibus inquietent. Si id faciant nec ulla ut prius levitate fidem permutent, se[e] primos in amicis habiturum, et cum se oportunitas prebuerit, beneficiis, prout *regiam munificentiam deceat, honoraturum. Illi, etsi eum haec[f] ficta loqui scirent et necessitate magis quam pietate genuinum animi rigorem laxasse, tamen impunitatis amore libenter amplexantur oblata, promittunt quicquid iubet, promissa repetito sepius sacramento roborant, et accepto commeatu in sua singuli cum gaudio revertuntur.

1076. *(Iul.)* — *p. 249.

Rex, ut supra dictum est[1], commonitus ab Ottone duce quondam Baioariae, ut turbatis rebus in Saxonia mature consuleret, mandaverat ei, ut sibi certa die in Salefelt occurreret, quatenus communiter[g] habita discussione, quid facto opus esset, deliberarent. Postmodum vero fretus his, quos deditione absolverat, quod eorum auxilio in Saxones, qui se leserant, iram suam idonee ulcisci posset, consilium mutavit et statuta die nuncios pro se in Salefelt duci[h] Ottoni misit[2], qui ei dicerent, ut contractis quantascumque[i] posset copiis sibi in marcha[k] Misinensi concurreret; se per Boemiam ducto[l] exercitu adventurum et filiis Geronis comitis[3], qui imperitam multitudinem male auspicato ad arma concitassent, si Deus[m] vota prosperaret, redditurum quod mererentur. Principibus quoque Saxoniae et Turingiae[n], quos patriae nuper remiserat, eadem mandat, obsecrans, ut prestitae sibi indulgentiae gratiam referentes, cunctos quos valeant

a) ctroneliis *B* 2. b) ꝗ (quem) *B* 2. c) consciam *B* 1. d) quotidie *A* 1. *B* 1[b]; cottidie *B* 2. e) sed *B* 1[b]. f) *om.* *B* 2. g) communita *B* 1[a]. h) misit duci Ott. *B* 1[a]. i) quantiscumque *B* 1. 2 (cunque). k) marchia *P. solus*. l) ductu *B* 2. m) conc. fid's (fides) *B* 2. n) Thur. *B* 1. 2.

1) *P.* 262. 2) *Epponem episcopum Citizensem, ut infra p.* 271, *l.* 12. *dicitur.* 3) *Cf. supra p.* 260.

1076. (Aug.) ab hominum perditorum societate dehortentur et ipsi ad ferenda publicis negociis auxilia designato die et loco armati instructique presto assint. Ipse, ut instituerat, paucissimos secum assumens Teutonici exercitus milites, caeteris omnino, quid moliretur, ignorantibus, in Boemiam contendit [1]. Ibique iuncto sibi duce ac milite Boemico, repente, plus quam tanto operi expediret fidens nescio an negligens, in marcham [a] Misinensem se infudit, videlicet vana spe elusus, quod ducis Ottonis industria et caeterorum, quos beneficio suo devinctos sibi gloriabatur, omnem rebus moram, omnem conficiendo negocio difficultatem ademptura [b] foret. Sed dux Otto, sciens genti Saxonum iustas esse causas rebellionis, id multo iam tempore apud regem crebris legationibus egerat, ut belli seminarium irarumque causas amoveret, leges ac iura sua Saxonibus rata manere sineret, equitate pocius quam armis tumultuantes compesceret, et tantos labores, tantum, qui prelio fundendus esset, sanguinem lucratus, sine difficultate inperpetuum opulentissimae gentis servicio frueretur; hanc regis ac [c] tiranni [d] esse distantiam, quod hic vi atque crudelitate obedientiam extorqueat ab invitis, ille legibus ac more maiorum moderetur subiectis precipiatque facienda. Verum ille homo in imperio natus et nutritus, ut tantos natales, tantos prosapiae fasces ac titulos decebat, regium [e] in omnibus semper adversis animum gerebat, mori quam vinci malebat. Inexpiabilis ignominiae maculam putabat impune iniuriam accepisse, et econtra summum decus et vitae precio [f] comparandum estimabat nihil quod secus accidisset inultum preterisse. Ad hoc homines sibi asciverat, talium rerum artifices, mediocri quidem loco natos [2], sed consilio ac manu promptissimos [g], qui,
Is. 30, 10. secundum quod propheta dicit, loquebantur ei placentia
Ezech. 13, 6. et divinabant ei errores et egrotum animum et per se affinem iracundiae ac temeritati adulationibus [h] suis tamquam supposita [i] face in omne quod libuerat inflam-

a) marchiam *A* 1. b) adeptura *B* 2; ademtura *B* 1[a] (*sic semper, ut* redemt., *manu* 2). c) et *B* 1[b]. d) tyr. *A* 1. *B* 2. e) in omn. regium *A* 1. 1[a]. f) praesenti *A* 1. 1[a]. g) promtiss. *B* 1[a] (*semper manu* 2). 2. h) adulantibus *B* 1[a]. i) subpos. *B* 2.

1) *Mense Augusto hoc factum esse videtur, cum regem diploma (St.* 2793*) Ratisponae aut die Iul.* 27. *Boemiam ingressurum aut Aug.* 27. *e marchia Misnensi reversum dedisse coniciendum sit. Concedendum tamen est eum hoc etiam Iul.* 27. *iam ab hac expeditione reversum dare potuisse.*
2) *Cf. supra p.* 147, *l.* 24 *sq.* 257, *l.* 30.

mabant. Ideoque, ut opera sua magis illi foret necessaria, perpetuis rem publicam tempestatibus vexari quam maxime satagebant. His pessimis usus consultoribus principes regni recta suadentes plurimum adversabatur nec eos ad consilium suum, nisi forte inexplicabilis[a] necessitas incidisset, admittebat[1], quin immo[b] auctoritatem eorum, si copia fieret, opprimi ac penitus oblitterari cupiebat, ut in omne quod animus suggessisset effrenata libertate grassanti nullus obsisteret, nemo obloqueretur. Igitur dux Otto vehementer efferatus, quod contra consilium suum rex Saxoniam bello rursus impeteret, ait ad Epponem Citicensem episcopum, qui ei, ut dictum est[2], in Salefelt functus legatione regis occurrerat, se regi, quod honori eius, quod commodo[c] rei publicae competeret, suggessisse; sed quoniam plus apud eum fidei sit ineptis assentatoribus quam sibi, plus spei ac fiduciae ponatur in milite Boemico quam in Teutonici exercitus robore, ad eum pertinere, quem cepta exitum sortiantur; se nec rebus bene gestis gloriam nec, si aliter cesserint, ignominiam habiturum; preterea nulla iam sacramenti, quo ei fidem dixerit, religione teneri, cum recta et utilia suadens non audiatur, insuper contra leges Dei, contra decus imperii, contra salutem animae suae ad effundendum sanguinem innocentem gentili ritu arma sumere iubeatur. Proinde omni periurio absolutum, libere deinceps causam gentis suae, quae iusta sit, *quantum valeat armis et opibus asserturum. Eadem protestabantur caeteri quoque principes tam Saxoniae quam Turingiae[d]. Qui etiamsi[e] cupidissime vellent, nullum petenti prestare possent auxilium, unanimiter scilicet detractantibus[f] militibus eorum infaustam contra patriam parentesque[g] suos miliciam. Iam enim non dubia fide, vacillantibus[h] animis, ut prius, cum[i] inter spem et metum fluctuarent, sed unanimi sententia, obstinata contentione ad rebellandum conspiraverant, neque callidis principum exhortationibus ut antea concitatum vulgus ad arma prosilueran[k, 3], sed omnes simul

1076. (Aug.)

Ier. 22, 17.

*p. 250.

a) inexplicabiles *B* 1^b^. b) imo *A* 1 *aliquoties;* ymmo *B* 1^b^ *saepe.* c) comodo *B* 2. d) Thur. *B* 1. 2. e) eciam *B* 1^b^. f) *sic B* 1^a^; detrectantibus *A* 1. *B* 1^b^. 2; *cf. supra p.* 164, *n.* a. 248, *l.* 8. g) parentes *B* 1^a^. h) uacilantibus *B* 1^a^. i) *om. B* 1^b^. k) *sic omnes praeter A* 1^a^ (prosiluerat).

1) *Cf. supra p.* 148, *l.* 2—6. 2) *Hoc p.* 269, *l.* 29. *non dictum est.* 3) *Nota hoc, quod teste Brunone c.* 24—26. *verum est, Lampertum supra ad a.* 1073, *p.* 149. *minime dixisse.*

1076. *(Aug.)* provinciales, non ductu auspicioque principum, sed privatis studiis, privatis impensis bellum gerere proposuerant, sibi dimicare, sibi, si Deus annuerit[a], vincere parati, nec aliud a quoquam miliciae suae stipendium prestolantes quam coniugum[b] liberorumque suorum salutem, atque ut a cervicibus suis durissimae servitutis iugum excuterent. Ipsos denique principes, si obniti, si contrahiscere temptarent, dissipatis vel[c] incensis omnibus quae eorum essent, procul patriis finibus expellere minabantur[1]. Ad ultimum ea mente rem gerendam susceperant, ut vel vincerent obstinate vel morerentur. Ultima desperatio sic studia inflammaverat, quoniam certa superioribus annis documenta ceperant[d] nullam apud regem victis esse spem veniae, cum ferocitatem pectoris eius et inexorabile Saxonici nominis odium nec voluntaria deditio principum nec tantus in Turingia[e] fusus sanguis restinxisset[f, 2].

Igitur ubi per Saxoniam rumor percrebruit, quod rex conterminam regni Saxonici marcham[g] Misinensem[h] ferro et igne depopularetur, ad arma conclamant; multa milia hominum brevi concurrunt, conserendi certaminis intolerabili[i] fervent desiderio, obviam ire hostibus unanimi alacritate contendunt. Sed quoniam[k] accelerando itineri turba frequentior, armis atque aliis impedimentis implicita, parum pro voto satagere valebat, filii Geronis comitis assumptis secum VII milibus expeditorum equitum summo nisu, ardentissima cicius conficiendi negocii aviditate in occursum properant. Quodsi regem consequi et sic efferato milite, sic ferventibus studiis signa conferre contigisset, ut multorum ferebat opinio, tractum tot annis bellum Saxonicum facili compendio confectum fuisset, et regem cunctumque[l] eius comitatum vel[c] mors certissima vel[c] ignominia difficile abolenda occupasset. Nam preter exercitum Boemicum, qui nec ipse vel[c] armis vel[c] numero vel[c] virtute tanto negocio se parem prestiterat, paucissimos secum habebat, quoniam supervacaneum arbitratus fuerat Teutonicis militibus tam longinquae expeditionis[m] laborem indicere,

a) annueret *A* 1. 1[a]. b) coniugium *B* 2. c) et *B* 1[a], *ut saepissime manus altera pro* vel *in hoc cod.* d) *bis scr.* *B* 1[b]. e) Thur. *B* 1. 2. f) restrinxisset *B* 1. 2; *cf. supra p.* 211, *l.* 29. 234, *l.* 20. g) marchiam *A* 1. 1[a]. h) Misenensem *A* 1; *cf. supra p.* 269, *l.* 31. 270, *l.* 8. i) intollerab. *B* 2. k) qm̄o *B* 1[b]. l) totumque *B* 1[a]. m) expediconis *B* 1[b].

1) *Cf. supra p.* 211, *l.* 15—17. 2) *Longam hanc declamationem illustravit castigavitque Delbrück p.* 59—61. *Cf. supra p.* 223 *sq.* 236 *sq.*

1076. (Aug.) cum speraret, ut dictum est[1], industria Ottonis ducis et aliorum, quos deditione gratis absolverat, omnes Saxonum vires facile enervandas[a] et copias sibi maioribus etiam bellis sufficientes statuto die ac loco affuturas. Forte tum[b] temporis, Deo misericorditer saluti regis prospiciente, fluvius Milda, qui utrumque exercitum medius dirimebat, effusis nuper imbribus vehementer intumuerat atque omnem transmeandi facultatem ademerat. Cuius rex inundatione commodissime[c] pro se usus, non expectata decrescentium aquarum vicissitudine, in Boemiam se recepit, maturatoque per Baioariam reditu, mestus ac penitens, quod tantos labores in vacuum expendisset, Wormaciam repedavit[2]. Et quoniam[d] digrediens duci Boemico marcham Misenensem[e], tam spectatae in arduis rebus fidei premium, dederat[3], Ecbertus[f] marchio, cuius eadem marcha erat, filius patruelis regis, puer longe adhuc infra militares annos, ubi primum decrescentibus aquis fluvius factus est transmeabilis, adiunctis[g] sibi Saxonibus Misenen[h] perrexit omniaque castella, quibus dux Boemicus presidium imposuerat, admota militari manu recepit, suosque milites, qui deinceps contra omnem[i] hostium irruptionem indefessi excubarent, imposuit; mirantibus cunctis, quod regem nec aetatis nec propinquitatis respectus[4] ab hac iniuria revocasset.

(Sept.?) Interea Rudolfus[k] dux Suevorum, Welf[l] dux Baioariorum, Berhtoldus[m] dux Carentinorum, Adalbero[n] episcopus Wirciburgensis[o], Adalbertus[p] episcopus Wor-
*p. 251. maciensis et *alii, quos rei publicae calamitas movebat, in loco qui dicitur Ulma conventu habito[5] statuerunt, ut omnes, quicumque rei publicae consultum vellent,

a) euertendas, *eadem manu superscr.* eneruandas *B* 1b. b) cum *B* 1a; tunc *B* 1b. c) comod. *B* 1a. d) qmo *B* 1b. e) Misinensem *B* 2 *solus h. l.* f) Cebertus *B* 1a; Robertus *B* 2. g) advinctis *B* 1b. h) Missenen *A* 1; Misinen *B* 2. i) omnium *B* 1b. k) Rudolfus *A* 1. *B* 1b; Rudolphus *B* 1a; Rudolffus *B* 1c; Růdnlfus *B* 2. l) Welff *B* 1a. c. m) Bertholdus *A* 1. *B* 1b; Bertoldus *B* 1c. n) Adelbero *A* 1. *B* 1b. 2. o) Wirceburg. *A* 1; Wirtzburg. *B* 1c. p) Adelbertus *A* 1. *B* 2; *om.* *B* 1c.

1) *Supra p.* 269 *sq.* 2) *Narrationes expeditionum in marchiam Misnensem a.* 1075. *(supra p.* 231 *sq.) et* 1076. *a rege factarum, quas solus Lamp. exhibet, tam consimiles sunt, in utraque rege casu quodam servato, ne a Saxonibus opprimeretur, ut perpauca earum vera esse videantur.* 3) *Cf. Cosmas II,* 39, *SS. IX, p.* 93. 4) *Cf. supra p.* 71, *n.* 3. 104 *sq.* 5) In autumpno *teste Bernoldo, Apol. pro Gebh. c.* 5, *Lib. II, p.* 110, *qui etiam Altmannum episcopum Pataviensem ibi affuisse et Ottonem episcopum Constantiensem praesentem excommunicatione absolvisse scribit; cf. Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 286.

1076. (Sept.) XVII. Kal. Novembris Triburiam convenirent et variis cladibus, quibus per multos[a] iam annos pax ecclesiastica turbabatur, tandem aliquando malorum pertesi[b] finem facerent. Hoc Sueviae, hoc Baioariae, hoc Saxoniae, hoc Lutheringiae[c], hoc Franciae Teutonicae principibus denunciarunt, universosque in commune per Deum obtestabantur, ut omni excusatione relegata[d], cuncta privatae rei sollicitudine posthabita, hanc singuli communibus[e] commodis vel[f] extremam operam dependerent. Qua expectatione suspensis atque attonitis omnibus, episcopus Mogontinus[g] et alii quam plures, qui eatenus partes regis vehementius tuebantur, ab eo defecerunt et adiuncti supradictis principibus ad meliorandum regni statum ardentissimo zelo exarserunt. Miro etiam atque inopinato rerum successu, ut quod moliebantur nullis iam retardaretur impedimentis, obsides, quibus nonnulli ex principibus superiore anno fidem suam apud regem obligaverant, repente his qui eos dederant sunt restituti[1]. Duos ducis Ottonis filios, alterum rex ipse, alterum is qui a rege servandum susceperat[2], inscio rege[3], patri nec opinanti remisit.

Filius Ůtonis[h] marchionis[4] et filius Adelae[5], derelictae Dedi marchionis, ambo tenerae aetatis et longe adhuc infra pubertatis annos pueruli, cum in munitione cuiusdam Eberhardi[i] ministri regis custodirentur, magnum quoddam et posterorum[k] memoria dignum nobilissimae indolis documentum ediderunt. Iusserat rex eidem Eberhardo[i] vel[f] propter tanti[l] generis claritatem vel[f] propter aetatis infirmae compassionem, ut eos indulgentissime nutriret et, ne aut inerti ocio aut iugis custodiae tedio tabescerent, sineret[m] eos interdum cum equalibus suis ludicris[n] puerilibus exerceri. Hoc ipsum parentes, crebra custodibus munuscula destinantes, flagitabant. Fecit ille ut petebatur et modo intra munitionem, modo extra, adhibitis custodibus, prout libitum erat, ludere paciebatur, nihil sinistrum in aetate simplici et fraudis nescia

a) q. permultos *A* 1 *et ed. prior perperam.* b) parte si *B* 1b. c) luteringie *B* 1b. d) relagata *B* 1b. e) communis *B* 2. f) et *B* 1a. g) Moguntinus *B* 1a. h) Utonis *A* 1; vero Conis (*ex* ůtonis) *B* 1a. i) Everhard. *B* 1. 2, *sed infra p.* 276, *l.* 10. 22. *omnes* Eberhard. k) posteriorum *A* 1. 1a. l) tam *B* 1b. m) sinerēt *B* 2. n) ludicis *B* 2.

1) *Multos obsides regi etiam tunc remansisse elucet ex eo quod in pacto Oppenheimensi statutum est, ut Saxonibus obsides redderentur, ut Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 286. *tradit.* 2) *Cf. supra p.* 251, *n.* 2. 3) *Inscio potius Lamperto, ut reor, quid rex iusserit; cf. supra p.* 261. 4) *Cf. supra p.* 225, *n.* 1. 5) *Cf. supra p.* 232, *n.* 6.

1076. *(Sept. Oct.)*

suspicatus. Interdum etiam in nemus, quod munitioni contiguum erat, venatum pergens, impositos equis, cuius rei vixdum aetas paciens erat, secum ire permittebat, ut oppressas merore ac tedio mentes hoc advocamento recrearent. Cum hoc sepius faceret, consuetudo fiduciam, fiducia custodibus securitatem pariebat, ut eis indulgentius in dies diligentis custodiae frena laxarent et absumpta iam omni suspicione, quicquid voluissent, etiam absque arbitris eos agere paterentur. Ceperunt igitur, ubicumque tempus et locum secreciorem nacti fuerant, sermones conserere[a], patriae parentumque recordari, peregrinationis[b] molestias deplorare et, ut pro salute sua aliquid Deo auspice conarentur, mutuis se suasionibus incitare. Quadam ergo die, cum iuxta solitum predictus Eberhardus[c] secum assumptis eis venatum exisset, et ad insectandam, quae casu occurrerat, feram omnes, ut fieri assolet, inconditis clamoribus, ferventissimis studiis discurrissent, pueruli ubi se solos adverterunt, custodem nullum, eos qui simul venatum processerant aliarum rerum immemores, soli quae agebatur venationi intentissimos, quantis possunt viribus equis subdunt calcaria, per condensa silvarum, per abrupta montium, per concava vallium, periculi sui vel negligentes vel contemptores, dicto cicius evolant; nec in certum aliquem locum regionis ignari cursum dirigunt, sed[d] laxatis temere habenis, quocumque impetus equos ferebat, precipites ruunt. Celeri cursu transmisso nemore ad Moinem[e] [fluvium[f]] perveniunt, piscatorem illic offendunt in scapha piscatoria[g] capturis piscium[h] incumbentem, evehi se Mogontiam[i] petunt, clamides suas, quibus vestiebantur, quoniam aliud in promptu non erat, evectionis precium offerunt. Ille vel precio allectus vel miseratione periclitantium permotus — hoc enim ex trepidatione et caetero corporis gestu facile coniciebat — benigne in naviculam suscepit et utensilibus, quae in navicula erant, adopertos, ne scilicet ab insequentibus agnoscerentur, Mogontiam[k], ut rogaverant, evexit. Equi eorum, transito amne, in ulteriore[l] ripa iuxta naviculam mirum[m] in modum moderato gradu decurrebant, ita ut
*p. 252. cum eunte navicula pariter irent, cum subsistente *pa-

a) conferre *B* 1b. b) perigrinacionis, e *superscr. corr.* peregr. *B* 1b. c) Everhardus *B* 1. 2. d) si *B* 1b. e) montem *B* 1a; Moenem *ed. prior perperam.* f) *deest* *B* 1. 2. g) piscatori *B* 1b. h) intendentem *add., sed minio del.* *B* 1a. i) Moguneiam *B* 1a. k) moguntiam *B* 1a. l) ulteriora *B* 2. m) mirum — navicula *bis scr.* *B* 1b.

1076. (Sept. Oct.) riter subsisterent. Brutis pecoribus[a] humanas inesse animas crederes. Ubi Mogontiam[b] ventum est, receptis equis suis[1], in domum quandam ripae contiguam clanculo se immergunt dominumque domus per Deum obtestantur, ne eos cuiquam prodat; se archiepiscopo Mogontino[c] genere[d] coniunctissimos esse, cui si incolumes intemerata[e] fide restituat, tam ab ipso quam a caeteris parentibus suis, qui inter regni principes et opum et dignitatis speciali prerogativa emineant, digna meritis premia relaturus sit. Nec multo post aderat Eberhardus fremens et stridens dentibus pre doloris impacientia, compertoque per veridicos indices, quo pueri divertissent, summa vi, summo conamine domum expugnare foresque infringere parabat, et nisi obsides regis mature redderentur, ignem tectis se[f] iniecturum minabatur. Concurrit civitas ad spectaculum, et facta est pro studiis partium confusa ac[g] dissona aliud atque aliud clamantium turbarum vociferatio. Perlato ad episcopum Mogontinum[c] tumultuantis civitatis nuncio, misit confestim cum armatis Cůnradum[h] comitem de castello quod dicitur Liuzelenburg[i], qui tum[k] forte apud episcopum presens erat. Qui veniens Eberhardum improbe[l] saevientem atque in omnes qui obsisterent nunc vi, nunc comminatione grassantem ab obpugnatione[m] aedium cum contumelia repulit, susceptosque pueros episcopo presentavit. Ille admodum gratulatus, quod causam principum, qui pro communi commodo arma sumere meditabantur, hac etiam parte impedimentorum[n] liberasset, suis singulos parentibus cum omni diligentia, ne quis scilicet insidiaretur abeuntibus, remisit[o].

Oct. 16. Statuta die[2] iuxta condictum principes Sueviae et Saxoniae Triburiam[3] convenerunt amplissimo numero, obstinatis mentibus ad summovendum a negociis regni regem Heinricum et alium, in quem communis electio consensisset, creandum[4]. Aderant una legati apostolicae

a) peccoribus *B* 2; pectoribus *B* 1. b) Moguntiam *B* 1[a]. c) mogunt. *B* 1[a]. d) *om.* *B* 1[a]. e) intemerataque, que *del.* *B* 1[a]. f) iniect. se *A* 1. g) et *B* 1. 2. h) Cunradum *A* 1; Conradum *B* 1. 2. i) Luizelenburg *A* 1. *B* 1[b]; linzelenburg *B* 1[a]. 2. k) cum *B* 1[b]. l) *om.* *B* 1[b]. m) oppugn. *A* 1. n) impeditorum *B* 2. o) etc̄ *add.* *B* 1[b].

1) *Qui quomodo Rhenum fluvium transierint, non apparet. Cf. Floto II, p.* 109, *n.* **. 2) *Cf. supra p.* 274, *l.* 1. Circa XVIII. Kal. Octob. *(falso pro Novemb.) hoc factum esse scribit Ekkeh., SS. VI, p.* 201. 3) *Etiam Ann. Yburg., SS. XVI, p.* 436. *hunc locum indicant.* Parthenopolim, *quod in textu Bertholdi p.* 286, *l.* 11. 12. *legitur, eiciendum est, ut recte censet Pflugk-Harttung, 'N. Archiv' XIII, p.* 334. 4) *Ex proposito suo Lamp.*

1076. *Oct.* 16.

sedis, Sigehardus patriarcha Aquileiensis et Altmannus Pataviensis episcopus, vir apostolicae conversationis et magnarum in Christo virtutum, cui papa vices suas in dispositione ecclesiasticarum causarum delegaverat, et laici nonnulli, qui magnis opibus relictis ultro se ad privatam tenuemque vitam propter Deum contulerant, missi a Romano pontifice, ut palam omnibus per Gallias contestarentur iustis de causis excommunicatum esse regem Heinricum[1] et ad eligendum alium [regem[a]] apostolici consensus et auctoritatis suffragium pollicerentur[2]. Hi[b] nec principi nec privato cuiquam, qui regi Heinrico dicto vel facto aliquatenus post excommunicationem communicasset, communicare volebant, donec publice professus penitentiam per Altmannum vicarium Romani pontificis anathemate absolveretur. Pari cautela eorum quoque communionem vitabant, qui presbiteris coniugatis vel eis qui ecclesiasticas ordinationes precio comparaverant in oratione communicassent. Per septem *Oct.* 16—22. itaque continuos dies consilia conferentes[3], quid facto opus esset, qua ratione periclitanti et iamiam naufragium minitanti rei publicae consulendum foret, perquirebant. Replicabant ab tenero, ut aiunt[4], ungue omnem vitae regis institutionem, quibus probris, quibus flagiciis existimationem suam decusque imperii vixdum[c] adulta aetate maculasset; quas iniurias singulis, quas in commune omnibus, ubi primum pubertatis annos attigit, irrogasset; quod, remotis a familiaritate[d] sua principibus, infimos[e] homines et nullis maioribus ortos summis honoribus extulisset[5] et cum eis noctes perinde ac dies in deliberationibus insumens, ultimum, si possit, nobilitati exterminium machinaretur; quod, barbaris gentibus vaca-

a) *deest B* 1. 2; *cf. supra p.* 276, *l.* 34. b) Hii *omnes B h. l.* c) uix tum *A* 1. d) familtar. *A* 1. e) imtimos *B* 1b.

mendacium hoc protulit. A nonnullis quidem Saxonum et Suevorum (i. e. Rudolfo duce) tunc de alio rege eligendo tractatum esse etiam Berthold. p. 286. *et Bruno c.* 88. *testantur, nec tamen omnes nec plerosque principum hoc voluisse exitu conventus Triburiensis iam probatur. Quid fautores papae tunc sibi proposuissent, ipse edocet in epistola data Oct.* 31, *antequam de exitu colloquii Oppenheimensis nuncium haberet, Gregorii Reg. IV,* 7, *l. l. p.* 251 *sq.* 1) *Vide Gregorii epist. ad omnes Teutonicos datam, Jaffé, Bibl. II, p.* 535 *sqq., nr.* 14. 2) *Hoc commentus est Lamp. Cf. Gregorii Reg. IV,* 3, *l. l. p.* 245 *sqq.* 3) *Decem dies inter tractatus transactos esse scribit Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 286. 4) *Horat. Carm. III,* 6, 24: de tenero meditatur ungui. *Cf. supra p.* 253, *l.* 19—26. 5) *Cf. supra p.* 147 *sq.* 151. 270.

1076. Oct. 16—22. tione data, in subditos sibi populos dedita opera ferrum distrinxisset et in eorum nece hostili[a] crudelitate grassaretur[b]; regnum, quod a parentibus suis pacatissimum[c] et bonis omnibus florentissimum accepit, quam fedum, quam despicabile[d], quam intestinis cladibus infestum cruentumque reddidisset. Aecclesias et monasteria destructa, victualia servorum Dei versa esse in stipendia militum, studium religionis et rerum ecclesiasticarum transisse ad arma militaria et ad munitiones extruendas[e], non quibus vis et impetus barbarorum arceatur, sed quibus patriae tranquillitas eripiatur[f] et liberis[g] cervicibus durissimae servitutis iugum imponatur; nullum usquam esse viduis et orphanis solacium, nullum oppressis et calumniam sustinentibus refugium, non legibus reverentiam, non moribus disciplinam, non aecclesiae auctoritatem suam, non[h] rei publicae manere dignitatem suam: ita unius *hominis temeritate sacra et *p. 253. prophana[i], divina et humana, fasque nefasque confusa esse et implicita[k]. Proinde tantarum calamitatum unicum ac singulare superesse remedium, ut quantocius, amoto eo, alius rex crearetur[1], qui tamdiu terminos suos evaganti licentiae frena iniceret[l, 2] et mundi vacillantis ruinam subiectis humeris sustentaret.

Rex Heinricus contractis in unum suae partis assertoribus in villa quae dicitur Oppenheim[m] se continebat[3], Rheno[n] fluvio utraque castra dirimente, frequentesque ad eos in dies legatos mittebat, pollicens omnium quae eos offenderant in reliquum emendationem; se veterum iniuriarum memoriam sequentibus beneficiis, si vita comes foret, aboliturum nihilque deinceps circa rerum publicarum administrationem absque communi consulto acturum; postremo ultro se iure suo cedere eisque gubernandi disponendique pro suo arbitratu tocius regni ius potestatemque facere[4], dummodo equo animo paterentur sola regii nominis regiique cultus rata sibi manere in-

a) crud. host. *B* 1[b]. b) grasseretur *A* 1. c) pacacissimum *B* 1. d) despiciabile *A* 1. e) exstr. *B* 1. f) expiatur *B* 1[b]. g) l i b e r a e g e n t i s *A* 1. h) nā *B* 1[b]. i) profana *B* 2. k) implicata *B* 1[a]. l) vinceret *B* 1, *eadem manu corr.* iniceret *B* 1[a]. m) Oppenheym *B* 2. n) Reno *h. l.* *B* 1, 2; Rheni *A* 1; *sed cf. infra p.* 322, *l.* 30.

1) *En habes hoc loco ea, quibus Lamp. fratribus Hersfeldensibus persuadere conatus est, ut Heinrico rege relicto Rudolfo adhaererent, non quae principes Triburiae inter se collocuti sunt.* 2) *Cf. Horat. IV,* 15, 9 *sq.:* ordinem rectum evaganti frena licentiae iniecit. *Cf. supra p.* 135, *n.* 2. 3) *Cf. Berthold. et Ann. Yburg. l. l.; Ottenbur., SS. V, p.* 7. *Differt Bruno c.* 88. 4) *Inepta dicit Lamp.*

1076. Oct. (16—24).

signia, quae semel legittime[a] accepta[b] sine summa omnium eorum ignominia amittere non posset, nec sinerent regni Teutonici[c] splendorem, omnibus retro seculis intactum incontaminatumque, sua aetate tam turpis exempli macula sordescere. Quodsi verba sua difficilius admitterent, magnificis promissionibus totiens elusi[1], paratum se, quibus sacramentis, quibus vellent obsidibus, fidem facere, quod nulla unquam dies, nulla rerum vel casuum mutabilitas hanc suam in eos benivolentiam[d] corruptura foret. Ad haec illi[e]: 'Nulla', inquiunt, 'iam supersunt argumenta, quibus totiens re cognita[f] atque spectata fides eius probari ultra vel obligari valeat, cum totiens morum suorum emendationem coram oculis omnia cernentis Dei quam sancte pollicitus, omnia, quibus se obstrinxerat, vincula, ubi primum calamitas, quae ad presens urgebat[g], preteriit, tamquam aranearum telas ruperit[2] et semper se ipso deterior *cursum mali operis,* (Ier. 22, 17.) *sicut equus impetu vadens in prelium,* (ib. 8, 6.) effrenata libertate repetiverit. Neque nos precipiti temeritate ad haec extrema experienda prorupimus[h]. Omnes vias, omnia prius consilia pertemptavimus, si qua ratione rigidum obstinatumque in malis desperati hominis ingenium emolliri possit[3]. Sed inveteratus morbus atque imis penitus iam insidens visceribus nihil spei, nihil admittit remedii, omnem artem, omnem evincens industriam medicantium. Quin immo[i], dum levitati eius impensius morem gerere studemus et cunctis quae perperam molitur religionis obtentu muliebrem prebemus pacientiam, status rei publicae eversus est, tranquillitas aecclesiarum turbata, maiestas imperii ablata, auctoritas principum evacuata, mores inversi, leges abolitae, et secundum prophetae elogium *maledictum et mendacium et homicidium et furtum* (Osea 4, 2.) *et adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit;* postremo omnis[k] iusticiae et pietatis, religionis et honestatis disciplina situ atque incultu obsolevit. Haec[l] quidem, dum sola vitae temporalis detrimenta, dum solam famae et existimationis[m] labem minitarentur,

a) legitime *B* 1a. 2. b) *eadem manu superscr. B* 1b. c) Theutonici *h. l. B* 1. 2; Teuthon. *A* 1 *plerumque.* d) beneuol. *B* 2. e) nulla illi *B* 1a. f) recognita *A* 1. *B* 2; *cf. supra p.* 224, *l.* 15. g) urguebat *B* 1a. 2. h) prorumpimus *B* 2. i) imo *A* 1; ymmo *B* 1b. k) omnes (oms *B* 2) *B* 1b. 2. l) Nec *B* 2. m) existimatione *B* 2.

1) *Ira atque odio ad nimiam ineptiam Lamp. adductus est, ut haec regem loquentem induceret. Cf. supra p.* 155, *l.* 13. 2) *Cf. supra p.* 196, *n.* 2. 3) *Cf. supra p.* 246, *l.* 34.

1076. Oct. (16—24). tametsi viris[a] ferenda non essent, tulimus tamen, ne contra iusiurandum, quo tenebamur, precipitanter impudenterque venire videremur, et dum gloriae nostrae consulere conaremur, animae naufragium pateremur. Nunc vero, cum[b] ab aecclesiae corpore propter flagicia sua[1] apostolici anathematis mucrone precisus sit, cum ei communicare sine communionis ecclesiasticae damno et fidei iactura non possimus, cum fidem nostram, multis apud eum sacramentis implicitam, Romanus pontifex apostolica auctoritate explicuerit: extremae profecto dementiae esset[c] divinitus oblatam salutis occasionem non obviis, ut dici solet[2], manibus excipere, et quod iam diu[d] premeditatum sit, ut agatur, tam oportuno tempore non agere, cum leges humanae et ecclesiasticae sinant, cum locus et tempus arrideant, cum denique omnia, quae paci vel bello usui esse solent, conficiendae tantae rei favorem suum polliceantur[3]. Quapropter contemptis inanium argumentorum cuniculis, quibus denuo in cervices iugulosque[e] nostros viam gladio suo affectat, immobiliter animo fixum tenemus, ut absque ulla dilatione
cf. Act. 7, 40. virum nobis provideamus, qui precedat nos[f] et prelietur
1. Reg. 18, 17. bellum Domini ad expugnandam et destruendam omnem cuiuscumque hominis altitudinem elevantem et extol-
2. Cor. 10, 5. lentem se adversus iusticiam et veritatem Dei et sanctae Romanae aecclesiae auctoritatem'. In haec verba legatos regis dimiserunt.

Iterum alios atque alios misit, nullum supplicationis genus, quod impediendae *tantae rei proficuum putaretur, pretermittens. *p. 254 Sed illi in eadem sententia fixi obstinatique manebant. Iamque utraque ex parte ad magnum discrimen res spectare videbatur. Denique et hi[g] regem alium sibi protinus constituere et transmisso Rheno[h] fluvio — navigium enim omne episcopus Mogontinus[i] in eam ripam coegerat — proxima luce regi Heinrico arma inferre parabant; et ille, incisa spe dilationis impetrandae, suos, qui per proximas villas dispersi

a) iuris *B* 2. b) *om. B* 1[a]. c) est *B* 1. 2. d) iandiu *B* 2. e) iugilosque *A* 1. f) *om. B* 1[b]. g) hii *h. l. B* 1. 2. h) Reno *B* 2; Rheni *A* 1; *cf. p.* 278, *n.* n. i) moguntinus *B* 1[a].

1) *Principes melius sciverunt tres causas, quibus papa se commotum dixit, ut regem excommunicaret (Gregorii epist., Jaffé, Bibl. II, p.* 539*), quas etiam simplex Marianus Scottus, SS. V, p.* 561*, bene retulit.* 2) *Cf. supra p.* 75, *n.* 3. 3) *Ecce iterum habes sermonem Lamperti ad fratres Hersfeldenses, quo eis persuadere voluit, ut partem Heinrici regis desererent.*

erant, in unum coire[a] atque arma expedire iubebat[b], 1076. (c. Oct. 24). ut in ulteriorem ripam progressos confestim prelio adoriretur[1]. In hac tantarum expectatione rerum intentis sollicitisque omnibus, ecce primo diluculo sequentis diei, (c. Oct. 25). quae ultimam cladem rei publicae allatura timebatur, Suevi et Saxones legatos ad regem miserunt, qui ei dicerent[2]: tametsi nec in bello nec in pace ulla unquam ei iusticiae vel legum cura fuerit, se tamen legibus cum eo agere velle, et cum crimina, quae ei[c] obiciantur, omnibus constent luce clariora, se tamen rem integram Romani pontificis cognitioni reservare; acturos se cum eo, ut[d] in purificatione sanctae Mariae Augustam occurrat[3], ibique celeberrimo conventu habito principum tocius regni, discussis utrarumque partium allegationibus, ipse suo iudicio vel addicat vel absolvat accusatum; quodsi ante diem anniversarium excommunicationis suae, suo presertim vicio, excommunicatione non absolvatur, absque retractatione inperpetuum[e] causa ceciderit[4], nec legibus deinceps regnum repetere possit, quod legibus ultra administrare annuam passus excommunicationem non possit[5]; si oblatam[f] condicionem gratanter amplexetur et Romano pontifici per omnia subditum se dictoque obtemperantem fore polliceatur[6], hinc se experimentum capturos: omnes, quos ille excommunicavit, extemplo[g] a convictu

a) ire *B* 1[a]. b) iubeat *A* 1. c) ob. ei *corr.* ei ob. *B* 1[b]. d) *om.* *B* 1. 2. e) causa cec. inp. *corr.* inp. c. cec. *B* 1[b]. f) oblitam *A* 1. g) extimplo *B* 2.

1) *Haec omnia Lampertum pure commentum esse nemo non videt. Ineptissimam enim esse hanc narrationem ex ipsa patet, cum principes bellum parantes, ut regem aggrederentur, subito mentes mutavisse dicantur. Nec regi tantum exercitum affuisse, ut adversariis bellum inferre potuisset, constat, ut ex Bertholdi p.* 286. *et Brunonis c.* 88. *relationibus patet.* 2) *Quae de condicionibus pacti Lamp. refert omnino reicienda, nihil ei credendum esse nisi quae cum Bertholdo concordant bene ostendit J. Goll in 'Mitth. d. Inst. f. österr. Gesch.' II, p.* 391—399. *Quaedam recte animadvertit R. Goldschmit, 'Die Tage von Tribur und Canossa' (Mannheim* 1873*).* 3) *Ut papa Augustam veniret, post hoc pactum initum demum mense Nov. vel Dec. principibus nonnullis a papa petentibus statutum est, ut ex Bertholdi et Brunonis relationibus patet. Regi tantum impositum est, ut se excommunicatione absolvendum curaret, ad quod impetrandum ipse Romam ire voluit. Lamperto quidem aliquo modo assentitur Bonizo, Lib. I, p.* 609. *Sed Bertholdi narrationi optime concordat epistola Gregorii, Jaffé, Bibl. II, p.* 542 *sq., nr.* 17. 4) *Hoc non pacti condicione statutum esse, sed post pactum initum principes inter se iurasse Berthold. p.* 287, *Bruno c.* 88, *Bonizo p.* 610. *concordantes tradunt; unde Lamp. falsi coarguitur.* 5) *Cf. Gratian. II, C. XI, q.* 3, *c.* 36. 37. 6) *Haec fuit praecipua pacti condicio. Vide regis promissionem (ab ipso quidem, ut Bertholdus narrat, immutatam) et epistolam, Cod. Udalr. nr.* 52. 53, *Jaffé, Bibl. V, p.* 110 *sq.*

1076. (*c. Oct. 25*). contubernioque suo amoveat[1]. ipse in urbem Spirensium dimisso exercitu secedat[2], ibique solo Verdunensi[a] episcopo[3] paucisque ministris, quos tamen sententia principum ab hac excommunicatione integros incorruptosque probaverit, contentus privatam interim vitam agat, aecclesiam non ingrediens, nihil circa publica negocia suo iure disponens, nullam regii apparatus pompam, nulla regiae dignitatis insignia sibi[b] iuxta solitum adhibens usque ad sinodicam[c] causae suae examinationem[4]. Preterea civitatem Wormaciensem, quam expulso episcopo[5], dissipato caelestis miliciae sanctuario, arcem belli spelun-
Matth. 21, 13. camque latronum fecerat, abducto presidio, episcopo Wormaciensi restituat[6], datis insuper sacramentis et obsidibus, ne quid deinceps rebellionis vel insidiarum ab civibus timere debeat. Porro si quid horum prevaricetur, tum[d] se omni culpa, omni iurisiurandi religione, omni perfidiae infamia liberatos, non expectato ulterius Romani pontificis iudicio, quid rei publicae expediat, communi consilio visuros[7]. Rex, cuius omnis[e] spes omnesque[f] copiae in artum coactae fuerant, gratulatus admodum, quod aliqua, quantumvis feda condicione urgentem ad presens calamitatem declinasset, promptissime per omnia obedientiam pollicetur. Statimque Coloniensem episcopum[8], Babenbergensem episcopum[9], Strazburgensem[g] episcopum[10], Basilensem[h] episcopum[11], Spirensem[i] episcopum[12], Losannensem[k] episcopum[13], Citicensem episcopum[14], Osenbruggensem episcopum[15], Ůdalricum[l] de Cosheim, Eberhardum[16], Hartmannum caeterosque excommunicatos, quorum antehac opera consiliisque

a) Verdinensi *B* 1ª. b) *om. B* 1ᵇ. c) synod. *A* 1. *B* 1. d) tunc *B* 1ᵇ. e) omnes *A* 1. f) omnisque *B* 1ᵇ. 2. g) Strasburg. *B* 1ᵇ. *P.* h) Basiliensem *B* 1ᵇ. *P.* i) Spirensensem *B* 1ª. k) Iosannensem *A* 1. *B* 2; Los. ep. *om. B* 1ᵇ. l) Udalr. *A* 1.

1) *Haec fuit tertia condicio pacti.* 2) *Minime hoc pacto statutum est, ut Goldschmit l. l. p.* 29. *recte adnotavit.* 3) *Theoderico.* 4) *Haec partim commentus est Lamp., partim in invidiam regis in peius depravavit.* 5) *Adalberto; cf. supra p.* 169. 6) *Haec fuit prima condicio pacti, ut Berthold. et Bruno concordantes tradunt.* 7) *V. supra p.* 281, *n.* 2. 4. *Eadem fere supra p.* 180. *Lamp. commentus est. Cf. infra p.* 294, *n.* 4. 8) *Hildolfum.* 9) *Rupertum.* 10) *Werinherum II.* 11) *Burchardum.* 12) *Huzmannum. Hos tres, Strazburgensem, Basiliensem, Spirensem, episcopos in hoc ipso colloquio Oppenheimensi ab Altmanno episcopo Pataviensi, legato papae, in communionem receptos esse recte procul dubio tradit Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 286, *sed hoc post pactum a rege concessum fieri potuit.* 13) *Burchardum.* 14) *Epponem.* 15) *Bennonem II.* 16) *Cf. supra p.* 255, *n.* 4.

gratissime utebatur, omnes castris egredi iubet; missis 1076. (Oct. 26—31). quoque Wormaciam nunciis milites, quos illic presidii causa constituerat, abscedere urbemque episcopo patere precipit[a]. Dehinc caeteris[1], qui ad auxilia sibi ferenda frequentes convenerant, singulis in sua dimissis, ipse iuxta condictum cum paucis Spiram contendit, ibique intra[b] terminos et leges, quas principes prescripserant, aliquanto tempore mediocriter vitam moresque cohibebat.

(Nov.) Suevi et Saxones, postquam, deditis Wormaciensibus, statum civitatis episcopo[c] pacatissimum[d] reddiderunt, laeti ovantesque patriam repetebant, confestimque legatos Romam destinarunt, qui papam rei gestae ordinem edocerent enixeque flagitarent, ut sedandis per Gallias tantis bellorum civilium tempestatibus ipse statuta die suam non dedignaretur prestare presentiam. (Dec.) Rex etiam certo sciens omnem suam in eo verti salutem, si ante anniversariam diem excommunicatione ab- *p. 255. solveretur, nec satis tutum *suis rationibus existimans, ut expectato intra[e] Gallias Romani pontificis adventu, sic infesto iudici, sic obstinatis accusatoribus causam suam[f] addiceret ventilandam, optimum factu[g] sibi iudicavit pro eo tum statu rerum suarum, ut in Gallias proficiscenti Romano pontifici intra[e] Italiam occurreret et anathematis absolutionem quoquo posset modo impetrare conaretur; hac impetrata, caeteram rebus difficultatem facile adimendam, cum[h] colloqui principibus et conferre consilia et fidem amicorum in adversis implorare nulla deinceps vetaret religio. Paucis igitur ante natalem[i] Domini diebus Spirensi urbe discedens cum (c. Dec. 20). uxore et filio parvulo iter adgressus[k] est, nec quisquam ex omnibus Teutonicis vir ingenuus comitatus est regno excedentem preter unum et ipsum nec genere nec opibus conspicuum[2]. Cumque impensis tam longi itineris egeret multisque supplicaret, quibus incolumi re publica sepenumero profuerat, pauci admodum erant, qui vel veterum beneficiorum memoria vel presenti humanarum rerum spectaculo permoti necessitatem eius aliquatenus[l]

a) precepit *B* 1. 2. b) inter *B* 1. c) *om.* *B* 1b. d) pacacissimum *B* 1. e) inter *B* 1b. f) *om.* *B* 1. 2. g) facto *post corr.* factu *B* 2. h) eum *A* 1. i) *sic omnes h. l.* k) aggr. *B* 1. 2. l) aliquotenus *B* 1a.

1) *Inter hos caeteros, quos Lamp. inter excommunicatos recensere noluit, abbatem Hersfeldensem fuisse conicio. Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 198. 2) *Cf. infra p.* 285, *n.* 5.

1076. (Dec.) relevarent[1]. Eo miseriarum et calamitatis ex summa gloria summisque opibus repente pervenerat. Similiter quoque caeteri excommunicati obtinendae cicius absolutionis studio ardentissime iter[a] accelerabant in Italiam, nec tamen in societatem itineris regem admittere, principum vel pocius Romani pontificis metu absterriti, paciebantur.

Vis atque inclementia hyemis[b] hoc anno adeo iugis solitoque asperior inhorruerat, ut a festivitate sancti Nov. 11. Martini Rhenus[c] fluvius glaciali frigore constrictus pene 1077. Apr. 1. usque ad Kalendas Aprilis pedestri itinere[d] transmeabilis maneret, et plerisque in locis vineta, exsiccatis[e] frigore radicibus, omnino arescerent[2].

1076. MLXXVII.[f] Dux Polenorum[3], qui per multos iam annos regibus Teutonicis tributarius fuerat, cuiusque[g] regnum iam olim Teutonicorum[h] virtute subactum atque in provinciam redactum fuerat, repente in superbiam elatus, propterea quod principes Teutonicos[i] cerneret domesticis seditionibus occupatos nequaquam ad inferenda exteris[k] gentibus arma vacare, regiam dignitatem regiumque nomen sibi usurpavit, diadema[l] imposuit at- Dec. 25. que ipso die natalis Domini a XV episcopis[4] in regem 1077. est consecratus. Quae brevi post comperta principes Teutonicos[m], quibus rei publicae dignitas curae fuit, graviter affecere, sibique invicem succensebant[n], quod, dum intestinis in se atque in sua viscera odiis saevirent et digladiarentur, potentiam opesque barbarorum in tan-

a) tunc *B* 1[b]. b) hiemis *B* 1. 2 *h. l.* c) *sic omnes h. l.* d) itenere *B* 1[a]; itineri *B* 1[b]. 2. e) exiccatis *A* 1. f) *numerus loco vacuo rel. post suppl. B* 1[b]. g) cuius *B* 1[b]. h) Theuton. *h. l. B* 1; Teuthon. *A* 1 *plerumque.* i) Theuton. *h. l. B* 1. 2. k) ceteris *B* 1[a]. l) deadema *B* 2. m) *deest B* 1. 2; Teuthon. *h. l. etiam A* 1. n) successebant *A* 1.

1) *Vide quae ad hunc locum Floto II, p.* 123. *et Delbrück p.* 64. *adnotaverunt.* 2) *Multos habemus testes huius frigoris enormis: Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 287. 291; *Bernold., SS. V, p.* 433; *Sigeb., SS. VI, p.* 363 = *Ann. Leod., SS. IV, p.* 29; *Ann. Saxo, ib. p.* 711 = *Ann. Yburg., SS. XVI, p.* 437; *Ann. August. et Mosom., SS. III, p.* 129. 161; *Ann. Elnon. mai. et Blandin., SS. V, p.* 13. 26; *Ann. S. Col. Senon., SS. I, p.* 106; *Ann. S. Albani, SS. II, p.* 245 = *Chron. Sampetr. ed. Stübel p.* 10; *Bonizo, Lib. I, p.* 610; *Ann. S. Mich. Babenb., Leod., SS. IV, p.* 9. 29; *Hugo Flavin., SS. VIII, p.* 414; *Vita Theoderici Andagin. c.* 26, *SS. XII, p.* 52; *Donizo II,* 105 *sqq., SS. XII, p.* 382; *Ann. S. Iacobi Leod., SS. XVI, p.* 639; *Bald. Ninor., SS. XXV, p.* 524; *Beno, Gesta Rom. eccl. II,* 1, *Libelli II, p.* 374. 3) *Boleslaus II. Cf. Bernold., SS. V, p.* 433; *Ann. Cracov. vet., cap. Cracov., Pol. II. III, SS. XIX, p.* 578. 588. 622. 623. 4) *Error. Quinque tantum episcopatus tunc Polonia habebat.*

1077. tum aluissent, ut iam tercio dux Boemicus regnum Teutonicum[a] ferro et igne populabundus peragrasset, et nunc dux Polenorum[b] in ignominiam regni Teutonici[a] contra leges ac iura maiorum regium nomen regiumque diadema impudens affectasset.

1076. Dec. 25. Rex Heinricus in Italiam proficiscens, intra[c] Burgundiam in loco qui dicitur Bisenzun[d] natalem Domini celebravit[e, 1], satis magnifice pro sua tum[f] calamitate susceptus et habitus ab avunculo matris suae Willihelmo[g] comite, cuius in illis locis amplissimae et florentissimae opes erant. Ea porro causa erat, ut relicto recto itinere in Burgundiam diverteret, quod certo compererat duces Rudolfum, Welf[h] et Berhtoldum[i] omnes vias omnesque aditus, qui ad Italiam mittunt, quos vulgato nomine clusas vocant, appositis custodibus anticipasse, ut nulla illic ei copia transeundi fieret. Exacta solemnitate natalis Domini profectus inde, cum in locum (Dec. 27). qui Civis[k, 2] dicitur venisset, obviam habuit socrum suam[3] filiumque eius Amedeum nomine, quorum in illis regionibus et *auctoritas clarissima et possessiones amplissi- *p. 256. mae et nomen celeberrimum erat. Hi[l] venientem honorifice susceperunt. Transitum tamen per terminos suos alias ei concedere nolebant, nisi quinque Italiae episcopatus possessionibus suis contiguos eis redimendi[m] itineris precium traderet[4]. Durum hoc nimis atque intolerabile omnibus regis consiliariis visum est[5]. Sed

a) Theuton. *h. l.* *B* 1a. 2. b) polonorum *B* 1a *h. l.* c) inter *B* 1b. d) Bizensim *B* 2. e) celebra *B* 2. f) tamen *B* 1b. g) Wilhelmo *A* 1. h) Welff *B* 1b. c. i) Bertholdum *A* 1. *B* 1b; Bertold. *B* 1c. k) *sic* *A* 1; cuus (*aut* ciuis *B* 1a) *B* 1; cinis *B* 2. l) Hii *h. l.* *B* 1. 2. m) redimendis *B* 1b.

1) *Consentit Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 288. *Ubi etiam die Dec.* 26. *rex moratus est. Cf. St.* 2795*a*. 2) *Cum in editione priore contra librorum fidem hoc loco* Cinis *scriptum esset, nonnulli montem Cinisium, W. de Giesebrecht III, p.* 1147. *Chènes prope Genevam hunc locum esse coniectarunt (Villemain, 'Hist. de Grégoire VII.' II, p.* 102. *de Vevay cogitavit). Mihi persuasum est Lamp. nominis formam corrupisse (cf. supra p.* 68, *l.* 16. Civois *pro* Ivois*) et verisimillimum puto hunc locum fuisse Gex, tunc dictum Iais, inde Rodano fluvio prope Genevam transito, ut Berthold. retulit, regem Camberiacum profectum esse. Abinde vide itineris descriptionem in Ann. Stad., SS. XVI, p.* 337. 3) *Adalheidem, matrem reginae Berthae.* 4) *Optimo iure Floto II, p.* 123. *hoc ineptum commentum reiecit.* 5) *Unde repentini hi consiliarii omnes regis? Ut miserum statum regis miseriamque itineris depingeret, supra dixit Lamp. unum tantum virum ingenuum eum comitatum esse. Aut igitur supra mentitus est, aut tacuit multos in itinere ad regem confluxisse, sane patet eum fraudis sibi conscium fuisse.*

1077. (Ian.) cum ei inevitabilis incumberet necessitas quoquo[a] posset pacto redimendi itineris, et illi nec iure propinquitatis nec tantae calamitatis miseratione quicquam[b] moverentur, multo labore et tempore in hac deliberatione insumpto, vix et aegre tandem impetratum est, ut provintiam quandam Burgundiae, bonis omnibus locupletissimam, concedendi transitus mercedem dignarentur[c] accipere[1]. Ita indignatio Domini[d] non solum sacramentis et frequentibus beneficiis sibi obnoxios, sed etiam amicos et genere propinquos ab eo averterat. Difficulter assecuto transeundi licentiam protinus alia successit difficultas. Hyemps[e] erat asperrima, et montes, per quos transitus erat, in inmensum porrecti et pene nubibus cacumen ingerentes ita mole nivium et glaciali frigore obriguerant, ut per lubricum precipitemque decessum[f] nec equitis nec peditis gressum sine periculo admitterent. Sed dies anniversarius, quo rex in excommunicationem devenerat, e vicino imminens[g] nullas accelerandi itineris[h] moras patiebatur, quia, nisi ante eam diem anathemate absolveretur, decretum noverat communi principum sententia, ut et causa in perpetuum[i] cecidisset, et regnum sine ullo deinceps restitutionis remedio amisisset. Igitur quosdam ex indigenis[k] locorum peritos et preruptis Alpium iugis assuetos mercede conduxit, qui comitatum eius per abruptum montem[l] et moles nivium[m] precederent et subsequentibus quaqua possent arte itineris asperitatem levigarent. His ductoribus cum in verticem montis[2] magna cum difficultate evasissent, nulla ulterius progrediendi copia erat, eo quod preceps montis latus et, ut dictum est, glaciali frigore lubricum omnem penitus decessum negare videretur[3]. Ibi viri periculum omne viribus evincere conantes, nunc manibus et pedibus reptando, nunc ductorum suorum humeris innitendo, interdum quoque titubante

a) quoque *B* 1b. b) quitquam *B* 2. c) dignarenter *B* 1b. d) deū *B* 1b. e) Hiemps *B* 1b; Hiems *B* 1a. f) descessum *B* 1, s *eraso corr. et iterum eadem manu superscr.* decessum *B* 1b, *et sic omnes infra l.* 31, *ut non licere appareat* descensum *emendare.* g) *om.* *B* 1. 2. h) *om.* *B* 1b. i) imperp. *B* 2. k) idigenis *A* 1. l) montes *B* 2. m) ĩuiñ *B* 2.

1) *Iterum oblitus est Lamp. quod supra p.* 282. *commentus est, regem pacto promisisse nihil se circa negotia publica usque ad synodicam examinationem dispositurum esse.* 2) *Cinisii.* 3) *Livium XXI,* 35, *quo Hannibalis Alpium transitus describitur, hoc loco imitatum esse Lampertum Rockrohr, 'Forschungen' XXV, p.* 574. *mihi non persuasit, cum nihil fere cum Livii verbis conveniat.*

per lubricum gressu cadendo et longius volutando, vix 1077. tandem aliquando cum gravi salutis suae periculo ad (Ian.) campestria pervenerunt. Reginam et alias, quae in obsequio eius erant, mulieres boum coriis impositas duces itineris conductu preeuntes deorsum trahebant. Equorum alios per machinas quasdam summittebant, alios colligatis pedibus trahebant, ex quibus multi, dum traherentur, mortui, plures debilitati, pauci admodum integri incolumesque periculum evadere potuerunt.

Postquam per Italiam fama percrebruit venisse regem et superatis asperrimis rupibus iam intra[a] Italiae fines[b] consistere[1], certatim ad eum omnes Italiae episcopi et comites confluebant, eumque, ut regia magnificentia dignum erat, summo cum honore suscipiebant, atque intra[c] paucos dies[d] infinitae multitudinis ad eum congregatus est exercitus. Erant enim iam ab exordio regni eius semper desiderantes adventum eius in Italiam, eo quod regnum illud bellis, sedicionibus et latrociniis ac variis privatorum infestationibus assidue infestaretur, et omnia quae preter leges et iura maiorum ab improbis hominibus presumebantur regiae auctoritatis censura corrigi sperarent. Preterea, quia fama vulgaverat ad deponendum papam ferocibus eum animis properare[d], admodum gratulabantur oblatam sibi occasionem esse, qua in eum, qui se iam pridem ab ecclesiastica communione suspenderat, iniuriam suam idonee vindicarent.

Interea papa rogatus per litteras a principibus 1076. Teutonicis[e], qui in Oppenheim convenerant, ut in purificatione sanctae Mariae ad discuciendam causam regis Augustae occurreret, invitis Romanis principibus et propter incertum rei eventum iter[f] illud dissuadentibus[g], Roma egressus est[2], et quantum poterat profectio- (Dec.)
*p. 257. nem accelerans[3], statuto die *presto esse satagebat, ducatum ei prebente Mathilda derelicta ducis Lutheringorum[h] Gozelonis, filia Bonifacii marchionis et Beatricis

a) inter *B* 1b. b) fines — Italiae *om.* *B* 1. 2. c) inter *B* 1b. 2. d) *om.* *B* 1b. e) Theuton. *B* 2. f) tunc *B* 2. g) disuad. *A* 1. *B* 1a. h) Luttering. *h. l.* *B* 1. 2.

1) *Qui per episcopatum Taurinensem Ticinum profectus est; Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 288. 2) *Cf. Gregorii epist. coll. nr.* 17. 18. 20, *Reg. IV*, 12, *Jaffé, Bibl. II, p.* 542 *sqq.* 256 *sq., qui confirmat quod Lamp. dicit, se contra consilium Romanorum iter suscepisse et a Mathilda comitissa exceptum esse.* 3) *Cf. Gregorii epist. coll.* 17, *l. l. p.* 543: statuimus . . . ita profectionem nostram maturare; *quam epistolam Lampertus legisse posset.*

comitissae. Haec vivente adhuc viro suo quandam viduitatis speciem longissimis ab eo spaciis exclusa pretendebat, cum nec ipsa maritum in Lutheringiam[a] extra natale solum sequi vellet, et ille ducatus, quem in Lutheringia[b] administrabat, negociis implicitus vix[c] post tercium vel quartum annum semel marcham Italicam in-
1076. viseret. Post cuius mortem[1] Romani pontificis lateri[d] pene comes individua adherebat eumque miro colebat affectu. Cumque magna pars Italiae eius pareret imperio, et omnibus quae prima mortales ducunt supra caeteros terrae illius principes abundaret[e], ubicumque opera eius papa indiguisset, ocius[f] aderat et tamquam patri vel domino sedulum exhibebat[g] officium. Unde nec evadere potuit incesti amoris suspicionem[2], passim iactantibus regis fautoribus et precipue clericis, quibus illicita et contra scita canonum contracta coniugia[h] prohibebat, quod die ac nocte impudenter papa in[i] eius volutaretur amplexibus, et illa furtivis papae amoribus preoccupata post amissum coniugem ultra[k] secundas contrahere nuptias detractaret[l, 3]. Sed apud omnes[m] sanum aliquid sapientes luce clarius constabat falsa esse quae dicebantur. Nam et papa tam eximie tamque[n] apostolice[o] vitam instituebat, ut nec minimam sinistri rumoris maculam conversationis eius sublimitas admitteret, et illa in urbe celeberrima atque in tanta obsequentium frequentia obscenum aliquid perpetrans latere nequaquam potuisset. Signa etiam et prodigia, quae per orationes papae frequentius fiebant[4], et zelus eius ferventissimus pro Deo et pro ecclesiasticis legibus satis eum contra venenatas detractorum linguas communie-
1077. *(Ian.)* bant. Igitur papa, dum in Gallias properaret, ex insperato[p] audiens regem iam esse intra[q] Italiam, hortante Mathilda in castellum quoddam munitissimum, quod Canusium[r] dicitur, divertit, expectare volens, donec consilium adventus eius diligentius exploraret, utrum scilicet veniam admissi postulare an iniuriam excommuni-

a) *sic h. l.* *A* 1. *B* 2; Luttering. *B* 1a; lutering. *B* 1b. b) *sic h. l.* *A* 1. *B* 1b. 2; Luttering. *B* 1a. c) post uix *B* 2. d) latere *B* 1b. e) habund. *B* 2. f) cicius *B* 1a. g) exibebat *B* 2. h) cōgia *B* 1a. i) papā eius *B* 1b. k) *om.* *B* 1a. l) *sic* *B* 1a; detrectaret *A* 1. *B* 1b. 2; *cf. supra p.* 271, *n.* f. m) os *B* 2. n) tāquam *B* 1b. o) *om.* *B* 1. 2. p) inspirato *B* 1b. q) inter *B* 1b. r) camisium *B* 1b.

1) *Qui a.* 1076, *Febr.* 26. *occisus erat; supra p.* 255 *sq.* 2) *Eadem verba vide supra p.* 79, *l.* 23 *sq.* 3) *Cf. epist. episcoporum Teutonicorum, Cod. Udalr. nr.* 48, *Jaffé, Bibl. V, p.* 105 *sq.* 4) *Cf. Paul. Bernried. c.* 22.

cationis suae militari manu persequi plenus animorum [1077. (Ian.)] adveniret[a, 1].

Diedericus episcopus Verdunensis, vir constantissimae erga regem fidei, dum regem in Italiam proficiscentem paulo post insequi vellet, captus est ab Adalberdo[b] comite de castello quod dicitur[c] Calewo et spoliatus[d] omnibus, quas studiosissime convexerat, tam longi itineris impensis. A quo diu habitus in custodia, tandem dato, quodcumque exigebatur, redemptionis suae precio, addito etiam iureiurando, quod iniuriae huius nec spiritualem nec corporalem vindictam aliquando expeteret, liber abire dimissus est. Rŭtbertus[e] quoque Babenbergensis episcopus, dum in Italiam pergens per [1076.] Baioariam iter ageret, captus est ab[f] Welf duce Baioariorum; qui, sublatis omnibus quae illius fuerant peculiaria, vestes pontificales et caeterum ecclesiasticum ornatum, quem in thesauris eius repperit[g], aecclesiae Babenbergensi cum omni integritate reconsignavit, ipsum vero in castello munitissimo a natale[h] Domini usque ad festi- [Dec. 25.] vitatem sancti Bartholomei[i] apostoli sub diligenti custo- [1077. Aug. 24.] dia tenuit, nec ullis amicorum eius precibus aut muneribus, ut dimitteret, evinci potuit[2]. Caeteri episcopi[3] [1077. Ian.] et laici, quos papa excommunicaverat, quosque rex huius rei gratia a latere suo extrema necessitate compulsus amoverat, elusis custodibus, qui clusas obsidebant, in Italiam illesi pervenerunt, repertoque papa in Canusio, veniam presumptae rebellionis, atque ut excommunicatione absolverentur, nudis pedibus et laneis ad carnem [p. 258.] induti suppliciter postulabant. Ille *his, qui veraciter peccatum suum agnoscerent et deflerent, non esse aiebat[k] misericordiam denegandam, sed longam inobedientiam et diu incretam peccati rubiginem diuturnioris

a) veniret *corr.* adven. *B* 1b. b) *sic B* 1a; Adalberto *B* 2; Adelberto *A* 1; Adalbero *B* 1b. c) *om. B* 1; Cal. dic. *B* 2. d) spoliat²(ur) *B* 1a. e) Rubertus *A* 1. f) a *B* 1. — Welff *B* 1b. g) reperit *B* 1a. h) *sic omnes.* i) Bartol. *A* 1. k) ait *B* 1b.

1) *Cf. Bonizo l. VIII, Libelli I, p.* 610; *Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 288; *Vita Anselmi c.* 16, *SS. XII, p.* 18; *Bruno c.* 89. *Minus bene Donizo l. II,* 66—75, *SS. XII, p.* 381. *haec narravit.* 2) *Cf. Cod. Udalr. nr.* 54. 55, *Jaffé, Bibl. V, p.* 112—114. 3) *Pibo Tullensis et Huzmannus Spirensis a.* 1076. *ex. iam Romam profecti ad poenitentiam faciendam coacti, Canusii Liemarus Bremensis, Werinherus Strasburgensis, Burchardus Lausannensis, Burchardus Basileensis, Eppo Citicensis incarcerati sunt, Embrico Augustanus inde non absolutus recessit, ut Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 287. 290. *narrat. Cf. supra p.* 282, *n.* 12; *infra p.* 301.

1077. (Ian.) penitentiae igne exuri et excoqui oportere. Quapropter, si eos revera facti peniteret, equo animo paterentur, quodcumque sanandis vulneribus eorum adhiberet ecclesiasticae correptionis cauterium, ne ex facilitate indulgentiae culpa, quae adversus sedem apostolicam atrox et vehemens presumpta fuisset, vel parva vel nulla videretur. Illis paratos se profitentibus ad omnia quae imposuisset sufferenda, episcopos omnes a se invicem separatos precepit singulis cellis solitarios includi, nec ullum cum aliquo habere colloquium, ad vesperam autem cibi et potus mediocri mensura refici. Laicis quoque pro aetatis et[a] virium consideratione congruentem singulis penitentiam indixit. Ita per aliquot dies examinatos tandem ad se vocavit et leniter pro admissis obiurgatos et, ne deinceps simile quid admitterent, commonitos[b] excommunicatione absolvit, abeuntibusque id ante omnia repetens iterum iterumque[c] precepit, ne regi[d] Heinrico, donec sedi[e] apostolicae post factam iniuriam satisfecisset, aliquatenus communicarent aut ei ad evertendum statum rei publicae turbandamque pacem ecclesiasticam in aliquo operam suam accommodarent[f]; ad hoc tamen omnibus indifferenter eius permisso colloquio, ut ad peni- *Ier.* 22, 17. tentiam provocaretur et a cursu mali operis, quo preceps rapi videbatur, retraheretur.

Interea rex Heinricus Mathildam comitissam ad colloquium evocavit eamque precibus ac promissionibus oneratam ad papam transmisit et cum ea socrum suam filiumque eius, Azzonem etiam marchionem[1] et abbatem Cloniacensem[2] et alios nonnullos ex primis Italiae principibus, quorum auctoritatem magni apud eum momenti esse non ambigebat, obsecrans, ut excommunicatione absolveretur, nec principibus Teutonicis[g], qui ad accusandum eum stimulo invidiae magis quam zelo iusticiae exarsissent, temere fides haberetur. Quorum papa legatione audita ait incongruum valde esse et ab ecclesiasticis legibus omnino alienum, ut absentibus accusatoribus causa accusati ventilaretur[h]; quin immo, si innocentiae suae confideret, omni timoris scrupulo liberatus

a) vel *A* 1. b) commmunicatos *B* 1. 2. c) atque iterum *B* 1[b]. d) rege *A* 1. e) sibi *B* 1. 2. f) accomod. *A* 1. g) Theuton. *B* 2. h) uentilarētur *A* 1.

1) *Estensem.* 2) *Hugonem, qui Heinricum regem de sacro fonte levaat. Cf. Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 289; *Donizo II,* 1, *v.* 80 *sqq.,* *XII, p.* 381; *Arnulf. Mediol. V,* 8, *SS. VIII, p.* 30.

1077. (Ian.)

statuto die in Augustam, quo caeteri principes convenire statuissent, fiducialiter occurreret; se illic, discussis utrarumque partium allegationibus, nec odio nec gratia ab iure ad iniuriam devolvendum, sed[a] iuxta leges ecclesiasticas quam rectissimam possit de singulis sententiam laturum esse. Ad haec illi responderunt regem illius nusquam terrarum subterfugere iudicium, quem sciat equitatis et innocentiae incorruptissimum vindicem et advocatum fore, sed e vicino iam urgere diem anniversarium, quo excommunicatus fuisset, et principes regni hac expectatione suspensos attentosque anxię[b] rei eventum prestolari, ut, si ante hanc[c] diem excommunicatione non absolvatur, deinceps iuxta palatinas leges indignus regio honore habeatur nec ultra pro asserenda innocentia sua audientiam mereatur[1]; proinde obnixius petere et hoc omni, quo papa iubeat, satisfactionis genere paratum emereri, ut solo interim anathemate absolvatur et communionis ecclesiasticae gratiam recipiat[2], responsurus ex integro, quacumque[d] die, quocumque loco papa precipiat, tamquam nihil hac conventione actum sit, omnibus, quae accusatores eius obiecissent, criminibus et iuxta sententiam eius regnum vel retenturus, si obiecta purgasset, vel equo animo, si causa cecidisset, amissurus[3]. Diu papa restitit, veritus in rege iuvenilis animi inconstantiam et proclive, quocumque assentatores impulissent, ingenium. Sed superatus tandem importunitate perurgentium et gravitate sententiarum[4]: 'Si veraciter', inquit, 'eum facti penitet, coronam et caetera regni insignia in argumentum verae et ex

a) se *B* 2. b) anxiae *A* 1; *cf. Vita Lulli c.* 7 *(infra p.* 318, *l.* 26*)*. c) hac *B* 1[a]. d) quocumque *B* 1[a].

1) *Cf. supra p.* 281. 2) *Lampertus legit epistolam Gregorii, Reg. IV,* 12, *ubi:* per omnia se satisfacturum Deo et sancto Petro ac nobis obtulit ...., dummodo apud nos absolutionis et apostolicae benedictionis gratiam impetrare mereretur. Quod cum diu multis consultationibus differentes, acriter eum de suis excessibus per omnes qui intercurrebant nunciis redargueremus. *Ea tantum huius longae narrationis de tractatibus habitis vera sunt, quae cum his verbis Gregorii conveniunt, reliqua suo more commentus est Lamp.* 3) *Haec* (responsurus — amissurus) *regem obtulisse ex verbis Gregorii Reg. IV,* 12. *infra p.* 293, *n.* 3. *laudatis et textu securitatum a rege datarum (Reg. IV,* 12a*) commentus est.* 4) *Gregorius dixit in epistola laudata* tanta omnium qui ibi aderant supplicatione devictum *se, ut regem excommunicatione absolveret, non ut regem advenire permitteret. Quae verba Lamp. ex arbitrio transposuit, ut sequentia commenta componeret.*

1077. (Ian.) animo actae penitudinis nostrae potestati dedat et se post tam contumax admissum regio nomine et honore deinceps indignum profiteatur'. Durum nimis hoc visum est legatis. Cumque[a] vehementer insisterent, ut senten- *Is. 42, 3.* tiam temperaret nec calamum conquassatum iudicii austeritate penitus contereret, vix et aegre tandem exoratus annuit[1], ut comminus[b] veniret, et si veram pro admissis penitudinem gereret, culpam, quam sedi apostolicae contumeliam irrogando contraxerat, sedis apostolicae decretis *(Ian. 25?)* nunc obediendo[c] *expiaret. Venit ille, ut iussum fuerat, et cum castellum illud triplici muro septum esset, intra[d] *p. 259. secundum murorum ambitum receptus, foris derelicto omni comitatu suo[2], deposito cultu regio[3], nihil preferens regium, nihil ostentans pompaticum, nudis pedibus ieiunus[4] a mane usque ad vesperam perstabat Romani *(Ian. 26?)* pontificis sententiam prestolando. Hoc secundo, hoc *(Ian. 27. 28?)* tercio[e] die fecit. Quarto demum die[5] in conspectum eius admissus, post multas hinc inde dictas sententias[6]

a) Cunque *h. l. omnes.* b) cominus *A* 1. c) obidiendo *B* 1b. d) inter *B* 1b. e) III° *B* 2.

1) *Immo, recte procul dubio Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 289. *scribit:* rex . . . ad castelli portam praeceps et adhuc inopinatus et absque responso apostolico eiusque verbo invitatorio praecipitanter . . . . accessit. *Ubi ex voce* adhuc *patet de regis adventu iam tractatum fuisse. Quae narratio cum Gregorii epistola IV,* 12. *melius convenit. Cf. Floto II, p.* 129. 2) *Hoc falsum est. Rex cum comitatu suo ante portam castelli stetit; Gregorii Reg. IV,* 12; *Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 289. *Non inconsulto Lamp. dixit comitatum regis extra castrum remansisse. Cf. infra p.* 297, *n.* 1. *Versu Vergili Aen. VI,* 549 (triplici circumdata muro) *motum esse Lamp., ut castellum Canusinum triplici muro septum diceret, coniecit Pannenborg, 'Lambert v. H. d. Verf.' p.* 49. *Etiam Ovid., Fasti III,* 801. *habet:* Hunc triplici muro . . . incluserat. 3) *Haec sunt verba Gregorii, Reg. IV,* 12: deposito omne regio cultu, miserabiliter utpote discalciatus et laneis indutus. 4) ieiunus — vesperam *est commentum Lamperti.* 5) *Hoc falsum aut saltem dubium est. Tertia die, postquam Canusium advenit, eum absolutum esse dicit Vita Anselmi c.* 16, *SS. XII, p.* 18, *idemque Donizo II,* 86. *et Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 289. (usque in tertium diem foris . . . hospitabatur) *indicare videntur, verba Gregorii, Reg. IV,* 12. per triduum ante portam castri . . . persistens *pro neutro faciunt, a quibus pendent omnes reliqui, qui hac de re retulerunt. Cum etiam Lamp. hanc epistolam legerit, quae ipse dixit sic verba Gregorii interpretatus scripsisse videtur. Nec dies, quo papa et rex convenerint, ultra omnem dubitationem constat, cum quidem securitatibus regis (Reg. IV,* 12a*) subterscriptum sit* Actum . . . V. Kal. Febr., *sed Donizo II,* 107. *die VII. Kal. Febr. (Ian.* 26*) regem ad papam admissum esse dicat.* 6) *Inania blaterat Lamp., harum rerum ignarus. Cf. supra p.* 180, *l.* 13. 238, *l.* 5. *Quomodo hae res actae sint, narrat Donizo II,* 87—103, *SS. XII, p.* 381 *sq., harum rerum optimus testis Canusinus.*

his postremo condicionibus excommunicatione absolutus est, ut die et loco, quemcumque papa designasset[a], evocatis ad generale concilium Teutonicis[b] principibus presto esset et accusationibus, quae intenderentur, responderet, ipso papa, si ita expedire videretur, cognitore causarum assidente, et ad eius sententiam vel retineret regnum, si obiecta purgasset, vel equo animo amitteret, si probatis criminibus[1] regio deinceps honore indignus iuxta ecclesiasticas leges decerneretur; nullam, sive retento sive amisso regno, huius iniuriae vindictam a quopiam hominum in perpetuum exacturus[2]. Usque ad eam autem[c] diem, qua causa eius legitime discussa terminaretur, nulla regii cultus ornamenta, nulla regiae dignitatis insignia sibi adhiberet, nihil circa rerum publicarum administrationem iuxta consuetudinem suo iure ageret, nihil, quod ratum fore oporteat, decerneret; postremo preter regalium serviciorum exactionem, quibus necessario ipse et sui sustentandi essent, nihil regium, nihil publicum usurparet[3]; omnes etiam, qui ei sub iureiurando fidem dixissent, ab huius sacramenti vinculo et conservandae erga eum fidei debito apud Deum et

1077. (Ian. 28?)

a) assignasset *B* 1b. b) Theuton. *B* 2. c) diem autem *corr.* a. d. *B* 2.

1) *De criminibus obiectis regem et in conventu principum et coram papa purgare se debuisse Lamp. iam ter, supra p.* 162. 281. 291. *consulto commentus est.* 2) *Consulto ac cogitate adulteravit et in peius vertit Lamp.* securitates, *quas rex papae scriptas dedit, Gregorii Reg. IV,* 12a *(LL. II,* 1, *p.* 50*), quas Lamp. cum praecedente epistola legisse videtur.* 3) *Haec* (Usque — usurparet) *non vera sunt, sed quaedam eorum a parte Rudolfina inventa, nam similia habet Bruno c.* 90 *(cf. Ann. Yburg., SS. XVI, p.* 436. *ex Lamp.?). Id quod papa callide Teutonicis scripsit ep. coll.* 20, *l. l. p.* 545: de cetero nichil secum statuentes, nisi quod ad cautelam et honorem omnium vestrum fore putavimus, *et Reg. IV,* 12: Hoc enim dilectionem vestram indubitanter scire volumus, quoniam, sicut in descriptis securitatibus (*Reg. IV,* 12a) cognoscere potestis, ita adhuc totius negocii causa suspensa est, *pars Rudolfina ita interpretata est, ut regem non in regnum restitutum esse diceret (epist. principum ad papam, Bruno c.* 108*; Vita Anselmi c.* 16, *SS. XII, p.* 18*; Bernold., SS. V, p.* 433*; Paulus Bernried., Vita Greg. c.* 85*). Quod rebus mutatis Gregorius, cum iterum regem excommunicaret, a.* 1080. *ipse dixit (Reg. VII,* 14a, *l. l. p.* 402: non tamen in regno, a quo eum in Romana synodo deposueram, instauravi). *Inde ea effecta sunt quae Bruno et Lamp. habent, hic vero suis commentis auxit et depravavit. Quae Liber de unit. eccl. I,* 6, *Libelli II, p.* 192. *hac de re habet ex Lamperti Ann. sumpta esse patet. Eadem fere iam regem ipsum papae obtulisse Lamp. supra p.* 291, *l.* 19—24, *et eadem fere iam supra p.* 282. *in pacto Oppenheimensi statuta esse commentus est.*

1077. (Ian. 28?). apud homines interim liberi expeditique manerent[1]; Růtbertum[a] Babenbergensem episcopum et Ůdalricum[b] de Cosheim et caeteros, quorum consiliis se remque publicam prodidisset, a sua in perpetuum[c] familiaritate amoveret[2]. Quodsi, purgatis quae obicerentur, potens cf. 2. Par. 1,1. confortatusque in regno perstitisset, subditus Romano pontifici semper dictoque obtemperans foret[3] et ad corrigenda, quaecumque in regno eius contra ecclesiasticas leges prava consuetudine inolevissent, consentiens ei et pro virili portione cooperator existeret. Ad ultimum, si quid horum prevaricaretur, irritam fore hanc, quae nunc[d] tantopere expetita sit, anathematis absolutionem, quin immo iam pro convicto confessoque habendum esse[e], nec ultra pro asserenda innocentia sua audientiam impetraturum, principesque regni omni deinceps questione, cuncta iurisiurandi religione liberatos regem alium, in quem communis electio consensisset, creaturos[f] esse[4]. Gratanter rex accepit condiciones[5] et servaturum se omnia quam sanctissimis[g] poterat assertionibus promittebat. Nec tamen promittenti temere fides habita est. Sed abbas Cloniacensis, quoniam[h] iurare monasticae religionis optentu[i] detractabat[k], fidem suam coram oculis omnia cernentis Dei interposuit. Episcopus quoque Citicensis et episcopus Vercellensis[6] et Azzo marchio et alii

a) Rutbertum *A* 1. b) Udalr. *A* 1. *B* 1[a]. c) imperp. *B* 2. d) tunc *B* 1. 2. e) esset *B* 1[a]. f) creaturus *B* 2. g) sanctissimus *B* 2. h) quomodo *B* 1[b]. i) obt. *A* 1. *B* 1[b]. 2. k) detrectabat *B* 1[b]. 2.

1) *Hanc condicionem anathematis solvendi* (omnes — manerent) *Lamp. commentus est. Gregorius demum in secunda excommunicatione regis a.* 1080, *Reg. VII,* 14a, *l. l. p.* 402. *cautius dixit:* nec fidelitatem omnium qui sibi iuraverant . . ., a qua omnes absolvi, . . . ut sibi servaretur, praecepi. 2) *Verum est regem monitum esse, ut ab excommunicatis, inprimis ab episcopis Langobardis se abstineret, (Berthold. [Ann. S. Blasii] p.* 290*; Bruno c.* 90*; Bonizo l. VIII, l. l. p.* 610*), ut hos duos* in perpetuum *a familiaritate amoveret, Lamp. commentus est, ostendens hos ipsi maximo odio fuisse. Episcopus Babenbergis tunc etiam captus erat; cf. supra p.* 289. 3) *Eadem verba vide supra p.* 281, *l.* 22. 4) *Haec* (Ad ultimum — esse) *omnium commentorum Lamperti gravissimum est, quod invenit, ut ostenderet Heinricum regem iure meritoque depositum, Rudolfum iusta ratione electum esse. Atque eadem ratione motus similem condicionem in pactis Gerstungensi et Oppenheimensi statutam esse ementitus est supra p.* 180. 282. *Multo saniora Bruno c.* 90. *de eadem re dixit.* 5) Securitates *supra compluries laudatas; Gregorii Reg. IV,* 12a. 6) *Gregorius. Hos duos episcopos nominat etiam Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 289. *Gregorius papa, Reg. IV,* 12. *scripsit:* Quarum *(securitatum)* etiam confirmationem per manus abbatis Cluniacensis et filiarum nostrarum Mathildis et Ade-

conventionis eius principes, allatis sanctorum reliquiis, 1077. (Ian. 28?). sub iureiurando confirmaverunt facturum eum esse quae pollicebatur nec aliqua rerum asperitate vel casuum varie succedentium mutabilitate ab sententia[a] deducendum [1].

Ita absoluto eo excommunicatione, papa missarum solemnia celebravit, confectaque sacra oblatione, regem cum caetera, quae frequens aderat, multitudine ad altare evocavit, preferensque manu corpus dominicum [2]: 'Ego', inquit, 'iam[b] pridem a te tuisque fautoribus litteras accepi, quibus me insimulabas sedem apostolicam per simoniacam[c] heresim occupasse et aliis quibusdam tam ante episcopatum quam post acceptum episcopatum criminibus vitam maculasse, quae mihi secundum scita canonum omnem ad sacros ordines accessum obstruxerint [3]. Et licet multorum idoneorum certe testium astipulatione crimen refellere queam, eorum scilicet, qui omnem vitae meae ab ineunte aetate institucionem integerrime noverunt, et eorum qui meae ad episcopatum promotionis auctores fuerunt, ego tamen, ne humano pocius quam divino niti videar testimonio, ut satisfactionis compendio omnem omnibus scandali scrupulum de medio auferam[d]: ecce corpus dominicum, quod sumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentiae meae, ut omnipotens Deus suo *me hodie iudicio
*p. 260. vel absolvat obiecti criminis suspicione, si innocens sum, vel subitanea interimat[e] morte, si reus'. Haec et alia, ut solemne est [4], prefatus verba terribilia, quibus Deum causae suae equissimum iudicem et innocentiae assertorem adesse precabatur, partem dominici corporis accepit

a) mut. absentiūa *B* 2. b) *eadem manu superscr. B* 1b. c) symon. *A* 1. *B* 1a. d) aufferam *B* 2. e) interminat *A* 1; interveniat *B* 1b.

laiae *(cf. Vit. Anselmi c.* 16. *l. l.; Donizo II,* 89—105*)* et aliorum principum, episcoporum et laicorum, qui nobis ad hoc utiles visi fuerunt, recepimus. *Et in clausula securitatum legitur:* Item ex parte regis interfuerunt Bremensis archiepiscopus et episcopi Vercellensis et Osnabrugensis et abbas Cluniacensis et multi nobiles viri. 1) *Regem* confessionem in presentia Hildebrandi *protulisse dicit Beno, Gesta Rom. eccl. II,* 1, *Libelli II, p.* 374. 2) *Regino a.* 869: Finita . . missarum sollempnia, invitat summus pontifex eundem regem ad mensam Christi acceptoque in manibus corpore et sanguine Domini ita eum alloquitur. 3) *Lamp. dicit epistolam episcoporum datam in synodo Wormatiensi, supra p.* 254, *n.* 2. *laudatam. Cf. p.* 253 *sq.* 4) ut solemne est *scripsit Lamp. recordatus precationum sollempnium in iudiciis Dei dictarum. Cf. LL. Sect. V, Form. p.* 604 *sqq., ubi saepe invenis haec verba:* si innocens . . . si culpabilis atque reus.

1077. (Ian. 28). et comedit[a]. Qua liberrime absumpta[b], cum populus in laudes Dei, innocentiae eius congratulatus, aliquamdiu acclamasset[1], tandem impetrato silentio, conversus ad regem: 'Fac ergo', inquit, 'fili, si placet, quod me facere vidisti. Principes Teutonici[c] regni suis in dies accusationibus aures nostras optundunt[d], magnam tibi molem capitalium criminum impingentes, pro quibus non modo ab omni rerum publicarum administratione, sed ab ecclesiastica etiam communione et ab omnimoda vitae secularis conversatione usque ad extremum spiritum te suspendi oportere existimant[2]. Petunt[e] etiam magnopere diem et locum statui audientiamque prestari canonice discutiendis, quas adversum te afferant, accusationibus. Et nosti optime humana plerumque vacillare iudicia et in publicis disceptationibus nonnunquam falsa pro veris persuaderi, dum pro disertorum[f] hominum ingeniis[g] et dicendi copia et suavitate falsitas verborum phaleris adornata libenter auditur, et veritas nullis eloquentiae nixa adminiculis contemnitur. Cum ergo tibi bene consultum cupiam, pro eo quod in calamitatibus tuis supplex apostolicae sedis patrocinium expetisti, fac quod moneo. Si te innocentem nosti et existimationem tuam ab emulis tuis per calumniam falsis criminationibus[h] impeti, libera compendiose et aecclesiam Dei scandalo et te ipsum longae concertationis ambiguo, et sume hanc residuam partem dominici corporis, ut comprobata Rom. 3, 19. Ps. 62, 12. Deo teste innocentia tua obstruatur omne os adversum te iniqua[i] garrientium, et me deinceps causae tuae advocato et innocentiae tuae vehementissimo assertore, principes tibi reconcilientur, regnum[k] restituatur, omnes, quibus iam diu res publica vexatur, bellorum civilium tempestates in perpetuum[l] sopiantur'. Ad haec ille inopinata re attonitus estuare, tergiversari, consilia cum suis familiaribus segregatus a multitudine conferre et, quid facto opus esset, qualiter tam horrendi examinis necessitatem evaderet, trepidus consulere. Resumpto demum spiritu causari apud papam cepit de absentia

a) commedit *A* 1. *B* 1b. b) assumpta *B* 1b. c) Theuton. *B* 2. d) obtund. *A* 1. *B* 1b. 2. e) Petiuit *B* 1b. f) desideriorum *B* 1b; discretorum, *m.* 1. *corr.* disertorum *B* 2. g) in genus *B* 1b. h) perpeti *add., sed del.* *B* 1b. i) inique *B* 1a. k) tibi *add.* *B* 1b. l) imperp. *B* 1b. 2.

1) *Populum in capella S. Nicolai castri Canusini, ubi haec acta fuissent, si vera essent, non affuisse omnibus patet. Vides iam, quam optime comperta Lamp. narraverit.* 2) *Cf. supra p.* 162, *l.* 17—26.

principum[1], qui sibi in adversis fidem adhuc integram servassent, quibus[a] inconsultis, et potissimum absentibus accusatoribus, irritam fore nec quicquam virium apud incredulos habituram esse, quamcumque pro experienda innocentia sua satisfactionem paucis qui aderant proposuisset. Proinde sedulo papam orare, ut rem integram generali concilio communique audientiae differret, ut ibi congregatis accusatoribus et secundum leges ecclesiasticas discussis tam accusationibus quam accusatorum personis, condicionibus, quascumque principes regni equas iudicassent, obiecta refelleret[2]. Haud[b] gravate papa[c] petenti adquievit, expletoque sacro ministerio, regem ad prandium vocavit[3], benignissimeque refectum et de 1077. *(Ian. 28).*

a) q. inc. et pot. *om. B* 1[b]. b) Haut *B* 1[b]. c) pet. papa, *litteris* b. a *superscriptis corr.* papa pet. *B* 1[b].

1) *Praeter eos, quos ipse Lamp. supra p.* 294. *nominavit, affuisse constat multos principes regi fidelissimos, archiepiscopum Bremensem, episcopos Osnabrugensem, Argentinum, Lausannensem, Basiliensem, Augustanum (Berthold. p.* 291*), quod Lamp. non ignoravit (infra p.* 301*). Sed consulto ac cogitate supra p.* 289 *sq. et infra de his ita retulit, acsi regem in Italia demum post conventum Canusinum vidissent, ut hoc ementiri posset. Aliis etiam locis regem absentiam principum causatum postulata detrectasse commentus est. Cf. supra p.* 182, *l.* 1. 229, *l.* 34. 2) *Constat regem hostia accepta cum papa communicasse, cum Donizo II,* 114, *Bonizo l. l., inimici regis et optimi huius rei testes, hoc disertis verbis dicant, quibus assentitur Liber de unit. eccl. Hersfeldensis I,* 6, *Libelli II, p.* 191. *In parte Rudolfina quidem falso narratum esse videtur quod Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 290. *refert, regem se indignum eucharistia dixisse et incommunicatum digressum esse, quae fabula exorta videtur ex iis quae Bonizo de verbis papae in communione regi dictis tradit, nisi tantum ab iis qui Lamperti annales legerant ea in monasterium S. Blasii allata est, quod fieri potuit. Nam bene notandum est Brunonem de hostia data nihil dixisse, nihil mali igitur hac de re in regem dicere potuisse, neque alium multorum auctorum regi infestorum nec Gregorium papam hanc fabulam commemorasse, quod procul dubio factum esset, si quid veri in ea fuisset. Patet igitur sive ex rumore illo in Ann. S. Blasii relato sive potius proprio motu Lampertum hanc longam et uberrimam narrationem commentum esse, imitatum Reginonis Chron. a.* 869, *qui Adrianum papam Lothario regi hostiam ad tentandam innocentiam eius dedisse tradit, cuius etiam verba:* Si innoxium te recognoscis *supra p.* 296, *l.* 22. *fere transscripsit. Cf. supra p.* 295, *n.* 2. *En iam habes hunc auctorem tam mendacissimum quam nequissimum, qui talia ementitus sit, ut fratribus Hersfeldensibus persuaderet regem se ipsum coram papa magnorum criminum reum recognovisse. Inter innumeros, qui hac de re scripserunt, Döllinger, 'Kirchengesch.' II,* 1 *p.* 131, *n.* 2. *et Hefele, 'Conciliengesch.' V, p.* 89 *sqq. bene monuerunt Gregorium non, ut Lamp. narrat, agere potuisse, qui rem inter regem et principes diiudicandam sibi reservasset.* 3) *Assentiuntur Donizo II,* 115; *Bonizo l. l.; Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 290; *Liber de unit. eccl. I,* 6.

1077. (Ian.) omnibus quae eum observare oporteret diligenter instructum cum pace ad suos, qui longius extra castellum remanserant [1], dimisit [2]. Epponem quoque Citicensem episcopum premisit ante eum [3], ut eos, qui ei excommunicato, priusquam anathemate absolveretur, indifferenter communicaverant, vice sua excommunicatione absolveret, benigne precavens, ne quam denuo receptae communionis maculam contraheret.

(Febr.) Qui dum venisset et causam, pro qua missus fuerat, Italis exposuisset, vehemens in eum ira et indignatio coorta [a] est. Fremere omnes et saevire verbis ac manibus ceperunt, apostolicae legationi irrisoriis exclamationibus obstrepere, convicia et maledicta, utcumque turpissima furor suggessisset, irrogare [4]: se excommunicationem illius nihili estimare, quem ipsum omnes Italiae episcopi iustis ex causis iam pridem excommunicassent, qui sedem apostolicam per symoniacam [b] heresim occupasset, homicidiis cruentasset, adulteriis aliisque capitalibus criminibus polluisset; regem secus ac deceat egisse crimenque gloriae suae [c] intulisse nunquam abolendum, quod homini heretico et probris omnibus infamato maiestatem regiam summiserit [d], et quem iusticiae patronum legumque ecclesiasticarum vindicem sibi parassent, is [e] fedissima subiectione sua fidem plane catholicam, auctoritatem aecclesiae, dignitatem rei publicae prodiderit; se in ultionem eius *omnes quas potue- *p. 261. rint papae iniurias irrogasse, et nunc, quod dictu quoque turpe sit, se in mediis perturbationum [f] fluctibus relictis, ipsum sibi consuluisse et cum [g] hoste publico privata necessitudine in gratiam redisse. Haec potissimum principes Italiae iactando et passim per populum serendo ingens regi odium brevi conflaverant. Adulta [h] postremo sedicione, una omnium voluntas, una sententia erat, ut abdicato patre, qui ultro regni fascibus indignum se effecisset, filium eius, licet impubem adhuc et regni

a) exorta *B* 1[b]. b) *sic omnes h. l.* c) *eadem manu superscr. B* 1[b]. d) submiserit *B* 1[a]. e) in *B* 1[a]. f) perturturbacionum *B* 1[b]. g) eum *B* 1[b]. h) Adulto *B* 1[b].

1) *Minime. Cf. supra p.* 292, *n.* 2. *et p.* 297, *n.* 1. 2) *Rex Canusio Regium profectus est; Donizo II,* 116 *sq.* 3) *Epponem potius regis legatum quam a papa ad Lombardos missum esse crediderim. Certe hic non missus erat, ut episcopos Lombardos excommunicatione absolveret, ut Giesebrecht III, p.* 1152. *adnotavit, si quid veri huic narrationi inest.* 4) *Cf. Gregorii epist. coll. nr.* 20, *l. l. p.* 545 *sq.; Bruno c.* 90.

negociis inmaturum, regem sibi facerent[1] et cum eo[a] Romam profecti papam alium eligerent, per quem et ipse protinus imperator consecraretur, et omnia papae huius apostatici gesta cassarentur[b]. 1077. (Febr.)

Perlato ad regem tam molestae conspirationis nuncio, misit propere quicquid apud se principum erat[c], ut quaqua ratione, quaqua possent industria efferatae multitudinis animos mitigarent; ne moleste acciperent aut in contumeliam suam factum reputarent, quod extrema necessitate compulsus communis commodi ratione fecisset; nec Teutonicis[d] principibus, qui sibi per calumniam regnum eripere dedita opera machinarentur, nec Romano pontifici, qui ad evertendum statum sanctae aecclesiae spirituali gladio circumquaque fulguraret[e], aliter satisfieri potuisse[f], quam ut ante statutam diem excommunicatione absolveretur; nunc se omnibus angustiis, quibus vias eius conclusissent inimici, liberatum omnem deinceps curam industriamque ad vindicandas suas et illorum iniurias translaturum[2]. Vix tandem compresso pocius quam extincto concitati tumultus incendio, plerique ex principibus castris[g] se per iram subtrahentes, iniussi in sua rediere. Caeteri dissimulata interim iracundia redeuntem regem pacifice exceperunt, sed neque[a] consuetam ei reverentiam[h] deferebant, neque tam sumptuosa, ut prius, utque regiam magnificentiam decuerat, servicia ei exhibebant, sed aversis oculis, infestis mentibus passim per omnes angulos de levitate et ineptia eius mussitabant[i] socordiamque accusabant[k], quod tam diu expectatus, tam anxie desideratus periclitantis Italiae calamitatibus nihil postremo spei, nihil presidii attulisset. Cumque Italiam peragraret, ut his qui oppressi fuerant calumniamve paciebantur regio more iusta faceret, nec in civitates eum recipiebant, nec cum faculis et faustis acclamationibus, ut prioribus regibus consueverant, obviam ei procedebant, sed foris in suburbanis locis castris positis commorari iubebatur[l],

a) *om.* *B* 1b. b) cessarentur *B* 2. c) erāt *post corr.* erat *B* 2. d) Theuton. *B* 2. e) fulgaret *B* 1b. f) potuisset, t *post del.* *B* 2. g) crastris *B* 1a. h) non *add.* *B* 1b. i) musit. *B* 2. k) incusabant *B* 1b. l) videbatur *B* 1b.

1) *Nemo praeter Lampertum haec retulit, et huic in tali re nulla danda est fides.* 2) *Lamp. male gnarus rerum in Italia gestarum, ignorans etiam, ubi rex moratus sit, suo more eo plura verba effudit, quo minus de rebus gestis compertum habebat.*

1077. (Febr.) et illuc ei alimenta, quibus exercitus sustentaretur, et ipsa modica et vix necessitatem pocius quam regalium epularum solitum splendorem copiamve explentia, ne manifestae defectionis immature argui possent, ministrabant, apposito singulis in locis presidio, ut predas forte de agris vel villis agere volentes armata manu coercerentur.

Territus rex insolita rerum facie seroque penitens, quod incognitae gentis inexpertae prius fidei temere se credidisset et Teutonicis[a] finibus excedendo hostem mutasset, non evasisset, gravi sollicitudine et metu perurgebatur, nec ullum usquam effugium inveniebat, nisi in reconciliandis forte, si qua ratione posset, quos offenderat, Italorum animis. Ratus itaque[b] huius rei unicum hoc esse presidium, ut initum cum Romano[c] pontifice fedus abrumperet et inde reparandae concordiae inicium faceret, unde fuerat orta discordia, Ůdalricum[d] de Cosheim[1] et caeteros, quos ille severissimo anathemate a contubernio eius amoverat, in pristinum gratiae et familiaritatis suae gradum revocavit et cum eis denuo de privatis, de publicis negociis eadem[e], qua consueverat, singularitate ac privilegio consilia conferebat. Tum assidue in conventu principum criminabatur et detrahebat Romano[c] pontifici, quod ipse omnem hunc, qui rem publicam concussisset, ventum turbinis et commotionis saevissimae procellam suis machinationibus concitasset[f], ipse omnium, quae in aecclesia Dei[g] recenti memoria secus accidissent, auctor incentorque extitisset; hortabaturque omnes in commune, ut suo ductu suisque auspiciis tantarum ab eo iniuriarum vindictam expeterent. Dein[h] condiciones omnes et universa ecclesiasticarum legum vincula, quibus ille eum[i] apostolica auctoritate in salutem obstrinxerat, contemptim tamquam aranearum telas dirupit[2], abiectisque omnibus timoris Dei habenis, in omne quod animus suggessisset effrenata libertate ferebatur[3]. His paulatim rebus Italorum

a) Theuton. *B* 2. b) Ratusque *corr.* Ratus itaque *B* 1b. c) rhomano *B* 1b, *ut alter librarius semper fere etiam in Ann. S. Petri Erphesf. huius codicis scripsit.* d) Udalr. *A* 1. *B* 1. e) eamdē *B* 1b. f) concitassent *B* 1b. g) omni *A* 1. h) Deinde *B* 1b. i) cum *A* 1.

1) *Cf. supra p.* 294, *n.* 2. 2) *Cf. supra p.* 196, *n.* 2. 3) *Odio ac furore Lamperti suggestum est hoc dictum. Non quae re vera tunc gesta sunt, quae male comperta habuit sed talia exposuit Lamp., ut ostenderet regem, cum iusiurandum Canusii datum non servavisset, iure regnum amisisse. Cf. supra p.* 140, *l.* 22. 239, *l.* 1. 246, *l.* 28. 258, *l.* 3. 271, *l.* 7.

indignatio mitigari, furor deflagrare, studia denuo in 1077. (Febr.)
*p. 262. eum *incalescere ceperunt, ita ut frequentior in[a] dies ad eum multitudo conflueret, sumptus exercitui copiosiores ministrarent et ad omne quod iussisset promptissime iam manus operamque suam pollicerentur. Erant tunc temporis apud eum ex Teutonicis[b] principibus[c] Liemarus Premensis archiepiscopus, Eppo Citicensis episcopus[d], Benno Osenbruggensis[e] episcopus, Burchardus Losannensis[f] episcopus, Burchardus Basilensis[g] episcopus; laici Udalricus[h], Eberhardus, Berhtoldus[i, 1] et alii pene omnes, quos in Oppenheim legati apostolicae sedis a[k] contubernio eius propter excommunicationem segregaverant; qui nunc post receptam communionem, cum[l] eum quoque aecclesiae reconciliatum comperissent[2], unanimiter ad eum confluxerunt et ei deinceps peregrinationis eius individui comites adherebant.

Interea Mogontinus[m], Werceburgensis[n] et Mettensis[o] episcopi, Růdolfus[p], Welf, Berhtoldus[q] duces et alii plerique ex principibus Teutonicis convenientes[3] tractare de utilitatibus rei publicae statuerunt, ut principes Saxoniae et omnes, quibuscumque res publica curae foret, III. Idus Marcii in Forecheim[r] occurrerent et communi consilio, quid facto opus esset, decernerent, presertim cum per absentiam regis tranquillis rebus tempus oportunum deliberationibus ac consultationibus nacti fuissent. Romano quoque pontifici scripserunt, ut, quoniam in purificatione sanctae Mariae Augustam iuxta Febr. 2. condictum dolo regis preventus occurrere non potuerat, saltem in Forecheim[r] statuta die presto esse satageret et sedandis bellorum civilium tempestatibus, quibus iam diu periclitaretur res publica, apostolici moderaminis gubernaculum adhiberet[4]. Adhuc ille in Canusio et

a) ad eum in dies *B* 1[b]. b) Theuton. *B* 2. c) principio *A* 1. d) *om.* *B* 1. 2. e) Osenbrugg. *B* 2. f) Iosaunensis *B* 2. g) Basiliensis *A* 1. *B* 1[b]. h) Udalr. *A* 1. *B* 1[b]. 2. i) Berntoldus *B* 1[a]; Bertholdus *A* 1. *B* 1[c]. k) ac *B* 2. l) eum cum *A* 1. m) Moguntinus *B* 1[a]. 2. n) *sic h. l.* *A* 1. *B* 1; Wirceburg. *B* 2. o) Metensis *B* 1[a]. p) Rudolfus *A* 1. *B* 1[b]. 2. q) Bertholdus *B* 1[b]; Berdolfus *A* 1; et alii *add. (mox iterum)* *B* 1. 2. r) Forcheim *A* 1.

1) *Frater Liutpoldi de Mersburg a.* 1071. *mortui. Cf. Bruno c.* 81; *diploma regis St.* 2744. 2) *Cf. supra p.* 297, *n.* 1. 3) *Ulmae* post natalem Domini *Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 291, *qui paucos principes tunc convenisse recte procul dubio dicit; cf. p.* 257, *l.* 26. *Cf. Paul. Bernried. c.* 88. 4) *Idem referunt Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 291. *et Paulus Bernried. c.* 88, *qui c.* 89. *significat legatos principum die Febr.* 28. *a papa remissos esse. Legatos principum Canusii affuisse, cum de rege absolvendo ibi tractaretur, tradit Liber de unit. eccl. I,* 6, *Libelli II, p.* 191.

1077. (Febr.) aliis circa firmissimis munitionibus[1] se continebat, dispositum habens non prius Romam[a] regredi, quam confecto itinere, quod instituerat, si Deo propicio conatum sequeretur effectus, pacem aecclesiae Dei reddidisset. Igitur acceptis litteris, tametsi iam pridem frequens ad eum fama detulisset regem mutata mente hostiles adversum se spiritus[b] gerere et contemptis condicionibus, quibus excommunicatione absolutus fuerat, animo fixum tenere, ut leges ecclesiasticas manu militari debellaret, (Mart. 1). misit tamen unum ex cardinalibus episcopis Romanae aecclesiae Gregorium nomine[2] et alios, quos ei negocio idoneos arbitrabatur, qui ei dicerent tempus esse, ut promissa compleret; conventuros in Forecheim[c] III. Idus Marcii principes Teutonici[d] regni ad componendum, si Deus votis annuat, statum rei publicae; veniret ergo, ut pollicitus sit, et crimina, quibus innocens, ut ipse asserat, a[e] calumniatoribus suis impetitus sit, se cognitore et iudice presidente responderet[f], multum rebus suis salutique et apud Deum[g] et apud homines collaturus, si aecclesiam scandalis, rem publicam bellis civilibus, se ipsum fedissimae existimationis macula liberaret, presertim cum ea die discussis sinodice[h], quae adversum eum[i] afferantur, causis, vel recepturus esset regnum vel sine omni deinceps retractatione amissurus[3]. Legatis mandata perferentibus ille, dissimulatis mediocriter his quae animo agitabat, respondit se post acceptum regnum hac primum vice[k] Italiam intrasse et ideo multis nunc et magnis rei publicae negociis implicitum non posse tam cito infectis rebus provincia excedere, quia, si id faciat, Italos, quos longo tempore anxia adventus sui expectatione suspendisset, gravissime[l] offendat. Preterea[m] diem conventui habendo statutum e vicino imminere, seque tam brevibus induciis tanta terrarum spacia nulla equorum celeritate posse transcurrere, etiamsi nul-

a) rhomam *B* 1[a] *manu* 2. *semper fere; cf. supra p.* 300, *n.* c. b) spēs (species) *B* 1[a]. c) Forcheim *A* 1. *B* 2 *h. l.* d) Theuton. *B* 2. e) et *B* 1. 2. f) *sic omnes, ut Lamp. negligentius scripsisse videtur. Sententia integra foret, si supplevisses* purgaturus *ante* resp. g) et apud Deum *om. B* 1. 2. h) syn. *A* 1. *B* 1[a]. 2. i) ea *B* 2. k) iu *add., sed del. B* 1[b]. l) grauisse *B* 1[b]. m) Pretere *B* 1[b].

1) *Carpineti et Bibianelli et Bondeni.* 2) *Qui non cardinalis episcopus, sed diaconus fuit; cf. Paul. Bernried. c.* 89. 3) *Haec omnia et sequentia Lamp. commentus est. Non ut rex ad conventum Forchheimensem iret, papa postulavit, sed ut ipsi securitatem faceret,* ut papae transitum ad partes Teutonicas concederet. *Quod rex non concessisse dicitur. Cf. Paul. Bernried. c.* 89. 90.

lis extrinsecus retardetur[a] impedimentis. In haec verba legatos dimisit. 1077. (Mart. in.)

Papa certior iam factus de immutatione animi eius
*p. 263. et caeteris rebus, quas ad eum *iam pridem fama detulerat, misit protinus Bernhardum[b] abbatem de Massilia, virum eximiae conversationis et multarum in Christo virtutum, item alium Bernhardum[b] cardinalem diaconum sanctae Romanae aecclesiae[1], ut principibus Teutonici[c] regni, qui, ut supra dictum est, III. Idus Marcii[d] Mart. 13.
Forecheim conventuri erant, occurrerent eosque per ordinem ea quae gesta[e] erant edocerent; se iuxta placitum dedita opera enisum fuisse, ut die et loco statuto communibus sanctae aecclesiae utilitatibus tractandis presto esset, sed[f] domni[g] Heinrici diligentia ita circumventum, ita omnes, per quas transitus esse potuisset, itinerum angustias preoccupatas, ut nec tuto in Germaniam progredi nec tuto Romam regredi valeat[2]. Proinde monere eos, ut suis interim rebus et regno Francorum, quod diu iam unius hominis puerili levitate vexetur, quaqua possint ratione moderentur[3], donec, si Deus velit, adempta itineris difficultate, ipse venire et collatis in medium consiliis, quid utilitati, quid honestati omnium, quid paci ecclesiasticae expediat, secundum ecclesiasticas leges decernere possit[h].

Nos more inertis poetae extremo iam in opere languescentes ingentisque materiae mole superati[4] in lon-

a) retardaretur *B* 1[b]. b) Bernardum *A* 1. c) Theuton. *B* 2. d) in *add. B* 1[a]. e) sunt *add., sed del. B* 1[a]. f) se *B* 1[a]. g) domini *A* 1. *B* 1[a]. h) etc *add. B* 1[b].

1) *Hi prius in Germaniam missi sunt, quam Gregorius antea memoratus ad regem proficisceretur. Cf. Paul. Bernried. c.* 88. 89; *Giesebrecht III, p.* 1153. 2) *In epistola ad praedictos legatos Reg. IV,* 23. *data a.* 1077. *Maii* 31. *dicit Gregorius minime se a rege impeditum esse, quominus in Germaniam proficisceretur, sed proficisci nequivisse.* 3) *Nec talia papam principibus mandasse ex eius epistolis Reg. IV,* 23. 24. *VIII,* 51. *patet, quibus Lamp. quidem indicare voluit concessam esse principibus licentiam alterius eligendi regis. Vide quae Berthold. (Ann. S. Blasii) p.* 292. *de iis quae a legatis dictis in conventu Forchheimensi acta sint optime et verissime exponit et Paul. Bernried. c.* 88. *Qui quidem legati magis quam papa voluit electionem Rudolfi promovisse videntur (Bruno c.* 91*). Sane intelligis hoc loco, qua astutia haec Lamp. composuerit, qua malitia omnia in odium regis converterit.* 4) *Ut B. Simson monuit 'N. Archiv' II, p.* 449 *sq., Lamp. haec verba sumpsit ex Sulp. Severi Vitae Martini c.* 26: Sed iam finem liber postulat,

gum satis, ut videtur, protracto volumini hic tandem finem imponimus, ut, si cui forte post nos ad describendam[a] reliquam partem huius historiae[b] manum mittere libuerit, ab electione Růdolfi[c] regis congruum scribendi exordium faciat.

a) describendum *B* 1[a]; scribendum *B* 1[b]. b) hystorie *B* 2. c) Rudolfi *A* 1. *B* 1[b].

. . . . sed quia nos ut inertes poetae extremo in opere neclegentes, victi materiae mole succumbimus. *Cf. clausulam epist. II. eiusdem:* Mihi tamen haec fuit ratio sermonem istum longius proferendi; *Dial. II, c.* 14: cogebat hucusque protractum finire sermonem.

VITA LULLI

ARCHIEPISCOPI MOGONTIACENSIS

AUCT. LAMPERTO.

1, 135. INCIPIT[a] VITA SANCTI[b] LULLI EPISCOPI[c].

f. 21. 1.[d] Lullus aput Anglos Saxones haut obscuro, ut[e]
fertur, loco[f] editus est[1], genere nobilis, fide tamen longe
futurus nobilior. Operante siquidem in eo Spiritus sancti
gratia, cum lacte carnis lac sugebat divinê caritatis iam-
que in tenero lactentis[g] infantiae trunco pulcherrimos
p. 136. quosdam bonae indolis flores *preferebat[h]. Nequaquam
enim pro consuetudine huius aetatis nugis ac[i] lasciviae
animum induxit[k], sed[l] statim ab tenero, ut aiunt[2],
ungue totum se festivae spei tyro miliciae Christi de-
vovit. Denique cum septimum aetatis annum attigisset[m],
in monasterium se contulit[3] ibique multos[n] annos cunctis
ornatus virtutibus exegit. Erat ei affluens sanctarum
scripturarum scientia, qua nequaquam abutebatur in *cf. Esth. 16, 2. Iob 24, 23.*
superbiam, sed verba vertens in opera, scientiam quae
inflat caritate quae aedificat[o] temperabat, et quo litteris *cf. 1. Cor. 8, 1.*
instructior, eô in bonis operibus erat frequentior. Corpus

a) *inscriptionem habent* 1[a.b], 2[a.b]; Inc. *om.* 1[a.b]; Vita Lulli episcopi *manu saec. XIV. scripta* 1. b) beati 2[a]. c) archiepiscopi 1[a], 2[b]; sancte Mogontiacensis ecclesie *add.* 2[b]. d) *numeri capitum desunt in omnibus codd.* e) ut fertur *om.* 2[a]. f) ed. est loco 1[a.b]. g) lactantis 2[a]. h) *cod.* 1 *ubique fere* p, *bis vero* pre *habet.* i) aut 2[a]. k) a d d i x i t 2[a.b], *quod Lamp. in exemplari 2 scripsisse videtur.* l) *cod.* 1 *ubique* ß. m) *superscr.* 1. n) a. m. 1[b]. o) edificabat 2[a].

1) *Quod quidem se nescivisse Lamp. ipse profitetur; satis tamen probabile est cum ex ipsa vita Lulli, tum quia Cineheardus episcopus Wintoniensis se eius cognatum dixerit, Bonif. epist. nr.* 114, *Epist. III, p.* 402. *Ex Anglis Saxonibus ortum esse Lullum auctor in Othloni Vita S. Bonif. I, c.* 25 *(Jaffé, Bibl. III, p.* 490*) legit. Reliqua capitis* 1. *omnia commenta sunt.* 2) *Scil. Horatius, Carm. III,* 6, 24; *cf. supra p.* 277, *n.* 4. *et locum Inst. Herveld. citatum a P. Langio in Chron. Citiz., Pistorius-Struve, SS. I, p.* 1129 *(infra p.* 350*).* 3) *Quod auctor non scivisse, sed coniecisse videtur. Revera autem Lullum puerum in monasterio educatum esse testatur epistola, quam ignotus monachus ad eum dedit, Epist. Bonif. nr.* 135, *Epist. III, p.* 421: ad memoriam reducas antiquam amicitiam nostram, qui inter nos habuimus in Maldubia civitate *(Malmesbury)*, quando Eaba abbas in amabile caritate nutrivit te. Et hoc signum recordor, quod pro nomine vocavit te Lytel *(Parvum).*

suum quottidianis pene ieiuniis in servitutem redigebat[1] atque, ut naturalem carnis fervorem restringeret[a], nihil[b] pensi habebat, quibus erumnis exteriorem hominem afficeret. Sermo eius sapientiae[c] sale conditus erat, semperque in dicendo miram[d] mansuetudinem atque humilitatem redolebat[e]. Loquens enim ex abundantia cordis sui vas Spiritus sancti aliud non poterat eructare quam quo plenum erat mel caritatis et oleum laeticiae spiritualis. Sola haec ei[f] esse solebat[g] inter fratres sermonis materia, quam incerta et brevis aevi sit vita mortalium[2], quam cito emarcescant flores secularis gloriae; felicem fore et omni laude predicandam antiquorum patrum memoriam, qui vitae carnalis[h] spurcicias immaculato calle transisissent, qui, triumphato hoste antiquo, tranquilla iam[i] pace et Dei fruerentur contubernio; hos imitandos fore, ad horum consortia animo suspirandum, conversatione currendum, summis viribus enitendum esse. Huiusmodi verbis quottidie et se, ne circa propositum languesceret, incitabat et fratribus suis non modicum[k] divini amoris fomitem ministrabat.

cf. Matth. 12, 34.

2. Eodem tempore in Gallia Mogontiacensem archiepiscopatum administrabat vir[l] probatae per omnia fidei et magnarum in Christo virtutum *Bonifacius[m], qui ex hisdem[n] Brittanniae[o] partibus propter Deum peregre profectus fuerat[p] et predictum virum consanguinitatis linea proxime attingebat[3]. Hic[4] regimen pontificale ingressus[q] repperit per totam pene Galliam[5] in aliis quidem locis plurimas pristinae gentilitatis feces resedisse,

*f. 2r

a) restingueret 1b; restingeret *corr.* restingueret 2b; extingueret 2a. b) l *abscisum* 1. c) *om.* 2b. d) mira mansuetudine a. humilitate 2a. e) *sic* 2a. b, *quod Lamp. in exemplari 2 correxisse patet;* reddebat 1. 1a. b. f) esse ei 2a. g) *sic* 1a. b. 2a. b; inter fr. sol. 1, *ubi litterae ordinem mutandum esse indicantes non apparent.* h) *om.* 2a. i) i. p. et D. *in loco raso* 1. k) suis inmodicum 2a. l) prout 2b. m) bonifatius 2b *semper,* 2a *hoc loco, infra semper fere* Bonefatius, *semel* Bonefacius. n) eisdem 2a. o) Hibernię, *superscr.* brittannię 1 (*et ita* 1a. b), *quod manus saec. XV. superlinens mutavit in* brittannicis; britannie 2a. b; *ed. Lovan. h. l. et infra p.* 309, *n.* b *priorem lectionem* Hiberniae, Hiberniam *exhibet.* p) erat 1a. b. q) *superscr.* 1.

1) *Cf. idem supra p.* 243, *l.* 23. *de Annone.* 2) *Cf. Sallust. Iug. c.* 1: queritur de natura sua genus humanum, quod imbecilla atque aevi brevis; *Horat. Sat. II,* 6, 97: Vive memor, quam sis aevi brevis. 3) *Huius consanguinitatis nullum antiquius testimonium habemus. Et huic nulla fides. Nota praesertim ne in epitaphio quidem Lulli, infra p.* 355, *ubi:* Post sibi me iunxit doctor Bonifacius almus, *eum consanguineum Bonifatii dictum esse.* 4) *Sequentia usque ad finem cap.* 2. *ex Othloni V. S. Bonif. I, c.* 22. 23. 25. *(Willib. c.* 4*) et Ruodolfi Vita S. Leobae c.* 9, *a Lamp. vero aucta exornataque.* 5) *Eadem vis atque in Lamperti Annalibus huic voci etiam in hoc opere inest.*

in aliis vero fidei calorem superabundante iniquitate ad *Matth.* 24, 12. purum refrixisse. In inmensum ergo cernens messem excrevisse[a] dominicam, tempora vero illa magnam pati *ib.* 9, 37. operariorum penuriam, remisit in Brittanniam[b] et[c] multos, quorum spectatam habebat fidem, et exuperans[d] tam facundiae quam scientiae spiritualis flumen exinde in opus evangelii evocavit. Nonnullas etiam feminas ascivit ad instituendam in Galliis castitatis ac pudicitiae scolam. Quarum pleraeque ab utero matris se propter regna caelorum castraverant sub professione virginitatis[e], pleraeque thorum coniugalem[f] expertae, secundam post virginitatis naufragium tabulam, viduitatem amplectebantur[g]. Inter has êrat et[h] matertera beati Lulli, virilis admodum[i] animi et masculae virtutis femina, nomine Cunihilt[k] cum filia sua[1], quae, excepto virginitatis privilegio, scientia quoque et morum gravitate matrem equabat. Quae in Turingia [in[l]] monasteriis feminarum prelatae vitam magnis virtutibus claram exegerunt multosque adprime in seculo florentes tam viros quam feminas ad emulationem instituti sui[m] excitaverunt.

3. Igitur postquam[n] celebris per Brittanniam[b] rumor percrebuit[o] de feliciter rebus[p] gestis beati Bonifacii, sancto Lullo adhuc in monasterio constituto, cum[q] iam diaconus esset ordinatus[2], nobilis *quedam[r] flamma *p. 137.* exarsit in pectore, ut viro Dei tam necessaria occupatione perfuncto opem ferret nec in tanto necessitatis articulo castris Dei se subtraheret. Indignum scilicet nec racionibus suis satis honestum fore arbitrabatur, ut peregrinationem hanc difficilem et arduam duceret[s],

a) dom. excr. 2^{a}. b) h i b e r n i a m, *superscr.* brittanniam 1, *et ita* $1^{a.b}$. $2^{a.b}$ (britann. 1^{a}. $2^{a.b}$; *infra l.* 22. brittann. 1^{b}. 2^{b}). c) *om.* $1^{a.b}$. d) e x u b e r a n s 1^{b}. $2^{a.b}$, *ut Lamp. in exemplari 2 scripsisse videtur.* e) castitatis *del. et superscr.* virginitatis 1, *et sic* $1^{a.b}$. $2^{a.b}$. f) maritalem 2^{a}. g) amplectabantur 2^{a}. h) *om.* 2^{b}. i) adm. — femina *om.* 2^{a}. k) Chunihilt $1^{a.b}$. l) *deest* $2^{a.b}$, *quam vocem Lamp. in exemplari 2 delevisse patet.* m) *om.* 2^{a}. n) opus quam 2^{a}. o) percrepuit 2^{a}. p) g e s t i s r e b u s $2^{a.b}$. q) cum — ordinatus *superscr.* 1; *desunt ed. Loran.* r) iam 2^{a}. s) *sic* $1^{a.b}$. $2^{a.b}$; *in* 1 *deletum manu saec. XV, quae superscr.* abnueret.

1) *Berthgit ab Othlono c.* 25. *dicta (Jaffé p.* 490*).* 2) *Verba* (cum — ordinatus) *post suppleta num vera sint, haud constat. In epistola quidem, quam Lullus cum duobus fratribus ad Cuneburgem abbatissam dedit paulo postquam in Germaniam transiit (inter Bonif. nr.* 49, *l. l. p.* 297 *sq.), nullum sibi nomen dignitatis clericalis asscribit, in aliis nr.* 70—72. *iam diaconus dicitur. Reliqua capitum* 3. *et* 4. *fere omnia ex mera coniectura scripsit Lamp., cum apud Othlonum I, c.* 25. *nihil legerit nisi Lullum a S. Bonifatio in Germaniam ascitum esse.*

quam totiens infirmior sexus[a] femina usurpasset. Paucis itaque diebus deliberatione secum habita, patrem monasterii[1] adiit eique quid animo agitaret apperuit. A quo multis modis temptatus, cum nulla[b] arte, nullis verborum blandiciis deduci posset a sententia, valefaciens fratribus, iter adgressus est, cunctis eum flendo prosequentibus et tam audaci cepto felicem exitum imprecantibus[2]. Profectus est *itaque festinanter, Deum ha- *f. 22. bens itineris socium et omnium quae proficiscenti obstitissent propulsorem, et post multos terra[c] marique labores tandem intravit Germaniam. Tum temporis summam rerum in Galliis tenebat Carolus[d] [maior[e] domus regni Francorum][3], vir incertum est fide an armis prestantior. [Hic[f] enim[g] est Karolus senior, qui inter cetera, quae egregie ac[h] fortiter fecit, cum Sarracenis, qui in Gallias[i] irruptionem fecerant, bis conflixit et eorum copias duobus preliis ita attrivit, ut, alias CCCLXXV[k] milibus, alias pene totidem milibus cesis[4], pauci[l] qui superfuerant vix et aegre in Hispaniam, unde eruperant, se reciperent[5].]

4. Itaque[m] cum sanctus[n] Lullus se beato Bonifacio presentasset, gratissimum eius[o] habuit adventum, non tantum in[p] eo veneratus iura propinquitatis, qua ei, sicut est[p] predictum[6], familiariter accedebat, quantum

a) sexu fem. usurparet 2^{a}. b) n. a. *om.* 2^{a}. c) terrę marisque laboresque $1^{a.b}$. d) ten. Car. vir inc *in loco raso* 1; Karol. *semper* $1^{a.b}$, $2^{a.b}$. e) *uncis inclusa in cod.* $2^{a.b}$ *leguntur, desunt* 1. $1^{a.b}$. f) *uncis inclusa in cod.* $2^{a.b}$ *leguntur, desunt* 1. $1^{a.b}$, *sed in* 1 *post* prestantior *hoc signum* ⁊t *exstat, haud dubie ad ea quae in* 2 *addita sunt spectans, ut in sequentibus additamentis notatur.* g) est enim 2^{b}. h) a *post corr.* ac 2^{b}. i) gallia inrupt. 2^{a}. k) trecentis septuaginta quinque 2^{a}. l) paucis 2^{b}. m) Dein *del. et superscr.* vel Itaque 1, *et ita* $1^{a.b}$. 2^{a}; Igitur 2^{b}. n) .s. Lullus *superscr.* 1. o) hab. eius 2^{a}. p) in eo *superscr.* 1. q) pred. est 2^{a}.

1) *Eabam; cf. p.* 307, *n.* 3. 2) *Eadem fere Willibaldus c.* 4, 11. *et Othlonus I,* 4. *de Bonifatio ex Anglia egresso dicunt, quos Lamp. hoc loco imitatus est, ut Dieffenbacher, Diss. p.* 19. *recte adnotavit.* 3) *Eadem verba* (maior domus regni Francorum) *Lamp. in Ann. a.* 741, *supra p.* 12, *Ann. Hersfeldensium exemplari a se exscripto inseruit. Lullum tempore Karoli Martelli in Germaniam venisse probabile est, certius dici nequit. Ex epitaphio eius, infra p.* 355, *apparet eum ex Anglia ad* patres Romanos, *postea demum ad Bonifatium profectum esse.* 4) *Numero praecedente ex Reginonis Chron. assumpto, haec* (pene — cesis) *Lamp. ex eius verbis* sicut et prius maxima caede prostravit *nimis temere effecit, qui et* pauci — aegre *suo arbitratu adiecit.* 5) *Haec ex Einhardi V. Karoli c.* 2. *et Reginonis Chron., SS. R. G. p.* 36 *sq., composita sunt.* 6) *C.* 2. *Lamp. hoc loco Vitae Leobae c.* 10. *imitatus videtur esse, ubi Ruodolfus eadem fere de Leoba ad Bonifatium adveniente dicit, ut Dieffenbacher, Diss. p.* 14. *monuit. Cf. etiam Vit. Wigberti auct. Lupo c.* 4, *SS. XV,* 1, *p.* 39.

fidei fervorem[a], ingenii acumen, affluentissimam sanctarum scripturarum scientiam, de quibus rebus iam pridem ad eum fama detulêrat. Cumque aliquantis diebus[b] eum apud se retinuisset et ex convictu domestico certiora iam cepisset experimenta conversationis eius et flagrantis in Deum animi, vir acris ingenii et verum caeli animal plenum oculis ante et retro intel- *Apoc.* 4, 6. lexit hunc divinitus in Gallias destinatum, ut sibi iam in decrepitam aetatem vergenti onus pastoralis curae allevaret. [Invitum[c] igitur eum ad gradum presbiterii[d] promovit[1].] Alios tamen[e], quos habere poterat, industrios verbi ministros circumquaque ad evangelizandum gentibus rêgnum Dei transmisit. Hunc assiduo[f] secum habuit et per omnia familiare sibi contubernium prestare voluit, quatenus suo specialius institueretur exemplo et iam nunc usu addisceret, quam strênnue domo[g] Dei preesse deberet[2].

5. Multis diêbus post haec evolutis, cum vir[h] Dei Bonifacius iam[i] supremam aetatem ageret et debilitate corporis fractus non posset diucius sinodos frequentare et caetera pontificalis officii munia explere, incidit ei in animum, ut in Fresiam iret et gentilis populi barbariem gladio spiritus, quod est verbum Dei, debellaret[3]. Ante *Eph.* 6, 17. quidem idem opus[k] attemptaverat, sed effera natio et parum a bestiali sêvicia distans non leviter ferebat extorqueri sibi diu inolitam consuetudinem idolatriae nec leve Christi iugum sustinere[l] poterat, quae pro impetu *cf. Matth.* 11, 30. animae[m] petulantis passim in omnes se libidines transfundere consueverat. Unde vir Dei necêssitati cedendum ratus recesserat et vitam suam adhuc per multa

a) ardorem *del. et superscr.* fervorem 1, *et ita* 1a. b. 2a. b. b) eum d. 2a. c) *uncis inclusa in cod.* 2a. b *leguntur, desunt* 1. 1a. b, *sed in* 1 *post* allevaret *hoc signum* ƀ *positum ad haec addenda spectat.* d) prespiterii 2b. e) Unde alios, Unde *del. et* tam̄ *superscr.* 1; *ut editum* 1a. b. 2a. b. f) assidue 2a. g) *sic* 2a. b; domo *post* (?) *superscr.* ui 1; domui 1a. b. h) dei vir 2b. i) supr. iam, *litteris* b. a, *ut videtur, superscriptis corr.* i. s., *sed litterae* a. b *erasae;* i. s. 1a. b. 2a. b. k) quidem tempus 2a. l) n non *add., sed expunctum* 1. m) animi 2a.

1) *Haec ut verba c.* 3: cum — ordinatus esset *ab auctore ipso esse suppleta patet. — Lullum revera a Bonifatio presbyterum consecratum esse ex epistolis Bonifatianis nr.* 70—72. 85—87, *l. l. p.* 337 *sqq.* 367 *sqq., cognosci potest.* 2) *Haec effecta sunt ex verbis Willibaldi c.* 10, 32, *SS. II, p.* 348: Lul, suum ingeniosae indolis discipulum, ... qui et fidelis in Domino comes peregrinationis eius erat et testis utrobique passionis et consolationis. 3) *Haec ex Willibaldi V. Bonif. c.* 10, 32 (infirmitate corporis gravatus synodalia conciliorum conventicula per omnia adire non poterat, *quae apud Othlonum non leguntur*). 11, 33.

aecclesiae profuturam furentibus et manum sibi iamiam[a] inferre volentibus subtraxerat[1]. Nunc autem, cum vite
cf. 2. Tim. 4,7. cursum consummasset et in ipso, ut ita dicam, vitae caelestis portu navigaret, ceptum, a quo[b] eum difficultas reiecerat, mente promptissima repetivit, edoctus a Spiritu sancto, quod humanis rebus eximendus esset per martirium[2], quod solum perfectionis eius cumulo aberat, et ad quod ab ineunte aetatê votis omnibus suspiraverat[c]. [Eo* iam tempore Karolus maior domus regni Francorum vita excesserat, et Pippinus regni curam solus agebat. Duos siquidem filios suos Pippinum et Karlo-
741. mannum Karolus heredes *instituerat. Sed cum per ali- *p. 138.
quot[d] annos pari iure et communicato principatu publica negotia curassent, Karlomannus seculo renuntians, reliquam sibi aetatem procul a re publica habendam decrevit[3], et sanctae conversationis habitu suscepto, primum Romae in monte Soracte[4], deinde[e] in Samnio provincia, in castro Cassino a cunctis seculi occupationibus[f] feriabatur. Porro Hildericus rex usque ad id temporis[g] regium nomen et regiae dignitatis[1] inane quoddam simulacrum[h] preferebat, quod ei a patribus per cunctam familiae suae seriem hereditario iure obvenerat. Ceterum administratio tocius regni et omnium rerum quae bello vel paci usui forent dispositio penes maiorem do-
751. mus erat[i]. Sed Hildericus iussu Zacharie Romani pontificis regni solio deturbatus atque in monasterium retru-
cf. Esth. 14, 5. sus est, et Pippinus, qui more omnium retro maiorum suorum maior domus vel prefectus palatii ante vocaba-

*) *Uncis inclusa in cod.* 2[a.b] *leguntur, desunt* 1. 1[a.b], *pro quibus* 1 *tantum habuit:* Quapropter adito rege Pipino, *sed haec deleta sunt (desunt* 1[a.b]*), ubi hoc signum* ħ *ante* Quapropter *scriptum ad additamentum illud, quod in* 2[a.b] *legitur, spectat.*

a) *alterum* iam *superscr.* 1. b) quo eum diffi *in loco raso, ubi antea alia scripta erant* 1. c) suspirat 2[a]. d) aliquod 2[b]. e) *post superscr.* 2[b]. f) ocupat. 2[b]. g) tempus 2[b]. h) symulachrum 2[a] *semper*. i) erant 2[a].

1) *Haec ex Willibaldi verbis c.* 11, 33: Fresiam olim corpore, non quidem mente omissam, *auctor effinxisse videtur, qui minus attente legit, quae ille c.* 4. 5. *et Othlonus I,* 5. 10. 11. *de duobus in Fresiam itineribus retulerunt.* 2) *Haec ex Willib. c.* 11, 33. 3) *Cf. Sall. Cat. c.* 4: et mihi reliquam aetatem a re publica procul habendam decrevi; *Ing. c.* 4. *eadem fere. Cf. 'N. Archiv' IX, p.* 315. 4) *Falso Lamp. conclusit ex Einhardi verbis c.* 2. *Soractem in ipsa urbe Roma situm esse.*

tur, eiusdem pontificis auctoritate[a] rex declaratus et totius populi pronissimo favore rex appellatus est; sicque et nomen regium et cuncta regiae dignitatis insignia ab Hilderico ad Pippinum eiusque posteros concessere[b. 1]. Beatus ergo Bonifatius, adito Pipino[c] rege, qui, ut dictum est, iam solus rerum potiebatur], cum[2] frequens *p. 138. adesset multitudo *principum tocius regni[3], quid mente c. 754. instituisset, exposuit, omnes in commune consulere rogavit, ne quid detrimenti caperet aecclesia Dei; se[d] quidem quo Dominus vocaret pergere, Deum vero pro *f. 22'. se nitentibus *nusquam abfuturum[e]; idcirco confisi de eius adiutorio operam darent, ne denuo repullularent[f] spuria[g] vitulamina gentilitatis, quae ipse succiderat, neu cf. Sap. 4, 3. bono semini, quod ipse seminaverat in agro dominico, Matth. 13, 25. zizania superseminaret inimicus homo. Post haec verba beatum Lullum manu apprehensum in medium deduxit et respiciens ad multitudinem quae circumstabat: 'En', inquit, 'habetis virum mea sententia dignum, cui meorum studiorum et meorum pro Christo certaminum hereditatem delegare possim. Hic mihi affinitate carnis iunctus, sed vinculo[h] spiritus multo est coniunctior, pro eo quod mecum conversatus multo tempore[i] certum et evidens mihi dederit spectaculum sanctitatis suae et optime secundum[k] euvangelicam institutionem conversationis. Unde ego haut dubius[l] de vestro assensu, ecce coram Deo et christo eius piissimo rege[m] et sanctissimo vestro conventu iniungo ei pontificatum Mogonciacen-

a) *om.* 2a. b) successere 2a. c) *sic* 1 *h. l. (vide p.* 312, *n.* *); pippino 2a. b. d) siquidem 2b. e) affut. *corr.* abfut. 1, *et sic* 1a. b, 2b; affut. 2a. f) repullarent *corr.* repullularent 1; repullurarent 1b. g) spurcicia, *eadem manu superscr.* vel spuria 2b. h) sp. v. *corr. litteris* b. a *superscriptis* v. sp., *sed litterae* b. a *erasae* 1; v. sp. 1a. b, 2a. b. i) tepre 1. k) secundam *corr.* secundum 1. l) dubiu⁹ 1, *et eodem modo saepius* us *scriptum.* m) *superscr.* 1. 2b.

1) *Haec ex Einhardi V. Karoli c.* 1—3. *et Reginonis, ut videtur, Chronico composuit Lampertus, suo more verbis mutatis. Ex Reginonis Chron. a.* 749. 750, *SS. R. G. p.* 43 *sq., vel Ann. Hersfeld. a.* 750 *(cf. supra p.* 14 *sq.) didicit Hildericum iussu Zachariae papae depositum esse.* 2) *Sequens narratio huius capitis ex brevi relatione Othloni l. II (Jaffé p.* 502 *sq.) ampliata et coniecturis aucta est.* 3) *Num Lullus in synodo quadam institutus sit, ubive haec celebrata sit, non constat. Sola verba Passionis S. Bonif. c.* 7, *SS. II, p.* 355 *sq.;* Synodali auctoritate et consensu principis Pippini Lullum Mogontie ordinavit *hoc indicant, quae Othlonus mutavit in:* cum consensu . . . Pippini necnon episcoporum et abbatum atque canonicorum omniumque procerum ad suam diocesim pertinentium. *Cf. Bonif. epist. nr.* 93, *l. l. p.* 380.

sem[a], quem hactenus per me ipsum administrabam[b]. Ipse in his quae Dei sunt fungatur vobis[c] vice patris, ipse me recessurum corpore, spiritu autem vobiscum semper[d] mansurum, tam dignitate referat quam morum similitudine, ut carne[e] mortuus in eius quodammodo vivam[d] virtutibus'. Tum[f] vero in faciem[g] regis inten-
cf. Ps. 104, 11. debat[h], quem Dominus unxit[i] regem super funiculum hereditatis suae: 'Dilige[k] hunc virum[l] ut patrem, venerare ut Dei angelum, et regi regum, cuius favorem et pronissimam in te voluntatem tot iam[m] victoriis expertus es, hanc vicissitudinem redde, ut servo eius ex animo conlabores in salutem et regimen sanctae aecclesiae[n]. Vos etiam, quicumque[o] animas vestras Deo vovistis, quicumque[o] in sacramenta christianae[p] miliciae iurastis, communi omnes studio capessite rem publicam Dei[1]! Nitimini pro fide catholica et huic viro pro vobis ad mortem decertare parato per omnia prestate operam vestram'! Ingens ilico[q] clamor attollitur. Tota in sententiam eius turba conspirat. Una omnium efficitur vox digno patri dignissimum obvenisse[m] successorem[2]. Plerique illorum nomen eius et vitae institucionem iam ante compererant, eo quod[r] palacium bêati Bonifacii comes individuus frequentasset et plerumque, illo in aliis occupato, ipse quaedam episcopii negocia vice illius administrasset et per hoc in noticiam omnium fere principum incidisset. Porro aliis morum eius integritatem facile astruxerat testimonium beati Bonifacii, cuius verbis non minor fides habebatur, quam si quis[s] Dei[t] oraculum consuluisset. Ita cunctis in commune suffragium ferentibus sanctus Lullus in pontificatum prothrahitur[u] acerrime *repugnans et oneri tanto se imparem cum *p. 139.
lacrimarum effusione protestans[3]. Sed beati Bonifacii

a) moguntiacensem 2[a]; mogontiensem 2[b]. b) ministrabam 2[b]. c) nobis 2[a]. d) *superscr.* 1. e) carnē *corr. radendo* carne 1. f) Tu 2[b]. g) ant̄ *add., sed del.* 1; autem *add.* 2[b]; in f. *om.* 1[a]. h) intendens 1[a.b]. i) *littera* (ı̄?) *add., sed erasa* 1. k) inquit *superscr.* 1[b], *add.* 1[a]; inquiens *add.* 2[a]. l) *bis scr., alterum del.* 1. m) *om.* 2[a]. n) ęctę 1. o) cumque *superscr.* 1. p) mil. chr. *corr.* chr. mil. *litteris* b. a *superscriptis, sed erasis* 1; chr. mil. 1[a.b], 2[a.b] (*post* chr. *add.* ecctie, *sed del.* 2[a]). q) cl. il. *corr.* il. cl. *litteris* b. a *superscriptis, sed erasis* 1; il. cl. 1[a.b], 2[a.b]. r) in *add., sed del.* 1. s) *in marg. suppl.* 1. t) or. dei *corr.* dei or. *litteris* b. a *superscriptis, sed erasis* 1; dei or. 1[a.b], 2[a.b]. u) *ita h. l. et p.* 317, *l.* 3, *sed prius* h *post del.* 1; protrah. 2[a.b].

1) *Cf. Sallust. Iug. c.* 85: adnitimini mecum et capessite rem publicam; *cf. etiam Cat. c.* 52. 2) *Lamp. hoc loco imitatus est Sulp. Sev. Vitae Martini c.* 9. 3) *Haec quoque ex mera coniectura auctor scripsit. Cf. supra p.* 91.

*f. 23. auctoritate oppressus *communi sententiae diu obluctari non potuit[1].

6. Deinde beatus Bonifacius assumpto secum archiepiscopo Lullo Thuringiam[a] et Hassiam[b], item cetera quae inter Rhenum[c] et Wiseram[d] incoluntur loca peragravit, predia omnia, quae ipse Mogontiacensi aecclesiae[e] industria sua adquisierat, ei demonstravit[f]. Ipsum etiam cunctis qui[g] in his regionibus fama et opibus eminentiores habebantur exquisitissimis[h] verbis commendavit, obtestans eos sub invocatione nominis divini, ut ei in[i] ecclesiastico[k] regimine fautores adessent[2]. Demum compositis rebus ex sententia, secretius[l], remotis, ut fertur, omnibus arbitris, eum conveniens[3]: 'Semper', inquit, 'etiamsi privatus ageres, oportebat te circa religionem attento ac sollicito animo[m] esse, inconcusso pectore pro castris Domini stare, nunquam commodum tuum cultui divino antehabere, postremo summa ope niti, ne quit tibi in divinis rebus subriperet[n] desidia vel ex lassitudine oborta sacietas. Quanta[o], putas, harum[p] rerum tibi nunc[q] incumbit necessitas, cum positus sis columna in templo Dei[r], et toto[s] cubito[t] totum pene sanctae *cf. Apoc. 3,12.* aecclesiae aedificium tibi videatur inniti? Vide, ne bacu- *cf. Is. 36, 6.* lum arundineum te inveniat manus innitentium, quem[u] *Ezech. 29, 6.* in partem quamlibet pro libidine sua inflectat aura favorum popularium. Convictu meo familiarius caeteris iam diu perfruitus certissime nosti, quod nunquam blan-

a) turingiam 2^{a}, *ut infra* 1; turingam 1^{b}. b) asiam 1^{b}. 2^{a}. c) renum *corr.* rhenum 1; renum 2$^{a\cdot b}$. d) wisaram 2^{b}; uuisarum 2^{a}. e) ęcliç 1. f) ei demontsravit *(sic!) e corr. in loco raso minus perspicuum* 1, *ubi corrector s. XV.* eidem ministravit *superscr.* g) que 2^{a}. h) *ita* 1$^{a\cdot b}$. 2$^{a\cdot b}$; ssimis *a correctore s. XV. (qui superscr.* exquisitis*) deleta iam legi nequeunt* 1. i) *om.* 2^{a}. k) eclesiastico 1. l) secreius, *superscr.* t 1. m) *e corr. et iterum superscr., quia corrigendo minus perspicuum factum* 1. n) subripere, *et in marg. eadem manu suppl.* valeat 1^{a}. o) ergo *add.* 1^{a}. p) r. h. 2^{a}. q) *superscr.* 1; inc. nunc 2^{b}. r) dni 2^{a}. s) totu 2^{a}. t) cubitu 1$^{a\cdot b}$. 2^{b}. u) cum 2^{b}.

1) *Lamp. nescivit Lullum aliquanto tempore Bonifatii chorepiscopum fuisse. Cf. Bonif. epist. nr.* 93, *l. l. p.* 380; *Dronke, Codex dipl. Fuld. nr.* 5, *p.* 4. 2) *Haec ex verbis Othloni l. II (Jaffé p.* 503*): (Bonifacius Lullum)* cunctis . . . commendavit . . . ut ipsi tamquam patri obedirent et adiutores ei in omnibus necessitatibus existerent. Deinde profectus ad eos qui in Turingia et qui circa Renum habitabant, eadem faciebat, *atque fortasse ex Passione s. Bonif. c.* 8, *SS. II, p.* 356 *(Jaffé, Bibl. III, p.* 477*): (Bonifacius)* Lullum . . . secum primitus ad Thuringeam deduxit et omnibus in illa regione nobilibus eum commendavit, uti fidei katholicae astipulatores ei assisterent; *ex qua Othlonus illa sua sumpsit. Verba* predia — demonstravit *auctor ex coniectura addidit.* 3) *Reliqua huius capitis ex Othloni l. II. et Vita Leobae c.* 17. 11. *composita et conficta sunt.*

diciis aut terrore principum infractus loco cesserim nec in causa Dei aliquando personam acceperim. Unde tibi relinquo aecclesiam Deo propicio et mêo post Deum studio florentissimam. Tu[a] ecce coram Deo et sanctis angelis eius iureiurando a me obstrictus operam da, ne tantus labor meus incassum effluat, ne tua segnicies corrumpat meas felices pro Christo victorias, ne vinea [*cf. Is.* 5, 2. 4.] dominica incultu viciata[b] post uvas degeneret in labruscas. Proclivis est vita mortalium a virtutibus ad vicia, et idcirco, nisi attentius agas, nisi contra fluminis ictum pressius oblucteris, brevi post excusso freno a sobrietate[c] christiana preceps referetur ad pristine gentilitatis spurcicias. Ego iam vitae presentis stadium [1. *Reg.* 18, 17.] percurri. Quicquid virium in corpore habui bella dominica preliando detrivi. Nunc licet senectute confectus militare nequeam diucius, absit tamen, ut ab armis Domini missionem petam et tenuem quae[d] superest spiritus scintillam inerti ocio tradam. Mortem pocius ipsam, ad quam communis me propellit condicio, opto mihi [*cf. Ier.* 17, 6.] fieri virtutis materiam, ut de salsugine mortalitatis huius completis stipendiis *emigrans imperatori meo, cuius *f. 23'. signa ad mortem sum secutus, occurram securius[e]. Te autem ecce sub oculis omnia videntis Dei[f] obtestor per eam qua[g] mortalibus caeteris familiarius es usus benivolentiam meam, ut, ubicumque[h] locorum victima Christi procubuero, corpus meum requiras atque in monasterium, quod in saltu Buchoniae[i] secus Fuldam fluvium mihi statui, delato iusta persolvas. Aecclesiae in eodem loco, cuius ego iam fundamenta ieci, tu extremam manum impone, tuis vel aecclesiae, immo tuis[k] quia aecclesiae, opibus. Fratres ibi propter penuriam rerum communium vitam adhuc apostolicis institutis transi- [1. *Cor.* 4, 12.] gunt opere manuum victum queritantes. His per omnia opem tuam et favorem ex animo impende atque in grege superstite vivam defuncti pastoris memoriam amplectere, habiturus apud Deum et apud homines gratiam, si orbatis patre filiis strennuum te exhibueris tutorem. Nosti preterea egregium virginitatis decus et nostra memoria unicum in orbe terrarum sanctitatis exemplar, Leobam[l] virginem Christi, quae non est contenta intra natalis soli angustias expectare caelestis sponsi nuptias, sed

a) Tum 2[a]. b) iniciata 2[b]. c) sobrieate *corr.* sobrietate 1. d) sp. scint. que sup. 2[a]. e) securus 2[a]. f) *om.* 2[a]. g) quā 1. 1[a.b]; quam 2[a]. h) que *alio atram. add.* 1. i) bůchonie 2[a]. k) *om.* 1[a.b]. l) liobam 2[a]; liebam 2[b].

meo instinctu Gallias intravit atque in loco cui nomen est[a] Biscofesheim[b] prelata monasterio feminarum ad thalamum Christi magnos post se thrahit greges nobilium feminarum. Non etiam te fugit, quod hanc[a] propter morum eius predicandam puritatem unicę semper dilexerim, et cum plerumque aliarum feminarum verecunde soleam oculos declinare, huic[c] apud me primum familiaritatis locum concesserim. Quapropter gratum mihi[a] feceris, cum decurso vitae spacio nature concesserit, si eam in eodem mecum sepulchro sepelias[d. 1], ut dulcissima inter se nomina nec[e] mortis dividat[f] violentia[g]'. Postquam igitur dicendi finem fecit et miles veteranus multorumque[h] stipendiorum rudem Christi tyronem de singulis ad unguem[i] instruxit, sicut instituerat, ad Fresiam contendit, assumptis secum quos ad tale iter idoneos arbitrabatur.

*p. 140. *7. At[k. 2] beatus Lullus, videns totas rerum habenas suo iuri cessisse, nequaquam more humano efferri cepit per insolentiam, sed reputans secum, quam arduo ac difficili negocio manum iniecisset, toto animi[l] conatu operi ecclesiastico se accinxit[m]. Omnes intra suam diocesim sitas aecclesias ac monasteria visitavit, qualiter in singulis locis divinarum rerum studium vigeret, attendit, ne quid in gregem dominicum inimici sevientis astucia *cf. Act.* 20, 28. se inscio presumeret, observavit; quos equitatis tramitem invenerat excessisse revocavit. Obstinatis in faciem *cf. Gal.* 2, 11. restitit et impudentem superborum principum frontem pontificali auctoritate refregit. Quos vero cultui divino deditos[n] et circa religionem ferventes repperisset, tota circa hos paterni affectus[o] viscera explicabat[3]. His propter pontificalis cathedrae[p] fasces et nomen regibus etiam venerandum nequaquam se preferebat, sed horum se servum gloriabatur, his ad solvendam corrigiam cal- *cf. Ioh.* 1, 27.

a) *om.* 2[a]. b) biscof:esheim, *littera erasa* 1; biscophesheim 2[b]; bisophesheim 2[a]. c) huc 2[a]. d) sepelies 2[b]. e) ū (non) *del. et superscr.* nec 1, *et ita* 1[a. b], 2[a. b]. f) *in marg. suppl.* 1. g) sententia *del. et eadem manu superscr.* violentia 1, *et ita* 1[a. b], 2[a. b]. h) que *superscr.* 1. i) ad un *e corr. in loco raso,* uem *superscr.* 1; de sing. ad u. *om.* 2[a]. k) *in marg.* cap 1, *et ideo novum caput incipit* 1[a. b], *ubi* Et *cum magna rubra littera initiali.* l) annisu *del. et superscr.* animi 1, *et ita* 1[a. b], 2[a. b]. m) *superscr., eadem voce minus perspicue scripta in linea del.* 1. n) dit *e corr.* 1. o) affet⁹ 1. p) catherę *corr.* cathedrę 1; kathedrę 1[a. b].

1) *Ruodolfus, V. S. Leobae c.* 17. *Bonifatium hoc Lullo et monachis Fuldensibus praecepisse scribit.* 2) *Hoc toto capite excurrens in communes locos et pias cantilenas, imitatus Sulp. Sev. Vitae Mart. c.* 10, *nulla certa rerum cognitione auctor nititur.* 3) *Ut supra p.* 245. *Annonis, ita hoc loco Lulli erga pios monachos devotionem Lamp. laudat.*

ciamenti eorum imparem[a] se fatebatur. Verbis tamen blandis et paternae dilectionis melle conditis exhortabatur eos, ut regiam viam, quam[b] ingressi fuissent, infatigabili studio tererent[c] nec aliquando sacietate capti
2. Cor. 11, 29. pedem ab incepto suspenderent. Cuius infirmitas ad languorem illum non impulit? Cuius scandalum non ussit? *Cuius prosperitas illi leticiam non indixit[d]? *f. 24. Cuius calamitas non in eius redundavit miseriam?[1]
1. Cor. 9, 22. Omnibus postremo[e] omnia factus, ita mirum in modum singulis morem gerebat, ut omnium, licet aetate, sexu, vita dissidentium, pari concordia in eum studia flagrarent. Sicque liberalis eius sêdulitas tam Deo quam sibi animos popularium brevi conciliaverat, ut omnes in religionem devoti et in eius favorem quam maxime proni efficerentur, atque vulnus mêroris, qui[f] ob decessum beati Bonifacii plerosque invaserat, cito propter tam egregium successorem in cicatricem occalluisset[g]. Neque vero tam felicibus eventis[h] suis ipse lascivius applaudebat aut propter ambiciosam pompam aurae popularis ipse sibi ullius delicti vel ignaviae gratiam faciebat,
1. Cor. 9, 27. metuens cum apostolo, ne forte, cum aliis[i] predicasset, ipse reprobus efficeretur. Idcirco nihil sibi de priori[k] parcitate cibi ac potus, nihil de laborê vigiliarum, nihil de contemptu[l] rei familiaris, nihil de pristina morum ac vitae tocius temperantia remittebat. Oblitus magis
Philipp. 3, 13. 14. posteriora, toto annisu extendebat se in anteriora, anxię inhians bravio supernae remunerationis. Cum caeteros iam pridem fide ac pietate superasset, atrox cum animo suo certamen gerebat, ut se ipsum quoque superaret atque in dies se ipso religiosior atque in studio morum[m] provectior haberetur.

755. 8.[n] Aliquantum[2] iam[o] temporis post abscessum beati Bonifacii fluxerat. Et ipsê in curte regia Inghilenheim[p. 3] morabatur, constituto ibidem rege Pippino, apud

a) se imp. 2[a]. b) q. i. *iterum alia manu, ut videtur, superscr., cum in linea minus perspicue scripta essent,* 1. c) tenerent 2[a]. d) induxit 2[a]. e) p⁹stremo, *saepius* post. *ita scriptum* 1. f) *sic* 2[a. b]; q͘ (qui) *corr.* q (quod) 1, *et ita* 1[a. b]. g) occaluisset 1. 2[a], *corr.* occalluisset 1. h) eventibus 1[a. b]. i) illis 2[b]. k) *sic* 2[a. b]; priorum 1. 1[a. b]. l) conceptui (i *expunct.*) 2[a]. m) *in loco raso* 1. n) *in marg.* cap̄ 1; *novum cap. incipit* 1[a. b]. o) interea *del. et superscr.* iam 1, *et ita* 1[a. b]. 2[a. b]. p) ingelheim, *superscr.* hilenheim 1; in hilenheim 1[a]; in hilenhen 1[b]; hingelnheim 2[a]; hilenheim 2[b].

1) *Imitatus est Sulp. Sev. Epist. II:* Quo enim ille dolente non doluit? quo scandalizante non ustus est? quo pereunte non gemuit? 2) *C.* 8—10. *traditione Hersfeldensi inniti videntur, cum nemo antea similia retulerit, nisi prorsus commenticia sunt.* 3) *Recentiorem formam*

quem frequens adesse solebat. Nam gratissime consiliis 755. eius utebatur et precipua quaeque regni[a] negotia illius nutu administrabat[b] — tanta viro vis ingenii et lati- *cf. 3. Reg. 4, 29.* tudo cordis inerat —, ac propterea aegre patiebatur eum lateri suo usquam[c] locorum[d] abesse.

9.[e] Quadam ergo[f] nocte in lecto decubans, cum inter vigiliam et adultam quietem prima[g], ut aiunt, somni[h] nebula oculos eius pressisset, vidit assistere sibi beatum Bonifacium stola pontificali ac vestimentis solito cultioribus[i] amictum, vultu[k] quoque ipso ac veneranda canicie quiddam divini splendoris preferentem. Obstupuit protinus[l] terrore inopinato perculsus atque in eodem lumina defixus optutu, tacitus, quantum incumbentis formidinis articulus paciebatur, secum tractabat, ne forte sopor dormiênti more suo vana somniorum spectacula preberet. At ille faciem, quam recognosceret, familiarius retegens, cum urbana quadam ac festiva hilaritate frontem contra intuentis[m] oculos explicasset: 'En', inquid, 'frater dilecte, tempus exigit, ut promissis tuis fidem facias. Hodie Christo testimonium dicens cervicem percussori prebui, hodie triumphali pompa laureatum me caeli recepit palacium. Nunc ergo memor sponsionis, qua te presente Deo obligasti, moras omnes abrumpe, resides animae iam triumphantis[n] exuvias require easque peregrinis regionibus ereptas, sicut pollicitus es, defer in monasterium Fuldense! Non frangat te arduum negotium[o], non moveat te iter asperum[p], non terreat te barbarae nationis atrox et crudele ingenium; Deo auxilium ferente omnia tibi cedent prospere'. In haec verba visio pariter cum somno disparuit[1].

a) r. neg. *in loco raso* 1. b) administbat *corr.* administrabat 1. c) usq, *del.* q *superscr.* quam 1. d) *om.* 2b. e) *in marg.* cap̄ 1; *novum cap. incipit* 1a. b. f) vero 2b. g) prima 1a. b. h) somnii 2a. i) cultor. *corr.* cultior. 1. k) vultū 1. 1a. b, *signo compendii eraso corr.* vultu 1a, *et ita* 2a. b. l) t. pr. 1b. m) oc. int. *corr.* int. oc. *superscr. litteris* b. a, *sed erasis* 1; int. oc. 1a. b. 2a. b. n) triumphatis *corr.* triumphantis 1. o) *om.* 2a. p) arduum *del. et superscr.* asperum 1, *et ita* 2b; asp. iter 1a. b. 2a.

nominis Ingelheim *Lampertus superscribens* hilenheim *in antiquiorem formam mutare voluisse videtur, ut V. Cl. H. Bresslau mihi persuasit. Huius villae pars quaedam abbatiae Hersfeldensis fuit; cf. supra p.* 101, *l.* 16 *sq. Cf. Brev. S. Lulli, 'Zeitschrift d. Ver. f. Hessische Gesch. und Landesk.' X, p.* 18: In Inglinheim superiori capellam unam, h[ubas] II, m[ansos] IIII. *Vineam ibidem sitam Heinricus III. monasterio Hersfeldensi dedit (St.* 2410*). Hilenheim, quod reliquorum codicum scribae exinde receperunt, non exstat.* 1) *Haud dubie Willibaldus in Vita S. Bonifatii Lullo dedicata hoc somnium tetigisset, si Lullo accidisset.*

755. *10. Tunc archiepiscopus gravi merore confectus — haud enim in ambiguo erat beatum Bonifacium humanis rebus excessisse —, ubi primum lux[a] crastina terris est reddita, ad regem Pippinum rem detulit. Ei valefacto, in sua se recepit[b], ibique[1] vocata in colloquium multitudine immane facinus Fresonum exposuit, quod illustris viri et toto orbe nominati sanguine manus suas conmaculassent. *Dein, quid illi adhuc in carne posito ipse[c] promisisset, aperuit, omnes postremo pro se operam dare rogavit, ne in tantum virum voti reus fieret ac per hoc omnipotentis[d] iram adversum se provocaret. Ubi cunctorum animos alacres atque ad instans negocium fervidos accepit[1], nihil moratus ad Fresiam iter instituit[2], habens secum armatorum copias non modicas, cum[e] propter barbaros, ne forte solemnê funeris officium facta vi perturbarent, tum propter ipsos fideles, ne qua inter[f] eos sedicio oriretur, dum singuli religioso studio in sacras reliquias impetum facere et de[g] preciosissimo thesauro[h] certatim predam agere vellent.

*p. 141. *f. 24'.

11. Interea[3] cum fama interfecti pontificis iam convaluisset, populus Traiectensis[i] oppidi, quod a loco martirii eius intervallo mêdiocri[k] abest, globo facto irruperat[l] in Fresiam et ex illa clarissimorum martirum aciȩ precipuos quosque cum ipso principe miliciae caelestis beato Bonifacio ad se transtulerant et rapto iam in securitate pociebantur[3]. Postquam eô venit sanctus Lullus, tametsi ad vim faciendam par esset viribus, tamen ne temerariae plebi non tam oblata quam pressius ingesta videretur occasio seditionis, blande ac sine tumultu agere cȩpit. Totam confusae multitudinis frequentiam[m] vocat in contionem. Omnibus in commune ambiciosius[n] gratias facit[o], quod sanctis martiribus ex-

a) cr. lux *litteris* b. a *superscriptis corr.* lux cr., *sed* b *erasum* 1; lux cr. $1^{a\cdot b}$. $2^{a\cdot b}$. b) c *e corr.* 1. c) *om.* 2^{a}. d) dei *add., sed del.* 1. e) *post corr.* tum 1, *et ita* $1^{a\cdot b}$. 2^{a}. f) sed. i. ees 2^{b}. g) *om.* 2^{b}. h) theusauro, *demum manu saec. XV. corr.* thes. 1. i) traict. *corr.* traiect. 1. k) medio 2^{a}. l) irruperunt in frisiam 2^{b}. m) voc. freq. (freq. *alio atram. suppl.*) 1^{b}. n) ambitiesus 2^{a}. o) fecit $1^{a\cdot b}$. *ed. Lovan.*

1) ibique vocata — accepit *ex Othloni relatione sumpsit Lamp.* 2) *Willibaldus c.* 12, 38. *et Othlonus referunt Lullum non ipsum in Fresiam profectum esse, sed misisse qui sacrum corpus deportarent. Sola verba Passionis S. Bonif. c.* 3, 10: Quod cum Lul compertum habuisset, congregata multitudine . . . virorum . . ., perrexerunt et cum vi sanctum corpus abstulerunt, *indicare videntur Lullum ipsum Traiectum adiisse, quod certe falsum est.* 3) Interea — pociebantur *ex Willib. c.* 12, 38. *Cf. quae ad hoc caput 'N. Archiv' IX, p.* 307 *sq. allata sunt.*

equias solemniter exhibuissent; plurimum tamen meritis eorum apud sanctum Bonifacium accrescere, si corpus[a] eius equo animo paterentur in monasterium Fuldense deferri, quod negocium ille sibi sub attestacione nominis divini iniunxisset. Benê cum eis ac supra spem humanam feliciter gestum esse, quibus pene tota castra miliciae Dei in predam cessissent. Sanctum Bonifacium, si contra decretum animi eius tenere vellent[b] eum, hoc[c] non in gratiam referre, sed in contumeliam, gravari magis violenta devocione quam oblectari. His verbis cecidere popularium animi. Ira in favorem est conversa. Ita cunctis annuentibus et singulis pro virili[d] parte officium funeris adiuvantibus, magnifico apparatu celebrata est sacri corporis translatio[1]. Nec tamen hoc modo omnis rebus difficultas adempta[e], tota negocii asperitas complanata est[2]. Nam ubi ventum est Mogontiam, tum vero totus cum populo clerus obviam effusus iure gentium agebat apud episcopum, suum[f] inquiens hunc[g] fuisse pontificem, sibi potissimum hêreditatem defuncti patris tam iure caeli quam iure fori deberi, nec equi nec boni memorem[h] eum essę, si contra sentiret, presertim cum ad eum utpote antistitem specialiter et gloria[i] et calamitas[k] Mogontiacensis aecclesiae spectaret. Ad ultimum, si non in hanc sêntentiam ultro concederet, malle se viribus uti et extrema omnia experiri, quam tanto bono fraudarentur[l]. Tum[3] archiepiscopus diu multumque conatus tumultuantem populum in gratiam reducere, ubi rem[m] vidit tardius procedere, confusus animique[n] incertus, quid consilii caperet, 755.

a) equo an. c. eius 2^{a}. b) eius an. tenerent 2^{a}. c) non hoc 2^{b}, *ubi* hoc *superscr.* d) parte virili *corr.* v. p. *litteris* a. b *superscriptis, sed erasis* 1; v. p. $1^{a.b}$. $2^{a.b}$. e) adepta 2^{a}. f) *om.* $1^{a.b}$. g) f. h. 2^{b}. h) eum mem. 2^{a}. i) *in loco raso* 1. k) camitas *corr.* calamitas 1. — mogontiensis 2^{b}. l) frad. *h. l. et semel infra* 1, *manu s. XV. demum corr.* fraud., *et ita* $1^{a.b}$. $2^{a.b}$. m) v. rem 2^{b}. n) incertusque animi $2^{a.b}$, *ut Lamp. in exemplari 2 correxisse videtur.*

1) *Haec omnia, quae Traiecti acta esse narrat, Lamp. commentus est, ut Lulli gloriam augeret. Willib. et Othloh scribunt campana subito sonante, Eigil in Vita Sturmi c.* 15, *SS. II, p.* 372, *alio miraculo populum Traiectensem commotum esse, ut sacrum deportari corpus concederet.* 2) *Sequentia huius capitis et cap.* 12. *ex Othlono, qui eo loco praesertim Passionem S. Bonif. c.* 12. *secutus est, et Vita Sturmi c.* 15. *composuit, suo more modo amplificans, modo mutans quae legerat.* 3) Tum — putabat *auctor scripsit, quia Othloh (Jaffé p.* 504*) refert:* In tantum autem quorundam illud affirmantium praevaluit certamen, ut pene eorum consilio sanctus Lullus consentiret; *Eigil vero tradit Lullum prohibere voluisse, quominus corpus Fuldam transferretur.*

755. quo se verteret, ambigebat. Voluntati enim multitudinis refragari nec factu facile nec satis tutum[a] sibi putabat[1]. Verum copiis ita in artum coactis cito laetos exitus[b] repperit secundum promissionem suam beatus Bonifacius.

12. Denique postero[c] die cum episcopus ad puplicum[d] processurus foret, mollibus iterum verbis efferos populi[e] animos attemptare volens, quidam êx ordine clericorum Otpraht[f] nomine[1], diaconus officio, *ei se *p. 142. obvium tulit, atque impetrata secrecius dicendi copia: 'Nocte', inquit, 'hac ipsa divino oraculo admonitus sum per soporem, ut[g] tibi, o pontifex, haec in mandatis deferrem a sancto Bonifacio, *ut constanter agas nec sedi- *f. 25. ciosae[h] plebis simultatibus inflectaris a proposito, populo quoque testificarer[i] non impune laturos esse, quod contra dispositionem Dei obstinato animo venire temptaverint[k], nisi[l] maturius a pertinacia conquieverint'. Episcopus, ut in tanta rerum angustia et consiliorum inopia necesse fuit, gratissime hoc accipit[m], hominem iniecta manu in medium protrahit, capto ediciori loco, caeleste oraculum in auribus populi recitari[n] iubet. Verum propter immoderatum retinendi sacri corporis desiderium verbis eius non satis fidei erat apud multitudinem. Animos etiam quorundam suspicio tangebat, ne forte consilio episcopi sibi dolus necteretur. Tum episcopus, ut verbis fidem conciliaret, circumstantium magis quam suae consulens credulitati[2], ad comprobandam rei[o] veritatem iusiurandum exegit ab homine. Ille nihil cunctatus dedit. Res credita est. Atque ita deinceps relegato omni difficultatis scrupulo, corpus ablatum, et Rheni[p] amne traiecto, in monasterium Fuldense delatum atque[q], quod satis esset flagrantissimis[r] in eum monachorum ibi commorantium studiis, solemni ac magnifico ritu traditum est sepulturae.

a) sibi tutum, *litteris* a. b *superscr. corr.* tutum sibi 1, *et sic* $1^{a.b}$. $2^{a.b}$. b) repp. ex., *litteris* a. b. *superscr. corr.* ex repp., *sed litterae* a. b *erasae* 1; ex. repp. $1^{a.b}$. $2^{a.b}$ (reperit 1^{b}. $2^{a.b}$). c) postremo 1^{a}. d) *ita* 1; publ. *semper* $1^{a.b}$. $2^{a.b}$. e) an. pop. *corr.* pop. an. *superscriptis* b. a *litteris, sed erasis* 1; pop. an. $1^{a.b}$. $2^{a.b}$. f) otbrath 2^{a}; othbraht 2, *unde in exemplari* 2 *Lamp.* Otbraht *scripsisse videtur.* g) *ita* $1^{a.b}$. $2^{a.b}$; ut tibi *evanuerunt vel erasa sunt,* o pont. *superscr.* 1; ô *eadem m. superscr.* 1^{a}. h) sedicione 2^{b}. i) testificeris 2^{b}. k) temptauerūt 2^{a}. l) nsi *del., superscr.* nisi 1. m) accepit 2^{b}. n) recitare *radendo corr.* recitari 1, *et ita* $1^{a.b}$. $2^{a.b}$. o) gestę *add., sed del.* 1, *deest* $1^{a.b}$. $2^{a.b}$. p) reni $2^{a.b}$. q) *in marg. suppl.* 1. r) flagrantissimas 2^{b}.

1) *Hunc Othloh l. l. Otpertum, Passio S. Bonif.* c. 12. *Otperaht vocant, unde Lamp. hoc loco hanc etiam praeter Othloni relationem adhibuisse videtur.* 2) *Eigil econtra scribit Lullum demum iureiurando dato diacono credidisse.*

13. His[1] rebus bene et ex sententia gestis, archiepiscopus omnem operam suam in locum ipsum intendit. Egregiam scilicet estimabat sibi hanc fore materiam, in quam[a] debitum beato Bonifacio amorem totum transfunderet[b] et amantissimi patris desiderium tanti pignoris hereditaria possessione solaretur. Itaque[c] locum ipsum frequentius invisere, fratres[d] super decessu beati Bonifacii anxios verbis ad consolandum exquisitissimis[e] refovere, ubicumque res posceret presto adesse, inopiae familiarius[f] supplementum affatim prebere, periculum, si quod forte immineret, propulsare[g], omnia postremo liberalis atque indulgentissimi patris officia impensius administrare. Verum ea longe aliter quam ipse spe[h] concepisset[i] cessere. Non solum enim his rebus nullum favorem, nullam[k] eorum benivolentiam sibi[l] conciliabat, verum etiam cunctorum ibi degentium gravissima in se odia suscitavit. Nam Sturmio quidam nomine tum[m] preerat monasterio, vir excellentis ingenii et predicandae sanctitatis, sed vehementis nimium et ferocis naturae, unus scilicet ex illo clarissimo grege discipulorum beati Wigberti[n], qui in Fritislarensi[o] monasterio ad exemplum eius instituebantur. Is[p] privatim et publice animos fratrum sollicitabat, commonens[q] hanc pontificis circa se indulgentiam aliorsum[r] spectare, quam ipsi[s] opinarentur; aliud eum[t] vultu pretendere, aliud animo machinari et magnae cuiusdam iniuriae consilium palliare titulo pietatis, qui scilicet ad hoc quibusdam verborum lenociniis[u] homines inescaret, ut eis[v] fraudulenter[w] suae dominationis frena iniceret[x] et libertatis bonum eriperet, quo vitae humanae nihil sit[m] iocundius, nomini

a) qua 2^{b}. b) tranf. *post corr.* transf. 1. c) cepit *add.* $1^{a \cdot b}$. d) *om.* 1^{a}. e) accuratissimis *del. et superscr.* exquisitissimis, *et ita* $1^{a \cdot b}$. $2^{a \cdot b}$. f) familiaris 1^{b}. 2^{a}. g) propulsaret 2^{b}. h) *om.* 2^{a}. i) conciperet 2^{b}. k) *sic Inst. Herreld. et* $2^{a \cdot b}$; nullum 1. $1^{a \cdot b}$. l) si *corr.* sibi 1. m) *superscr.* 1. n) wichberti 2^{a}; wicberti 2^{b}. o) fritesl. $1^{a \cdot b}$. 2^{a}; fridesl. 2^{b}. p) His 2^{a}. q) commanes *corr.* commonens 1. r) aliorum 2^{a}. s) ipse opinaretur 2^{a}; sibi 2^{b}. t) al. an. mach. al. in uultu pret. 2^{a}. u) lenocinis 2^{a}. v) *ita* 2^{b}; ut eis *manu s. XV. del., quae superscr.* quatenus, *iam certe legi nequeunt* 1; ut et $1^{a \cdot b}$; ut eius 2^{a}. w) frad. 1, *demum manu s. XV. corr.* fraud., *et ita* $1^{a \cdot b}$. $2^{a \cdot b}$. x) iniec., e *erasum* 1; inniceret 2^{a}; in:ic. 2^{b}, *littera erasa.*

1) *C.* 13. 14. *auctor ex Eigilis V. Sturmi c.* 16—19. 2. *composuit, ita vero, ut omnia quae ibi in invidiam Lulli dicta sunt, in eius favorem verterit aliaque multa addiderit, scriptorem sane insignem et historicum sagacem in his se ostendens, cum aliis, tum quod bene perspexerit, de qua re lis inter Lullum et Sturmum, videlicet de regimine monasterii Fuldensis, agitata sit. Cf. de his rebus Rettberg, 'Deutschlands KG.' I, p.* 609 *sqq.; Oelsner, 'K. Pippin' p.* 386 *sqq.; Hahn, 'Bonifaz und Lul' p.* 265 *sqq.*

christiano nihil decentius, professioni monachorum nihil commodius. Proinde ipsos non bene rebus[a] suis prospicere, si immemores nobilissimae conversationis, qua fuerant a beato Bonifacio liberaliter educati, ultro in servitutem concederent. His atque huiusmodi sermonibus a beato Lullo cunctorum fratrum animos quam maxime alienavit et nihil tale suspicanti non mediocrem invidiam brevi[b] conflaverat[c]. Ex hoc omnes eum infestis mentibus, adversis[d] obtutibus respicere, familiaritatem abnuere, verborum blandicias velud instructas[e] ad perniciem suam decipulas[f] refugere, omnem[g] eius *congres- *f. 25'. sum et colloquium suspectum habere, denique cum dilectione, cum beneficiis, cum munificentia odio, detractione et conviciis decertare.

14. Huc accessit, quod sub idem fere tempus quidam factiosi homines[1] faciem regis Pippini adversus abbatem Sturmionem interpellaverunt, accusantes eum, quod in regiam maiestatem verbis nimium petulantibus
763 ? excessisset[2]. Unde rex ira succensus exilio eum relegavit, Fuldensis vero monasterii providentiam beato Lullo decrevit. Ea res suspicioni iam pridem ortae non minimum[h] roboris addidit. Tota protinus congregacio pari adversus[i] episcopum studio conspiravit multaque in eum gravia et memoratu *incredibilia maledicta congessit, *p. 143.
dictitans eum malorum talium incentorem fuisse, eius largicione accusatores fuisse corruptos[k], eius artibus instructos, eius studio in audientiam regis[l] admissos, postremo totam huius accusationis fabulam ab eo fuisse confictam, quatenus, deturbato pastore, ipse in desolatum ovile sine periculo impetum faceret[3]. Ad sedandam ergo hanc[m] turbam archiepiscopus modis omnibus intentus Marcum quendam nomine prefecit eis abbatem, virum mitis ingenii et, ut eius[n] ferebat opinio, tantis

a) prosp. r. suis 2[a]. b) *om.* 2[a]. c) at *e corr.* 1. d) aversis 2[a. b], *ut Lamp. in* 2 *scripsisse videtur; cf. supra p.* 299, *l.* 26. e) *ita* 1[a. b]. 2[a. b] (vel instr. 2[a]); structas ad perniciem suam *legi nequeunt* 1, *manus s. XV. superlevit inepte* instrumentorum *et* ad pern. suam *delevit, ut haec legi nequeant.* f) de *superscr., alia sillaba* (trans?) *deleta* 1. — fugere 1[b]. g) omnes 2[a]. h) nimium 1[a. b]. i) *superscr., et* archiepiscopum *corr.* episc., archi *del.* 1; p. st. adv. ep. 2[b]. k) correptos 1. 1[a. b], *post corr.* corruptos 1[a], *et ita* 2[a. b], *ut Lamp. in exemplari* 2 *correxit.* l) *superscr.* 1. m) *om.* 1[a. b], *ubi* turbationem. n) fer. eius 2[a].

1) *Tres monachi Fuldenses, ut Eigil c.* 16. *scribit.* 2) *Eigil c.* 16: crimen, nescio quod, de inimicitia regis obicientes ei. 3) *Etiam maioris criminis Lullum arguit Eigil c.* 17, *eum* munera iniusta tribuendo *a Pippino rege Fuldensis coenobii regimen adeptum esse.*

rerum tempestatibus comprimendis peroportunum. Sed hunc illi[a] protinus reppulerunt[b], tamquam partibus episcopi impensius faventem et sedicionibus suis minus spei afferentem. Rursum archiepiscopus, utpote qui animo fixum haberet per omnia eis morem gerere, quamdiu id posset salva equitate, ipsis[c] eligendi abbatis auctoritatem permisit. Laeto[d] illi hoc animo suscipiunt eumque protinus[e] creant abbatem[1], qui archiepiscopi conatibus ex equo[f] auderet obviam ire eiusque[g] tumidos spiritus — ita scilicet illi suspicabantur — opposita, ut dici solet, fronte refringeret. Is itaque creatus cum magna omnium expectatione principio statuit sibi cum archiepiscopo rem atrociter gerendam. Nisi enim id faceret, male se usurum hac prelatione satis certo sciebat. Hoc modo cum per biennium grave utrimque bellum gessissent, hic[h] beneficiis, illi odio et detractione certantes[i], et egregium pontificem, illius aetatis clarissimum lumen, sine intermissione verbis petulantissimis insectarentur, sicut heu! frequentius fieri solet[e], postremo vicere[k] studia partium. Nam rex Pippinus, postquam diuturnitate temporis iracundiae fervorem digesserat, in gratiam rediens, ut verissime confido, annitente in hoc ipsum beato Lullo, ut videlicet hac ratione obiecti sibi criminis suspicionem purgaret, Sturmionem abbatem ab exilio revo- 765?
cavit, receptoque[l] in pristinum statum gratiae suae licentiam indulsit in monasterium Fuldense redeundi curamque eius sicut consueverat administrandi. Ea res fratrum animos in spem maximam arrexerat, episcopo vero non minorem sedicionis comprimende et rerum prospere gerendarum desperationem incusserat. Preterea non mediocri tedio iam afficiebatur animus eius, cum videret tot tantosque labores suos incassum effluere, beneficiis invidiam non extingui, sed tamquam suppositis[m] facibus magis magisque in dies incandescere[n], extremae[o] vero dêmentiae esse huic loco tantas rerum impensas sine fructu insumere, quibus alio in loco perenne nullaque vetustate abolendum fidei et devocionis

a) pr. illi 2^{b}. b) expul. *corr.* reppul. 1, *et ita* $1^{a.b}$, $2^{a.b}$ (repul.). c) ipsl 2^{a}. d) Leti illi hoc susc. 2^{a}. e) *superscr.* 1. f) quo 2^{a}. g) eius 2^{a}. h) hic benef. illi *in loco raso, aliis deletis* 1. i) decertantes, *sed* de *linea subterscripta del.* 1, *ne scilicet duo verba alterum post alterum eadem praepositione inciperent; ut corr.* $1^{a.b}$, $2^{a.b}$. k) uincere 2^{a}. l) que *superscr.* 1. m) subpositis $1^{a.b}$ (s. t. *corr.* t. s. 1^{b}); subpossitis 2^{b}. n) cand. *corr.* incand., in *superscr.* 1. o) extremo 2^{a}.

1) *Prezzoldum.*

suae monimentum[1] posset extruere. Diu eum haec cunctacio suspensum tenuit. Propositum, quod carissimi patris instinctu in animum induxerat, nonnisi anxia et egritudine confecta mente relinquere poterat. Vincitur tamen rerum asperitate et post diuturnam deliberationem, post multos sudores irrita spe exhaustos totam ab incepto intentionem revocavit, contestatus caelum et terram et viventem in Christo spiritum beati Bonifacii, voluisse quidem se preceptis eius parere[2] eiusque institucionis alumnos amplis honoribus illustrare, sed vi ac iniuria infractum[a] loco cedere; Deum a[b] se pęnas exacturum, si ambicionis spiritu, quod criminatores eius iactitabant, pocius quam intimae caritatis affectu circa eos hactenus conflagrasset. Enimvero nisi periculosum ducerem[c] de iudiciis divinis sententiam ferre, ego haud temere vel sine nutu Dei actum crediderim, ut[d] sancti pontificis et sanctorum, ut mea fert[e] opinio, fratrum animi tam *difficulter coalescerent[f]. Si enim benivolentiam episcopi haec rerum procella non excepisset, nimirum in alieno[g] fundamento nimium occupatus privatae gloriae studium omisisset, atque Herveldense nomen, toto nunc[h] orbe clarissimum, abisset in vacuum, nec tanta copia sanctissimorum hominum auxisset numerum caelestium spirituum[3]. *f. 26.

768. [Interea[i, 4] Pippinus, cum per XV[k] annos functus regiis honoribus fuisset, diem clausit extremum[l], duos filios relinquens superstites, utrumque adultum aetate et regno gubernando maturum, videlicet Karlomannum[m] et Karolum, cui postea ex virtute et magnitudine rerum gestarum cognomen accessit[5], ut Karolus Magnus dice-

a) in *superscr.* 1. b) a *corr.* ab 2[b], *et ita* 2[a], *quod Lamp. in exemplari* 2 *scripsisse videtur.* c) *ita* 1[a. b]. 2[a. b]; *in* 1 *manus s. XV. superlevit* duxerim, *quid antea scriptum fuerit, cognosci non potest.* d) *ita* 1[a. b]. 2[a. b]; *in* 1 ut s. pont. *evanuere, manu s. XV. superlita, quae* ut *omisit.* e) est *del. et superscr.* fert 1, *et ita* 1[a. b]. 2[a. b]. f) dalesceret 2[a]. g) alio *corr.* alieno 1. h) o. n. 2[b]. i) *uncis inclusa desunt* 1. 1[a. b], *in codd.* 2[a. b] *leguntur, sed in* 1 *post* spir. *signum quoddam erasum, quod ad hoc additamentum olim insertum spectavisse videtur.* k) quindecim 2[a]. l) extr. d. cl. ultimum 2[a]. m) Karolomannus *h. l.* 2[a].

1) *Cf. Horat. Carm. III,* 30, 1. 4. 5. 2) *Cf. supra c.* 6. 3) *Certe verisimile est, quod auctor suspicatur, Lullum propter potestatem suam a monachis Fuldensibus repulsam animum induxisse, ut suum monasterium ipse construeret.* 4) *Haec ex Einhardi Vita Karoli c.* 3. 28. 30. *composita, multis tamen verbis aucta et amplificata, praesertim plura in favorem Karoli, in invidiam Karolomanni addita sunt.* 5) *Cf. Sallust. Iug. c.* 5: Cui cognomen postea Africano ex virtute fuit.

retur[1]. Hii duo, ut paci et concordiae prospicerent, paternum inter se divisére[a] regnum. Nec[b] tamen ad tutelam pacis id factum potuit sufficere. Karlomannus[c], *p. 144. vir ferocis naturae, totus *ambitione preceps rapiebatur, neque irae aut cupiditati suae aliquatenus[d] moderabatur, dummodo, fratre eiecto, solus regno potiretur. Sed Karolus lenis ingenii et provectae admodum gravitatis erat. Is fratrem iuveniliter tumultuantem paciendo magis quam iniuriis obviam eundo mitigare conabatur. Erat quidem tum gratia et favore totius populi, tum propriis viribus, tum usu et peritia rei militaris, tum copia omnium quae bellis oportuna esse solent multum fratre instructior. Mitius tamen cum fratre agendum iudicabat, scilicet maiori sibi gloriae apud Deum et apud homines fore existimans, si potius fratri ad tempus cederet, quam acceptas a fratre iniurias pessimo exemplo ultum iret. Nec tamen idcirco Karlomannus de ferocitate animi quicquam remittebat, sed tumultuosius in dies agere, rumpendi federis occasiones querere, totum denique robur regni sui in odium atque ad perniciem fratris sollicitare. Iamque eo processerant[e] inimiciciae, ut ex[f] occultis detractionibus ad apertam vim et publicum bellum res spectare videretur; nec erat in ambiguo dissensionem hanc luctuoso exitu esse terminandam. Verum periclitante hoc modo statu rei publicae commode affuit misericordia Dei. Nam Karlomannus, dum fratri iamiam[g] arma inferre et regnum per vim totum in se transferre[h] moliretur, egritudine preventus interiit 771.
et optimo viro fratri suo nefariae concertationis necessitatem exemit, biennio fere postea quam pater eius Pippinus naturae concesserat. Ita Karolus principatum solus optinuit[i], vir in bellicis[k] rebus valde strennuus et ad omnia quibus animum adiecisset[l] efficacissimus. Et revera, si vel Titum Livium vel Crispum Salustium suarum rerum gestarum scriptorem nactus fuisset, salva fide dixerim, quod vel Iulii vel Augusti Cesaris vel cuiuslibet illustrissimi Romani imperatoris gloriam tam belli quam pacis artibus exequasset. Extant[m] quidem eius

a) regnum div. 2[a]. b) Nec — sufficere *om.* 2[b]. c) Karolomannus *h. l.* 2[a]. d) aliquatinus 2[a] *semper.* e) cesserant 2[a]. f) *om.* 2[a]. g) iam 2[a]. h) tranferre 2[b]. i) obtin. 2[b]. k) in becillis 2[b]. l) iniecisset 2[a]. m) Exstant 2[a].

1) *Eadem verba leguntur in Lamperti Inst. Herveldensis fragmento, infra p.* 347, *l.* 20.

gesta, sed pro rerum dignitate breviter nimis et strictim descripta[1]. Quae tamen quisquis legerit, inveniet, quod is primus ex regibus Francorum appellatus sit[a] Romanorum imperator augustus, idque nomen etiam in successores[b] suos transfuderit, si qui tamen virtutem eius[c] et industriam emulari potuerint[2]; quod rem publicam XLVII[d] annis strennue rexerit, magnifice auxerit, pacatissimam atque fama, opibus, edificiis, moribus, legibus ornatissimam decedens reliquerit. Sed nos ad propositum, unde digressi sumus, revertamur].

*15. Archiepiscopus Lullus[c], qui semper animo agi- *p. 144.
taverat flagrantis in Deum spiritus aliquod[f] documentum transmittere in posteros, cum res hoc modo temptata minus prospere cessisset[g], aliud aggreditur melioribus profecto[e]´ auspiciis, et quod[h] Deo aspirante laetiores habiturum esset[h] exitus. Locus erat in saltu Buchoniae[i], cui Herollosvelt[k] nomen indidit antiquitas[l], habitacioni
785. monachorum peroportunus. In[3] hoc abbas Sturmio[m] tempore, quo primum ad solitariam silvestremque vitam eum fervor spiritus precipitem agebat, consederat, ac[n] erutis, quae faciem loci occupaverant[o], arbustis, parvas sibi[p] fratribusque cellulas operê impolito construxerat, novemque ibi annos iam[c] evolverat. Sed beatum[q] Bonifacium, licet amenus loci situs et aquae oportunitas alliceret, offendit tamen latus contiguum Saxonibus. Nam paganis ritibus adhuc tenebantur, et plerumque [in[r] Thuringiam et Hassiam[s]] et[t] [in[u]] proxima quaeque[t] loca impetum facientes, cedes hominum et depopulationes agrorum non modicas dabant. Horum suspecta semper eruptio, etiamsi minus periculi, multum tamen terroris et formidinis[v] incussura fratribus videbatur. Ut hanc

a) apell. est 2^{b}. b) suos succ. 2^{a}. c) *om.* 2^{a}. d) quadraginta septem str. annis 2^{a}. e) *superscr.* 1. f) aliquid 1^{b}. g) *in loco raso* 1. h) *om.* 2^{b}. i) bůchonie 2^{a}. k) herollosfelt $1^{a\cdot b}$; herolfesfelt 2^{a}, *quod Lamp. in exemplari 2 scripsisse videtur;* hersvelt 2^{b}. l) posteritas *del. et superscr.* antiquitas 1, *et ita* $1^{a\cdot b}$. $2^{a\cdot b}$; posteritas *ed. Lov.* m) sturmis 2^{b}. n) aut 2^{a}. o) occuparant 2^{b}. p) ibi fratribus 2^{a}. q) b *e corr.* 1. r) *sic* $2^{a\cdot b}$; in Th. et H. *desunt* 1. $1^{a\cdot b}$. *ed. Lov., sed in 1 hoc loco superscr.* ꝺ, *cum tamen in margine nimis rescisso nihil inveniatur, ad quod hoc signum spectet; certe vero olim illa verba suppleta erant, ut apparet etiam ex nota* t; *cf. infra p.* 330, *l.* 27. 28. s) assiam *corr.* hassiam 2^{b}; asiam 2^{a}. t) et *et* quęque *superscr.* 1. u) *om.* $2^{a\cdot b}$, *quod Lamp. in exemplari 2 delevisse videtur.* v) formidius 1.

1) *Einhardi Vitam Karoli dicit.* 2) *Nota Lamp. in Inst. Herveld., infra p.* 351. *Heinricum III. Karolo Magno aequum dixisse, sed in annalibus (supra p.* 71; *sed cf. p.* 135, *l.* 34) *acerbius de eo scripsisse.* 3) *Haec —* quo nunc Fuldense monasterium conspicitur occupaverunt *Lamp. ex Vita Sturmi c.* 4—11. *sumpsit.*

incommoditatem evaderent, opere precium visum est beato Bonifacio, ut altius in Buchoniam[a] sedes promoverent[b] locisque ab accessu tucioribus insiderent. Illi solum, quo nunc Fuldense[c] monasterium conspicitur[d], 744. occupaverunt; locus[1] Herveldensis tradente beato Bonifacio in proprium[e] cessit[f] sancto Lullo, qui iam tum forsitan construendi illic monasterii desiderium animo conceperat.

16. Igitur, postquam modo[g] quem dixi[h] a Fulden- c. 774. sibus defecerat, in hunc locum omnes copias suas dedita opera coegit. Succisis profusius arbustis, amplioris numeri[i] fratribus spacium laxavit et[k] ipsum cultioribus aedificiis extruere aggressus est, atque ob id acriore[l] vi ceptis incubuit, ut fractum priori adversitate animum sequenti rerum successu restitueret. Nec spem fefellit eventus. Nam brevi temporis processu Hervêldense nomen in inmensum gloriae et magnitudinis culmen evaserat. Iam denique satis clarum satisque pollens cum[m] frequentia tum eximia conversatione servorum Dei habebatur. Opibus etiam, *agris ac familiis[n] magis magisque *p. 145. in dies augebatur, partim studio beati Lulli[2], sapientis[o] admodum viri, partim liberalitate principum tocius regni, qui pio eius desiderio summa ope omnes annitebantur. Preterea frequentes eo confluebant homines[p] celebris in seculo et famae[q] et familiae, qui, vênditis rebus fami- *Act.* 4, 34. 35. liaribus, precia earum afferebant et secundum instituta[r] primitivae aecclesiae *simulacra gentium, argentum et* *Ps.* 113, 4. 134, 15. *aurum,* substernebant pedibus apostolorum Simonis[s] et

a) boch. *corr.* buch. 1, *et ita* $1^{a \cdot b}$; bůch. 2^{a}; boch. 2^{b}. b) prouov. *corr.* promov. 1. c) fuldendense, *del.* den 1. d) *om.* 2^{b}. e) properium 2^{b}. f) discessit, *del.* dis 1; cessit in pr. $1^{a \cdot b}$. g) eo m. $1^{a \cdot b}$. h) predixi, pre *deleto corr.* dixi 1, *et ita* $1^{a \cdot b}$. $2^{a \cdot b}$. i) nueri *corr.* numeri 1. k) *om.* $2^{a \cdot b}$, *quod Lamp. in exemplari 2 delevisse videtur.* l) acriori 2^{a}. m) tum 2^{a}. n) famulis *corr.* familiis 1, *et ita* $1^{a \cdot b}$. $2^{a \cdot b}$. o) adm. sap. *litteris* b. a *superscr. corr.* sap. adm., *sed litterae* b. a *erasae* 1; b. viri L. sap. adm. 1^{a}; b. viri L. adm. sap. 1^{b}; *ut editum* $2^{a \cdot b}$. p) omnes 2^{a}. q) familie et fame 2^{a}. r) institututa (*vel* institutiva?) 1, *manu demum s. XV. corr.* instituta, *et ita* $1^{a \cdot b}$. $2^{a \cdot b}$. s) sym. $1^{a \cdot b}$. $2^{a \cdot b}$.

1) locus — cessit sancto Lullo *ex coniectura scripsit, usus Karoli M. diplomate dato a.* 775, *Ian.* 5 *(Reg. Imp. I, nr.* 172*), Wenck, 'Hessische Landesgesch.' III,* 2, *p.* 6, *nr.* 4, *qui dicit:* Lullo Mogontiae episcopus nobis innotuit, eo quod cenubium aliquo infra regna nostra vasto in loco qui dicitur Hairulvisfelt super fluvium Fulda monasterium aedificasset in sua proprietate. 2) *Cf. chartas ab eo impetratas, notatas Böhmer-Will, Regesta archiep. Magunt. I, p.* 39—44, *et Breviarium S. Lulli, id est registrum bonorum eius tempore monasterio Hersfeldensi adquisitorum, in 'Zeitschr. d. Ver. f. Hessische Gesch. u. Landesk.' X (*1865*), p.* 184—192.

Thathei[a]. His[b] enim aecclesia loci attitulata erat. Ea causa opes monasterii non minimum auxerat. Unde gloria loci eius eo[c] brevi adoleverat, ut, quae ante aliquot[d] annos arbustis consita feris agrestibus gratum prebere[e] latibulum conspiciebantur[f], nunc cultoribus frequentata[g] atque augustissimis edificiis nobilitata[g] cerneres, comprobato etiam ad litterae superficiem vaticinio Esaiae[h]
Is. 5, 17. promittentis, quod deserta in ubertatem versa advenae comedent. Ad hanc loci claritatem humana virtute partam[i] accessit etiam pietas Domini, et pro magnitudine sua dignis eum muneribus honestavit, insigne dans documentum spectantis eô animi et benivolentiae suae.

17. Episcopus, ut supra expressimus[k], cum ab exordio iacti fundamenti aecclesiam monasterii beatis apostolis Simoni[l] et Thatheo[m] attitulasset, atque iam ingentem loco reverentiam tanti patrocinii maiestas comparasset, angelica in somnis voce est admonitus[1], ut corpus beati Wigberti eo transferret. Is[n], sicut editus de vita eius libellus indicat[2], paulo superioribus[o] annis accitu sancti Bonifacii de Brittannia[p] venerat. Cumque diu in Galliis vitam morum gloria ornatissimam exegisset, vir illa profecto[q] aetate clarissimus et monasterialis disciplinae exercicio nulli antiquorum patrum secundus, tandem felici[r] in Christo dormitione sopitus, in oppido Friteslar[s] sepulturam acceperat. Ossa eius iam de loco in locum sepenumero fuerant translata, idque propter timorem Saxonum, qui plerumque in Turingiam et Hassiam[t] irruptione facta, agros ac villas armata manu populabantur, ne quid videlicet nefarii facinoris barbaricus furor in sanctas reliquias presumeret. Tum temporis, quo haec gerebantur, *in castello quodam cui *f. 26'.
nomen est[u] Burinburg[v] ob munitionêm loci servabantur,

a) tathei $1^{a \cdot b}$. 2^{b}; thadee 2^{a}. b) His — attit. erat *alio atram., sed eadem manu in loco prius vacuo relicto* 1; His etiam 2^{b}. c) br. eo *litteris* b. a *superscr. corr.* eo br. 1, *et ita* $1^{a \cdot b}$. $2^{a \cdot b}$. d) t *e corr.* 1; aliquod 1^{b}. 2^{b}. e) pre *superscr.* 1. f) ntur *post deleta videntur* 1; conspiciebat 1^{a}; conspiciebatur 1^{b}. g) *post corr.* frequentatā — nobilitatā 1, *et ita* $1^{a \cdot b}$. h) esaię 1^{a}; easaie 2^{b}; ysaie 2^{a}. i) partim 2^{a}. k) diximus 1^{b}. l) sym. $1^{a \cdot b}$. $2^{a \cdot b}$. m) tatheo $1^{a \cdot b}$. 2^{b}; tadeo 2^{a}. n) *hoc loco in* 1 *scriptura aliquatenus mutata indicatur scriptorem depositum calamum resumpsisse.* o) suporibus 1; superius 1^{b}. 2^{a}. p) Hibernia *del. et superscr.* brittan[nia], *extrema sillaba abscissa,* 1, *et ita* $1^{a \cdot b}$ (britann. 1^{b}). $2^{a \cdot b}$; Hibernia *ed. Lovan.* q) etate prot. 2^{a}. r) in Chr. fel. 2^{a}. s) frideslar 2^{b}. t) et H. *superscr.* 1; asiam 2^{a}. u) *om.* 2^{a}. v) buriburg 2^{a}, *ut Lamp. in* 2 *scripsisse videtur;* buriburc 2^{b}.

1) *Lupus in Vita S. Wigberti c.* 24, *SS. XV,* 1, *p.* 42, *scribit non ipsi Lullo, sed Albuino episcopo Buraburgensi hoc praeceptum esse.* 2) *Sequentia ex Vita S. Wigberti c.* 4. 5. 10—13. 24.

pro maiestate tam insignis personae non satis honesto loco reposita. Tamen propter miraculum et novitatem signorum, quibus etiam circa aridos cineres confessoris sui viva Dei gratia efflorebat, quottidie[a] magno populi concursu frequentabantur. Archiepiscopus igitur ad exequendum negotium se[b] haud satis impigrê movebat[c]. Verebatur forsitan levitatis argui, si[d] ad implendam rem tam eximiam post primam statim iussionem preceps abiret. Verum dum cunctando ac deliberando tempus tereret, angelica você secundo[e] ac tercio similem in modum est commonitus[1], ut precipitaret moras nec caelestibus mandatis suam diucius operam denegarêt. Ita deinceps nihil ambigendum ratus, ut facto maior auctoritas inesset, Carolum, penes quem eo tempore ius regium erat, super hoc consuluit[f]. Cum ille libens annuisset, adhibitis sibi[g] tam clericalis quam monastici ordinis viris illustribus[2], locum adiit. Sacra ossa exinde sublata cum magna aecclesiastici apparatus ambicione, sicut iussus fuerat, in monasterium Herveldense transtulit[3]. Quantus honor, profectus[h] et reverentia ex hoc loco illi accreverit, cunctis ibi degentibus hodieque est in propatulo.

18. Post haec beatus Lullus, cum monasterium illud[i] opibus affatim exornasset, edificiis insigniter excoluisset, cunctum domus Domini decorem ad unguem elaborasset, multitudinem quoque fratrum temperatissimis[k] institutis instruxisset, induxit in[c] animum utilitatibus rerum etiam in posterum consulere. Siquidem experimento didicerat divina inter homines parum tuta esse, seculares alieni[l] semper appetentes, dum sibi censum augeant, nihil pensi habere, quam minimo[m] discrimine divina et[e] humana permisceant[n].

a) quott. (q̊tt. *post corr.* cott., *et manu s. XV. superscr.* quotidie) effl. *corr. signis superscr.* effl. quott., *sed signa erasa et manu s. XV. superlita;* effl. cott. 1[a.b]. 2[a.b]. b) *superscr.* 1; se haut satis se *(del.)* 2[a]. c) mouebatur 2[a]. d) sed 2[a]. e) *om.* 2[b]. f) consulut *corr.* consuluit 1. g) *superscr.* 1; *om.* 2[a]. h) prouectus 2[a]. i) *om.* 1[a]. k) temperantiss. 2[a]. l) alieni *corr.* aliena 1, *et ita* 1[a.b]; alieni 2[a.b]. m) minimodis crimine *scripto* 1[a], *scriba post falso corr.* magnis modis et quo crim. n) *hic desinit* 2[b].

1) *Nihil de his commonitionibus in Lupi Vita Wigberti legitur. Quare conicere possis Lampertum legisse Vitam Wigberti metricam, quae periisse videtur, de qua cf. Wattenbach, 'D. GQ.' ed.* 6. *I, p.* 241. 2) *Albuino episcopo et tribus monachis Hersfeldensibus, quos Lupus c.* 24. *nominat.* 3) *Errat auctor, cum hanc translationem ante res a.* 775. *infra narratas actam esse putaverit, cum secundum Lupum c.* 24. *aliquot annis post a.* 774, *quo Saxones Buraburg oppugnarunt, facta sit.*

*19. Itaque[a] piae memoriae Carolum [iam[b] factum *p. 146. imperatorem] eo vocavit[1], opes monasterii, quae profecto erant florentissime, illi[c] demonstravit, numerum servorum Dei, centum videlicet quinquaginta[2], et vitae eorum institutionem exposuit. Dein locum ipsum cum omnibus quae[d] iuris eius essent in tutelam[e] illius tradidit[3], obsecrans, ut rebus invalidis et cupiditati humanae per se expositis patrocinium ferret easque a violentia maiestate nominis sui vindicarêt. Hanc traditionem et patrocinandi[f] ius cunctis deinceps in solium regni succedentibus ratum manere statuit. Nec tamen hoc modo satis firmamenti[c] se rebus contulisse arbitrabatur. Mens provida et immoderato amore loci omnia, etiam tuta formidans, nihil satis firmum satisque[a] munitum estimabat.
775. Multis[4] diebus exactis sinodus indicta est in locum cui nomen est Carisiacus. Eô frequentes convenere principes tocius Galliae. Ipse quoque Karolus ad cognitionem[g] aecclesiasticarum[h] causarum assedit. Ibi archiepiscopus post alia, quorum causa haec[i] indicio fuit[k] celebrata, sermonem de monasterio suo orditur. Id exquisitis precibus cum omnium qui presto erant, tum potissimum regis fidei commendat. Ad impetrandam quoque rebus pacem regale postulat edictum. Tum[l] rex, cunctis principibus in sententiam eius e vestigio abeuntibus[5], legem tulit ratamque fore[m] in perpetuum iussit, ne quis deinceps privato nomine, ne quis publicae dignitatis optentu vim aliquam loco illi faceret; non rex, non episcopus, non aliqua eminens in regno persona ibi quidquam iuris sibi usurparet; creandi abbatis arbitrium penes mona-

a) que *superscr.* 1. b) *uncis inclusa in solo cod.* 2a, *desunt* 1. 1a. b, *sed quoddam signum* Q *superscr.* 1, *quod indicat aliqua addenda fuisse.* c) *superscr.* 1. d) quę 1. e) ill. tut. *corr.* tut. ill. *litteris* b. a *superscriptis, sed erasis* 1; tut. ill. 1a. b. 2a. f) patronandi *corr.* patrocinandi 1. g) c̄gnit. 1. h) ęc̄last. 1. i) synodi *add.* 1a. k) indictio fuerat 2a. l) Tunc 2a. m) *om.* 2a.

1) *Demum a.* 782, *Iul.* 28. *Karolus M. in monasterio Hersfeldensi fuit, septem annis post synodum Carisiacensem, de qua infra in hoc capite refertur; Reg. Imp. I, nr.* 246, *quod diploma auctor forte legit, et nr.* 247. *Falso Lamp. in exemplari* 2 *addidit tunc Karolum imperatorem fuisse.* 2) *Hoc ex Breviario S. Lulli, l. l. p.* 192, *ubi:* Numerus fratrum est CL. 3) *Hoc ex diplomate iam laudato, Reg. Imp. I, nr.* 172, *ubi:* illo monasterio una cum rebus suis ad se pertinentibus in manibus nostris tradidit. 4) *Sequentia Lamp. ex diplomate modo laudato nr.* 172, *dato a.* 775, *Ian.* 5. *in synodo Carisiacensi, procul dubio sumpsit, quamquam verba cum illo minus concordant.* 5) *Cf. supra p.* 71, *n.* 1. 166, *l.* 15 *sq.*

chos esset, suggererent tantum super eius ordinatione regi, quemcumque illis diebus contigisset preesse[a] rei puplice[1]. Huius privilegii nos modo cassos tantum apices tenemus vanamque pristinae auctoritatis umbram veneramur, caeterum abbatem quem principes regni iusserint habemus[2]. Ita cuncta in deterius ruunt[b], cum nec divina nec humana lex valeat apud modernos.

20. Inter haec viro Dei animum pulsavit memoria verbi, quod ei beatus Bonifacius, cum in Fresiam profectionem moliretur, supremo mestus digressu iniunxerat[c, 3], videlicet ut virginem Christi Leobam[d], cum nature debitum exsolvisset, in Fuldensi[e] monasterio tumularet. Hoc[*, 4] eô impensius sollicitabat eum, quod illa in decrepitam aetatem vergebat[f], et ipsum de suae quoque mortis vicinia[g] suspicio iam habebat. Et re vera, si ipse[h] prior excessisset, superstites gravem ac intolerandum hunc habituri erant laborem, ut corpus hominis, licet clarissimi, per tanta terrarum spacia transveherent. Consulens itaque rerum difficultati, familiariter commonuit eam, ut in loca Mogontiae proxima concederet[i], *f. 27. hoc modo sui *quandoque[k] funeris curatoribus multum laboris remissura[5]. Haud mora annuit illa monenti atque in locum cui nomen est Scoranesheim[l] se contulit ibique paucarum religiosarum[m] admodum mulierum contubernio utens, reliquam aetatem anterioribus annis haud

*) *Reliquis huius capitis omissis, ed. Lovan. habet:* quod et diligenter secundum eius dispositionem adimpletum est[6].

a) *superscr.* 1. b) runt *corr.* ruunt 1. c) inunxerat 2[a]; iunxerat vid. ut virg. *om.* 1[a]. d) liobam 2[a]. e) mon. Fuld. *litteris* b. a *superscr. corr.* Fuld. mon. 1, *et ita* 1[a, b], 2[a]. f) urgebat 2[a]. g) *sic* 2[a]; uiciuio 1. 1[a, b]. h) prior ipse 2[a]. i) con *non satis perspicuum* 1, *post. manus certe* ī *corr.* k) que *superscr.* 1. l) soruesheim 2[a]. m) feminarum *add., sed del.* 1.

1) *Nihil legitur in laudato diplomate neque in sequentium regum privilegiis, quod verbis* suggererent — rei puplice *conveniat. Demum in diplomate Heinrici V. dato a.* 1112, *Ian.* 11 *(St.* 3083*), cuius magna pars ex huius Vitae c.* 16. 19. *ad verbum descripta est, haec quoque sententia hinc descripta legitur.* 2) *Cf. praef.* 3) *Supra c.* 6. 4) *Sequentia* — haud imparem exegit *ex Vita S. Leobae c.* 19. 5) *Haec inepte dicta sunt, cum Schornsheim longius distet a Fulda quam Tauberbischofsheim, ubi Leoba eo usque morata est. Neque ob causam ab auctore suppositam Lullus ei hoc suasit. Diplomate supra p.* 332, *n.* 1. *laudato Karolus M. villam Schornsheim, quam Leoba per eius beneficium tenebat, monasterio Hersfeldensi donavit, in possessionem eius post mortem Leobae cedendam.* 6) *Haec, ne monachi Fuldenses offenderentur, reliquis omissis, mutata esse videntur.*

imparem exegit. Caeterum uter[a] utro prior miliciae suae stipendia expleverit maturiusque[b] ad Christum emigraverit, haud satis compertum habemus[1]. Nihil enim super his certi litteris inditum reperimus. Illud integra fide affirmaverim, quod in monasterium Fuldensê delata sit nec tamen unum[c] cum ossibus beati Bonifacii[d] sepulchrum, sicut ipse edixerat[e], occupaverit[2].

21. Sentiêbat[f, 3] iam per spiritum instare diem dormitionis suae. Rem tamen[g] silentio premendam[h] censuit, tum nê tam[i] e vicino imminens mortis articulus necessariis suis merorem iniceret, tum ne iactando prescientiam[k] incideret in ambitionem popularis aurae, quam cunctarum virtutum perniciosam[l] ac mortiferam labem semper duxerat, tum ut êa quae de funere suo apud se disposuerat rectius ac *maturius curarentur. Habebat[m] secum eximiae, ut[n] creditur, sanctitatis virum *p. 147. nomine Albuinum, episcopalis officii negocia post episcopum obire solitum, quem appellatione vulgata corepiscopum[4] vocant, eoque in divinis rebus et privatim et pu-
786. plice adiutore ac[o] sufraganeo utebatur. Huic ad se accersito: 'Causam', inquit, 'incidi, quae ad Herveldense monasterium profectionem maturare me exigat. Tui sit officii, celebratis[p] prius missarum solemniis, me protinus insecuturum antecedere et quae mihi mecumque venientibus sint receptui providere'. Ille morarum impaciens iussa ocius capessit et[q] que proficiscentibus usui forent disponit, missam celebrat, quid[r] tali commento strueretur, penitus ignorans. Cumque incolumi[s] adhuc, ut a

a) utinam 2a. b) maturius 2a. c) *h. l. superscr.* 1. d) unum *h. l. add., sed del.* 1. e) dixerat 2a. f) *nulla capitis distinctio* 1a. b. 2a. g) *ita* 1a. b; tā, *ut videtur, primo scr., deinde correctum, sed manu s. XV. superlitum, quae corr.* tū *vel* tn̄ 1; autem 2a. h) primendam 2a. i) *num* tam *an* iam *in* 1 *superscriptum sit, non satis perspicuum;* tam 1a. b. 2a. *ed. Lovan.; cf. supra p.* 232, *l.* 20: e vicino iam imminente die; *p.* 228, *l.* 9: tam e vicino imminentis exicii. k) presc. — virtutum *om.* 1a; pr. iniceret 2a. l) pernec. *post corr.* pernic. 1. m) r *hoc loco in marg. scriptum* 1 *forte rubricam faciendam indicat; neque tamen in* 1a. b *hic novum caput incipit.* n) ut cred. *superscr.* 1. o) *superscr.* 1, *alia voce* (et?) *deleta.* — suffrag. 2a. p) pr. cel., *litteris* a. b *superscriptis corr.* cel. pr. 1, *et ita* 2a; pr. cel. 1a. b (cęl.). q) *om.* 2a, *fortasse in* 2 *a Lamp. deletum.* r) quod 2a. s) incolomi 1a. 2a; incolomis 1b.

1) *Nos quoque ignoramus; cf. SS. XV,* 1, *p.* 130, *n.* 3. 2) *In ipsa Vita Leobae c.* 21. *Ruodolfus narrat monachos Fuldenses eam Fuldam transtulisse, et exponit, cur extra sepulcrum S. Bonifacii sepulta sit.* 3) *Quae hoc capite narrata sunt nullo libro nituntur, sed ex traditione Hersfeldensi manasse videntur, ni potius commenticia omnino sunt, quod mihi quidem persuasum habeo.* 4) *Albuinus non fuit chorepiscopus, sed episcopus Buraburgensis. Hoc scripsisse videtur auctor, quia in V. Wigberti c.* 24. *legit eum fuisse suffraganeum Lulli et praesulem oppidi Buraburgensis, ubi sedem episcopalem quondam fuisse ignoravit.*

medicis dici solet, temperie[a] tocius corporis sacramentis dominicis participasset, repente spiritum exhalavit[1]. Et ne quis[b] fortuitum id fore suspicaretur, mirum in modum eodem momento et vitam finivit et missam. Archiepiscopus tantae rei miraculo nihil permotus, sed industrium mortis suae[c] precursorem[d] pronissimo favore amplexatus, navi iussit imponi et per Rhenum[e] amne secundo devectum in loco qui dicitur Hohstedi[f. 2] exponi[g]. Ubi cum ad funeris officium frequens de toto episcopatu populus occurrisset, magnifice susceptus, per terram in Herveldense monasterium est translatus[3]; nec ulla[h] funebrium honorum ambitione caruit, si quis honor tumuli, si quod solamen humandi est, transmissa in omnes fide[i] solida, quod[k] magni momenti sint[l] apud Deum eius[m] merita. At beatus Lullus eodem quo instituerat ordine in monasterium Herveldense contendit. Ubi protinus morbo attactus, cum ordinationis suae annum ageret trigesimum secundum[4], XVII. Kal. Novemb. honestissima morte perfunctus naturae concessit, suumque precursorem [dextro[n] tramite] insecutus, ut optamus, ut speramus, ut certissime confidimus, caelestis curiae senatoribus est annumeratus, sessurus quandoque cum choro apostolorum in subselliis iudicialibus[5] et iudicaturus XII tribus Israel[o]. Nam quantis apud Deum emineat

786. — *Oct.* 16. — *Luc.* 22, 30.

a) temperie 1. 1[a], *signo compendii eraso corr.* temperie 1[a], *et ita* 1[b]. 2[a], *quod Lamp. scribere voluit et in exemplari 2 correxit.* b) quid 2[a]. c) suę 1. d) precursore 2[a]. e) renum 2[a]. f) hostedi 1[b]. g) deponi *corr.* exponi 1, *et ita* 1[a. b]. 2[a]. *ed. Loran.* h) ullo fun. rerum honore caruit 2[a]. i) fides, *quod Simson l. l. I, p.* 535, *n.* 1. *proponit legendum, sensum planum clarumque huius sententiae turbaret.* k) q̂đ 1. l) apud deum sint 2[a]. m) *om.* 2[a]. n) *sic* 2[a]. *et ed. Loran.*; d. tr. *om.* 1. 1[a. b]. o) ysrł 2[a].

1) *Quando Witta vel Albuinus obierit, alibi non traditum est; si nostro fides, a.* 786. *Cf. Simson, 'Jahrb. d. Fränk. Reichs u. Karl d. Gr.' I, p.* 535 *sq.* 2) *Hoechst ad Moenum fluvium. Auctor illarum regionum parum gnarus fuisse videtur. Moguntiaco enim Hersfeldiam profecturus, traiecto Rheno, Moenum adverso flumine, non Rhenum secundo flumine sequitur, ut J. v. Hecke, Acta SS. Oct. VII, p.* 1091, *n.* r, *adnotavit; emendationem vero, quam proponit, reiciendam esse iam codice autographo probatur. Nescio, num, ut haec scriberet, auctori ansam dederint quae Eigil in V. Sturmi c.* 16. *dixit: (corpus S. Bonifatii)* usque ad Hohheim villam, quae in ripa Moyn consistit, navigio transvectum est. 3) *Albuinum in monasterio Hersfeldensi sepultum esse testatur etiam epitaphium eius, recentioris quidem aetatis, quod Brower ibi sepulcro eius affixum vidit et edidit Antiq. Fuld. p.* 41. *De falsitate notitiae, quae eum Buraburg sepultum dicit, vide SS. XV,* 1, *p.* 40, *n.* 1. 4) *Annos* 32 *episcopatus tribuunt Lullo Ann. Lauriss. min., Fuld., SS. I, p.* 116. 143; *cf. Böhmer-Will, Reg. arch. Magunt. I, p.* 44; *Simson l. l. I, p.* 536, *n.* 1. 5) *Cf. supra p.* 248, *l.* 28.

meritis, etiamsi vitae clarissimae et insigniter actae memoria obsolevisset[a], indicio tamen essent tot ac[b] tanta miracula[1], quibus, licet carne mortuus, vivit tamen apud superstites[c] carne quondam vivente multo[d], ut ita dicam[d*], vivacius[e]. Vivens enim paucorum, mortuus cunctorum[f] pêne aures ac mentes occupavit. Ex his animo sedet[g] pauca revolvere, ut procul facessat invidia[2], a qua ne nunc quidem vindicat eum sinus Abrahae et nomen[h] celeberrimum iam in aecclesia. Nos ei iam vota facimus, iam divinos propter Deum honores deferimus, iam solemnes ferias instituimus, et adhuc contra eum saevit[i] invidiae pestis infestissima et petulanti lingua, sicut solêbat viventem et cum corruptis moribus comminus conflictantem[k], ita etiam modo insectatur cum Christo regnantem. Sed nos tempus iam dudum terimus, propositum pocius aggrediamur, hoc breviter commonito[l] lectore, quod raro virtuti cum viciis conveniat.

852. 22.[m] Post traditum sepulture corpus beati Lulli sexagesimus iam fluxerat annus[3], et fratribus, qui tum temporis in monasterio Herveldensi divinas agebant[n] excubias, incidit in animum, ut sacra *ossa levarent[o] et *f. 27'. loco cęlebriori componerent. Cumque saxum quo sarcophacus[p] tegebatur adhibita ingens religiosorum hominum vis amovisset, erat videre grande atque ab hominum memoria inusitatum miraculum. Corpus tanti[q] temporis processu terra obrutum nullam senserat corruptionis iniuriam; eam vultus honestatem, eam membrorum omnium[r] dignitatem, eum[s] vestimentorum quoque nitorem preferebat, ut ipsa eum die expirasse aut sopore pocius quam morte sepultum crederes[t]. Sinistri tantum pedis caliculam vetustas absumpserat. Id fortuitum fuêrit, an aliquid secrecioris intelligentiae sensibus intuentium in-

a) obsoluisset 1a; obleuisset 2a. b) *superscr.* 1, *alia voce* (et?) *deleta.* c) d e u m s u p e r s t e s 2a. d) ulto *corr.* multo 1. d*) d i x e r i m 2a. e) *sic* 1a.b. 2a. *ed. Lovan.* (uiuatius 1a. 2a); ī uiuacius 1. f) pene cunct. 2a. g) *om.* 1a.b. h) iam *hic add., sed del., post* celeb. *superscr.* 1, *et ibi* 1a.b. 2a. i) sęut *corr.* sęuit 1; seuit 1a.b. 2a. k) conflictam rem 2a. l) lect. comm. 1. 1b, *litteris* a. b *superscriptis corr.* comm. lect. 1, *et ita* 1a. 2a. m) *novum caput non incipit* 1a.b. n) agebat *corr.* agebant 1. o) levare *corr.* levarent 1. p) sarcophagus 1a.b. 2a, g *e corr.* 1a. q) tauto 2a. r) *om.* 2a. s) aspectus *add.* 1a.b. t) *hic desinit* 1e, *ubi add.:* Hec sunt opera omnipotentis Dei, qui novit sanctos suos varie *(e corr.)* mirificare. Cui est honor et gratia in secula seculorum. Amen.

1) *Nota similia verba Lamperti de obitu Stephani papae a.* 1058, *supra p.* 73. 2) *Fuldensium monachorum.* 3) *Cf. Ann. Altah. p.* 6. *et supra p.* 26: 852. Translatio sancti Lulli in cena Domini, 66. *igitur anno post obitum Lulli haec facta sunt.*

nuerit[a], divini sit examinis; ego[b] ita existimo[c], eos non sobrię, non mediocriter sapere, qui de rebus tam archanis adeoque ab humana[d] scientia remotis temere sententiam *p. 148. dictitaverint[e]. Igitur cum illud *immani pondere saxum, quod operiendo corpori comparatum diximus[1], huc atque illuc volutaretur, forte manus fugit volutantium et fratri 2a. f. 74c. cuidam propter astanti — Gerhelm[f, 2] *huic nomen erat — ita[g] pedem contrivit, ut ossibus cum carne pariter comminutis, forma etiam pedis amissa, fedum ac miserabile spectaculum preberet circumstantibus. Hoc casu concussis omnium animis et merore[h] amarissimo confectis, inter manus [fratrum[i]] tollitur atque in cellam[k] infirmorum desperata sanitatis recuperatione defertur. Sed cito beatus Lullus hoc scrupulo merentium fratrum corda expedivit. Nocte proxima cum languidum sopor oppressisset, ita repente suus[l] membris omnibus vigor rediit, ut ymnis quoque matutinalibus interesset, nulla tantae calamitatis ne cicatrice quidem superstite[m. 3].

23. Alio itidem tempore erat[n] in eodem monasterio frater maturis admodum moribus et potissimum prono ad omnem obedientiam animo. Is Williger nomen habebat, editui functus offitio. Forte autem claves aecclesiae perdiderat. Cumque hoc aegre nimium ferens *f. 74d. totam monasterii *suppellectilem querendo evertisset, omnisque incassum labor effluere, tandem ad domesticum illud et familiare monachis presidium animum intendit. Tota precum ambitione, toto lacrimarum flumine post Deum beato Lullo incubuit, ut in artum conclusae spei maturius effugium inveniret. Nec abnuit Dominus,

a) inuenerit 2[a]. b) *ita* 1[a. b]. 2[a]; is ego i *iam evanuere, liquore deleta* 1. c) eos ex. *litteris* a. b *superscr. corr.* ex. eos 1, *et ita* 2[a]; eos ex. 1[a. b]. d) huma, na *superscr.* 1. e) dictauerint 2[a]; *hic desinunt codd.* 1[a. b. c. d]. f) gerlehm 2[a]; *nominis littera* m *iam evanuit* 1; *desinit* 1, *reliqua parte paginae* 27'. *vacua relicta; reliqua solus praebet* 2[a]. g) *sic ed. Lovan.*; ita p. contr. *om.* 2[a]. h) *emendavi*; more 2[a]. i) *suppleri, deest* 2[a]. k) *sic dubius emendavi*; ecctia 2[a]. l) *sic ed. Lovan.*; suis 2[a]. m) *hoc loco desinit ed. Lovan.* n) *suppleri, deest* 2[a].

1) *Quod non dixit, sed saxum olim sepulcro superpositum amotum esse.* 2) *Nota de monacho huius nominis capitulo primo Miraculorum S. Wigberti, SS. IV, p.* 224, *relatum esse.* 3) *Cf. supra p.* 126, *l.* 21. — *Surius, De prob. Sanct. hist. (Coloniae* 1574*) V, p.* 840, *(Coloniae* 1618*) IV, p.* 269 *sq. breve Vitae Lulli excerptum edidit, ubi idem finis atque in edit. Lovaniensi habetur. Sed sequuntur ibi haec:* De eodem beato praesule hi quoque versus extant:

Antistes Lullus, quo non est sanctior ullus,
Pollens divina tribuente Deo medicina,
Occurrit morbis, ut totus praedicat orbis.

Quos versus etiam habet Nic. de Siegen ed. Wegele p. 155.

spectatum faciens rerum experientia, quid[a] momenti *Iac.* 5, 16. habeat deprecatio iusti assidua. Quadam die frater idem maturius se ad aecclesiam agebat, et ecce vulpem predictas claves in ore tenentem offendit pro foribus occubuisse et commissi sceleris penas morte expendisse. Fratribus ad hoc spectaculum concurrentibus et inusitatae rei miraculo stupentibus, cum auctorem facti beatum Lullum prodidisset, facile cunctis persuasit, ut crederent eum haut obscuro apud Deum loco haberi, qui posset in oculis hominum tam stupenda operari.

24. Erat matrona quedam in familia sancti Lulli nomine Raginswint, rebus familiaribus effuse effluens, sed cecitate oppressa, ipsas quibus effluebat opes ignorabat. Hanc suorum frequens exhortatio in eam fidem adduxerat, ut spe certissima conciperet se a beato Lullo incumbentis mali remedium posse consequi. Forte autem *Oct.* 16. natalicius eius dies instabat. Ad quem celebrandum cum ipsa quoque populo, qui stipatus eo confluxerat, sociata occurrisset et osculum fixura — quod religioni ducitur[b] apud populares animos — caput sacro altari applicuisset, visum recepit, et clausis diu oculis repente splendor illuxit non frustra sperati luminis.

25. Puella quedam Hemma *nomine egritudine non *f. 75a. minus gravi quam diuturna laborabat. Nam a tenera aetate paralysi morbo resoluta, nullo, ne ad cibum quidem ori porrigendum usa fuerat membrorum ministerio. Cumque iam in magna sanitatis desperatione suppremum traheret spiritum, seculari eius domino, cui Gozbertus nomen erat, astitit in somnis vir aspectu venusto, canitie cignea, habitu pontificali, gravitate admodum temperata, quem beatum Lullum esse multis elucebat inditiis; isque benigne salutato precepit, ut puellam hanc in monasterium Herveldense deferret, reperturam ibi Deo propitio diutinae valitudinis solatium. Retulit ille protinus visum ad vicinos. Fides habita est referenti; nec alio quam ut visum fuerat ordine rei processit eventus. Nam veniens eó cum puellam detulisset in aecclesiam sanctae Mariae sitam in monte qui proximus[c] monasterio imminet, beato Lullo, qui huius profectionis auctor fuerat, opem ferente, extimplo coevum sibi membris omnibus torporem exuit, et dissuetum diu defuncti corporis usum voti compos recepit.

a) qd' (quod) 2a. b) dicitur 2a. c) est *add., sed del.* 2a.

26. Refertur et aliud de eo miraculum, quod contra eos potissimum faciat, qui tanti viri virtutibus fidem derogant et in eo incredulitatis febre confecti tabescunt, per quem paralyticos ad sospitatem corpoream respirare conspitiunt. Hartwinus quidam religiosus in vico Aspach aecclesiam susceperat construendam. Quodam die unus fratrum Fuldensium Biso nomine viam[a] fatiens, viso illic homine, quem familiarissime notum habebat, substitit, habitoque cum eo colloquio, cum per diversa tam seria quam ludicra, ut fit inter amicos, sermo licentior vagaretur, (*f. 75b.) *incidit mentio beati Lulli. Tum ille, tamquam invisum suis nomen non ferens, mirari cepit, unde primum is honor habitus sit viro, qui tanto furore debachatus sit contra fratres Fuldenses et ad opprimendum nomen Fuldense tantos conatus neglecto timore Dei effuderit[b]. Multa preter haec in iniuriam beati viri mordaciter magis[c] quam facéte iocatus, tandem discessit iter quod instituerat peracturus. Eo tempore Fulda fluvius alveum suum evagatus totam adiacentis campi planiciem occupaverat, vix angusti tantum tramitis callem itinerantibus reliquum fecerat aquarum effusio. Quem dum carpit . . .[d] et tumidus ille Dei sanctorumque eius convitiator, equus, quo vehebatur, furore, ut opinor, agitatus in profundissimam aquam se[e] cum sessore suo precipitem dedit, Deo illi dignam vicissitudinem referente[f] pro incontinentis linguae petulantia. Cumque totum cum sessore suo equum aqua profundior obsorbuisset, omnemque mortis evadendae spem periculi magnitudo absumpsisset, rediit misero in mentem, quod sua in virum Dei invectione hanc sibi calamitatem ipse peperisset, statimque ex intimo corde facti penitens, quoniam lingua non poterat aquarum violentia oppressus, animo iam per necessitatem rerum correcto[g] veniam precabatur. Nec mora pietas Domini per interventum beati Lulli presto affuit periclitanti. Nam equum, cuius dorso excussus iam subter aquam moribundus fluitabat, per caudam arripuit, eique tenatius inherens, vita comite, membrorum incolomi statu in siccum evasit[1], in-

a) *emendari;* iam 2a. b) effudit 2a. c) magis *suppleri ex loco annalium, supra p. 92, l. 20, deest* 2a. d) *adiectivum quoddam supplendum est.* e) *eadem manu superscr.* 2a. f) referentis 2a. g) correctio 2a.

1) *Nota in Mirac. S. Wigberti c. 1, SS. IV, p. 224, miraculum de Gerhelmo monacho Hersfeldensi ex aquis Fuldae fluvii erepto narratum esse, cuius nomen Lamp. supra c. 22. usurpavit.*

signe cunctis prebens documentum, *ne quis deinceps *f. 75 sanctum virum iam in caelis triumphantem[a], iam cum Abraham et Ysaac et Iacob accubantem[b] audeat sermone temerario lacessere[c].

27. Istud igitur in calce huius historiae satis, ut arbitror, oportune annexerim. Quod tamen ipsum, *si quid veri*[d] *mens augurat*[1], scriptori non nihil[e] invidiae conflabit, apud eos potissimum[2], qui in contumeliam suam referent, quicquid in laudem viri huius ambitiosius dixi. Sed ego nullam invidiae, nullam odii, nullam persecutionis, si ea immineret, tempestatem gravem ac metuendam duco, quam cum tali viro mihi[f] communem fore video. Illud tantum sibi a me responsum habeat iniquus ille quicumque est calumpniator, me non rudem cúdere materiam, sed in qua et alii scriptores iam ingenia sua detriverint; malignum me fuisse interpretem, si quid ab aliis scriptoribus traditum, quod modo ad rem attineat, ego aut odio motus aut gratia silentio preterissem. Rerum fides potissimum penes illos erit[3]. Ego mihi[f] eam tantum operam iniunxeram, ut de Vita sancti Bonefatii, sanctae Lyobae, Sturmionis abbatis, item et ex cyrografis et decretis principum, qui ea tempestate Galliis presidebant[g], quaeque in memoriam huius viri dicta excerperem et ea quasi disiecta historiae[h] membra[4] in unius libelli corpusculum congererem.

EXPLICIT VITA SANCTI LULLI EPISCOPI.

a) tryumph. 2a *semper*. b) accubentem 2a. c) lassessere *statim corr.* lascessere 2a. d) uera 2a. e) nichil 2a *semper*. f) michi 2a *semper*. g) p̱sidebant (persid.) 2a. h) hystorie *h. l.* 2a.

1) *Haec sunt verba Vergili, Aen. VII,* 273. 2) *Monachos Fuldenses.* 3) *Vide quae de hoc loco in praefatione dixi.* 4) *Horat. Sat. I,* 4, 62: disiecta membra poetae.

LAMPERTI

LIBELLI DE INSTITUTIONE HERVELDENSIS ECCLESIAE QUAE SUPERSUNT.

S. V, p. 136. INCIPIT PROLOGUS IN LIBELLUM DE INSTITUCIONE HERVELDENSIS[a] AECCLESIAE[b].

Iesu[c] dormiente navis periclitatur aecclesiae. Pug- *Luc.* 8, 23.
nant inter se venti in mari magno, et nullus Daniel in- *Dan.* 7, 2.
venitur, qui oret pro populo. Immo non prevalet Daniel,
nisi adversus principem Persarum precibus eius resisten-
tem archangelus prelietur Gabriel. Vere etenim, vere
domus Israel domus est exasperatrix, et iniquitas eius *Ezech.* 2, 8. *ib.* 9, 9.
magna est nimis. Idcirco dedit Dominus potestatem
mucroni suo, ut vadat *ad dextram sive ad sinistram, quo-* *ib.* 21, 16.
cumque faciei eius *est appetitus.* Quapropter ingemiscat
Ezechiel et ingemiscat in contricione lumborum, ut *ib.* 21, 6.
non faciat Dominus consumationem Israel. Dicat etiam *ib.* 11, 13.
ad Dominum angelus, qui loquitur in Zacharia: *Domine* *Zach.* 1, 12.
Deus exercituum, usque quo tu **non misereberis Iherusalem?*
*p. 137. ut ab angelo, qui stat inter mirteta, mereatur audire *ib.* 1, 10. 13.
verba bona, verba consolatoria.

Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem *Ier.* 9, 1.
lacrimarum, ut, etsi deflere non sufficio mala quae fiunt
in aecclesia, lugeam saltem die noctuque filiam Babilonis *Ps.* 136, 8.
miseram, matrem scilicet meam Herveldiam, multis mise-
riis et calamitatibus filiam confusionis factam? Cuius
dum recordamur pulchritudinis, quasi super flumina Ba- *ib. v.* 1.
bilonis sedemus et flemus, quod, ut verum fateamur,
peccata nostra et iniquitates patrum nostrorum post *Ier.* 14, 20.
tantam pulchritudinem confusionem ei modernae pepe-
rerint feditatis. Denique, ut post dicemus, haut diffi-
cile est dictu, quantum brevi adoleverit diviciis, magni-
tudine, gloria, cum precipue studiis beati Lulli Mogon-
tiacensis[d] archiepiscopi, qui ei aedificandae manum inie-
cerat, tum favore ac liberalitate nobilium virorum atque

a) Hersveld. *c., quod Lamp. nunquam scripsit.* b) de quo excerpta quedam hec sunt *add. c.* c) Ihesu *c.* d) Magont. *c.*

feminarum[1], tum frequentia monachorum nobiliter ibidem in castris Domini militantium, quorum numerus iam tum excreverat usque ad centum quinquaginta[2]. [*Ps.* 112, 9.] Tantam siquidem ei contulerat fecunditatem, *qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum laetantem.* At nunc effeta et exhausta, immo[a] vero ideo effeta, quia [*Rom.* 8, 22.] exhausta, ingemiscit et parturit usque adhuc, et non est virtus parturienti[b] propter violentiam predonum[3], qui ei nihil[c] reliqui fecerunt preter parietes et saxa. [*Ps.* 136, 7.] *Memento, Domine, filiorum Edom, qui dicunt: 'Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea'.* Ob quod suggestioni eorum pravae[4], conspirationi rei publicae atque ecclesiasticae paci contrariae[d], assentiri periculosum ducimus. Maximam autem violentiam patimur ab his qui defensores esse debuerant aecclesiae nostrae, quorum [*Ezech.* 13, 5.] officium erat ex adverso adscendere et murum pro domo Israhel opponere, qui, ut sufficerent pro castris Domini [*cf.* 1. *Reg.* 18, 17.] stare et preliari[e] bella Domini, aecclesiae sunt opibus [*Prov.* 30, 15. 16.] locupletati. Sed avaricia cum inferno numquam dicit: 'Sufficit'. Etenim acceptis, quae iure illis advocaturae competunt[5], beneficiis, una etiam quae in nostros usus illis patrocinantibus debebantur, vindicant instinctu ava- [*Ps.* 13, 4.] riciae et devorant plebem tuam, Domine, sicut escam panis, nihil agentes de nostra salute, eo quod nostrae [*Hebr.* 10, 30. *Rom.* 12, 19.] professionis non sit iniuriae obviam ire. Sed *mihi*[f] *vin-* [*Zach.* 2, 8.] *dictam, et ego retribuam, dicit Dominus,* et: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi meam.*

Nunc iam tempus flagitat, quid hoc sibi velit exordium, exponi. Scribere disposui non ostentandi, sed [1. *Cor.* 8, 1.] exercendi causa ingenii, nec scientiae, quae inflat, sed caritatis gratia, quae aedificat, quaecumque ad animum recurrunt eorum, quae olim me contigit[g] super statu

a) ymmo *c.* b) *sic recte c.; male mutavit G. Waitz hoc in* parturiendi; *cf.* 4. *Reg.* 19, 3: vires non habet parturiens. c) nichil *semper c.* d) *sic emendavit Wattenbach, 'Geschichtschr.' ed.* 2, *Lambert p.* XXII; contraire *c.* e) preliare *c.* f) michi *semper c.* g) contingit *c.*

1) *Cf. Vit. Lulli c.* 16, *supra p.* 329. 2) *Cf. ib. c.* 19, *supra p.* 332, *et quae ibi adnotata sunt, et infra in hoc libello p.* 347. 3) *Saxonum et Thuringorum rebellium videlicet. Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 183. 4) *Quam retulit Lamp. in Ann. a.* 1073, *supra p.* 159. 5) *Advocatus monasterii Hersfeldensis tunc fuit Udo comes (cf. Wenck, 'Hess. Landesgesch.' II, 'Urk.' p.* 46. 49—51, *nr.* 36. 39. 40*), subadvocatus Dietmarus; etiam Ruggerus comes (de Bilstein, de quo vide supra p.* 116*) subadvocatura huius abbatiae functus videtur esse, cum in cartis laudatis advocatus dicatur. Neque tamen dubito, quin Lamp. hoc loco regem praecipue insimulare voluerit. Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 209.

monasterii nostri vel legisse vel a probatissimis viris audisse, quaeque etiam ipse expertus sum, sedens cum Iheremia et flens casum et, ut ita dicam, excidium patriae meae. *Thren. pr.* Ad quod studium me dormitantem vestra, si recolit, paternitas[1] sepenumero excitare curavit; sed timidum me filiumque diffidentiae tandem ad audendum *Eph. 2, 2.* perpulit laeta[a] cuiusdam Fuldensis abbatis historia subtiliter memoriae commendata[2], quamquam nec ea facundia nec ea mihi copia suppetat tam subtiliter enarrandi res partim oblivione, partim temporum prolixitate procul a memoria relegatas et ideo absque ambiguitate minus auctoritatis habituras[3]. Ad hoc me accendunt studia rerum moderno tempore gestarum, quamquam sciam me ad has describendas minus idoneum. Quas tamen plerasque pro opibus ingenioli mei heroico metro strictim comprehendi. Sed quoniam relata ab aliis ab aliis refelluntur, et in versibus plura[b] falsa pro veris scripsisse accusor, in hoc genere stili manifesta transcurrere, dubia ne attingere statui. Vestri solius, pater mi, in hoc opusculo expecto iudicium. *Oleum autem peccatoris non impinguet* *Ps. 140, 5.* *caput meum*[4]. *Surge, pater mi, et comede*[c] *de venatione filii* *Gen. 27, 31.* *tui, ut,* si faucibus tuis fuerint[d] dulcia, *benedicat mihi anima tua**.

EXCERPTA EX LIBELLO QUODAM DE INSTITUTIONE HERSVELDENSIS ECCLESIAE SEQUUNTUR.

*p. 138.

**EX LIBRO I.*

Sancto[5] Bonifacio Mogontiacensi episcopo per martirii gloriam consummato beatus Lullus, qui ei in epi- *V. Lulli c. 13.*

*) *Infra minio scriptum est in c.:* Tempore Karoli Magni fundatum est id templum Herveldiae per sanctum Lullum archiepiscopum Maguntinum, qui successit sancto Bonifacio martiri et eius loci episcopo.

a) leeta *Wattenbach et* abbatiae *W. de Giesebrecht corrigenda proposuerunt, sed nihil mutandum esse recte ericisse mihi videtur Pannenborg, 'Lambert v. H. d. Verf.' p.* 171. b) plu'a in *c.*; plurima *Mader, nescio an recte.* c) commede *c.* d) fuerunt *c.*

1) *Hartwigum abbatem Hersfeldensem procul dubio alloquitur.* 2) *Quam non habemus.* 3) *Cf. infra p.* 347, *l.* 27 *sqq.* 348, *l.* 12; *'N. Archiv' XIX, p.* 210 *sq.* 4) *Ut, quid Lamp. hoc versu dicere voluerit, recte exponas, nota quae in Psalmo praecedunt:* Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me, *et quae sequuntur:* Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum. Absorpti sunt iuncti petrae iudices eorum. Audient verba mea, quoniam potuerunt. *Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 212. 5) *Sequentia omnia usque ad p.* 347, *l.* 24. *e Vita Lulli exscripta sunt.*

V. Lulli c. 13. scopatu successit, omnem operam suam, sicut ei, cum adhuc rebus humanis interesset, pollicitus fuerat, in locum Fuldensem intendit. Itaque fratres frequentius invisebat eorumque animos super decessu beati Bonifacii anxios verbis ad consolandum exquisitissimis refovebat; ubicumque res posceret, aderat, inopiae rei familiaris supplementum affatim prebebat, periculum, si quod forte immineret, propulsabat, omnia postremo liberalis atque indulgentissimi patris officia inpensius amministrabat. Verum ea longe aliter quam ipse spe concepisset cessere. Non solum enim his[a] rebus nullum favorem, nullam eorum benivolentiam sibi conciliabat, verum etiam cunctorum *ib. c. 14.* ibi degentium gravissima in se odia suscitabat. Igitur post multos sudores irrita spe exhaustos, post diuturnam deliberationem, tandem victus rerum asperitate, totam ab incepto intentionem revocavit, contestatus viventem in Christo spiritum beati Bonifacii, voluisse quidem se preceptis eius, quibus ei locum illum inpensius *commen- **p. 139.* daverat, parere, sed vi ac iniuria fractum loco cedere. *ib. c. 15.* Herveldense deinde solum melioribus profecto auspiciis *ib. c. 16.* occupare aggreditur; in hunc locum omnes suas copias dedita opera coegit, tantas rerum inpensas alieno fundamento sine fructu acquisitas hinc cum fructu insumere parat. Qui et acriore vi eius rei gratia [ceptis[b]] incubuit, ut fractum priori adversitate animum sequenti rerum successu restitueret. Nec spem fefellit eventus. Nam brevi temporis processu Herveldense nomen in immensum gloriae et magnitudinis culmen evaserat. Opibus siquidem, agris ac familiis necnon aedificiis magis magisque in dies augebatur, partim studio beati Lulli, sapientis admodum viri, partim liberalitate principum tocius regni, qui pio eius desiderio ope summa omnes annitebantur. Ea etiam causa opes monasterii non minimum auxerat, quod frequentes eo confluebant homines celebris in seculo et famae et familiae, qui venditis rebus familiaribus precia earum afferebant et secundum instituta primitivae aecclesiae ea substernebant pedibus apostolorum Simonis et Thathei[c]. His enim aecclesia loci attitulata *ib. c. 17.* erat. Nam postea, ut Deus insigne documentum daret spectantis eo benivolentiae suae[d], idem sanctus pontifex angelica in somnis[e] voce tercio est ammonitus, ut corpus

a) hiis *semper c.* b) *suppleri e Vita Lulli.* c) *correxi e V. Lulli;* Iude *c.* d) et non sine suo nutu gestum, ut tam difficulter coalescerent animi Fuldensium fratrum cum animo pontificis *addit c., quae (hoc loco mutata) infra recurrunt.* e) sompnis *c.*

beati Wigberti eo transferret. Is accitu beati Bonifacii *V. Lulli c.* 17. de Brittannia veniens, in Galliis vitam morum gloria ornatissimam exegerat, tandemque felici in Christo dormitione sopitus in oppido Friteslar sepulturam acceperat. Ego haut temere nec sine Dei nutu gestum credo, *ib. c.* 14. ut sancti pontificis et sanctorum[a], ut[b] mea fert opinio, fratrum[c] animi tam difficulter coalescerent. Si enim benivolentiam episcopi haec rerum procella non excepisset, nimirum in alieno fundamento nimium occupatus privatae gloriae studium omisisset, atque Herveldense nomen, toto nunc orbe clarissimum, abisset[d] in vacuum, nec tanta copia sanctissimorum hominum eo loci conversantium auxisset numerum caelestium spirituum.

Igitur cum beatus Lullus monasterium illud opi- *ib. c.* 18. bus, edificiis, familiis quoque affatim exornasset cunctumque domus Domini decorem ad unguem[e] elaborasset, multitudinem quoque fratrum, C videlicet L, tempera- *ib. c.* 19. tissimis institutis instruxisset, Karolum imperatorem, cui ex virtute nomen accessit [1], ut Karolus Magnus diceretur, eo vocavit et cuncta in tutelam eius patrocinandi gratia tradidit, hancque traditionem et patrocinandi ius cunctis deinceps in solium regni succedentibus ratum manere statuit.

Haec de exordio Herveldensis cenobii strictim dicta libellus de vita sancti Lulli editus latius explicat, si quis ea plenius nosse desiderat. Qualiter vero post haec locus ille per incrementa temporum ad profectum pervenerit, aut qualiter supradictus fratrum numerus, C videlicet et L [2], integro adhuc rerum statu imminutus sit, vel quales viri sibimet in regimine loci illius successerint[f] usque ad tempora Gozberti abbatis, parum compertum habemus. Nihil enim de his litteris inditum repperimus [3], magis, ut[b] mea fert opinio, scriptorum[g] incuria quam ingeniorum penuria. Quorum tamen seriem hic ponere duximus dignum, sive ne penitus vetustate e memoria aboleantur, sive quod aliqui eorum summo functi sacerdocio et usui profecto

a) apostolorum *add. c.* b) se *add. c.* c) factum *corr.* fratrum *c.* d) abiisset *c.* e) *correxi e V. Lulli;* dec. adiungere *c.* f) successerunt *c.* g) scirptorum *c.*

1) *Cf. supra p.* 326, *n.* 5. 2) *Cf. supra p.* 332, *n.* 2. 344, *n.* 2. 3) *Ipse in annalibus postea nonnulla quidem, etsi pauca, de iis retulit usus Annalibus Hersfeldensibus. Cf. supra p.* 345, *l.* 9 *sqq.*

fuerunt nostro monasterio et honori: Balthart abbas, Buno abbas, Brunwart[a] abbas, Drůgo abbas, Hardarat abbas, Diethart abbas[1], item Diethart abbas et episcopus[2], Burchart abbas et episcopus[3], Megengoz abbas, Hagano abbas, Guntherus abbas, Egilolf[b] abbas, Gozbertus[c] abbas. E quibus Hagano[4] calicem magnum de auro purissimo, electro et gemmis preciosis in ministe-
Exod. 28, 40. rium Domini in gloriam et decorem fieri fecit. Umbonem vero patenae latitudine pene unius palmae totum per circuitum lapidibus preciosissimis et unionibus vestivit.

Verum nos ea quae paulo ante nostram aetatem gesta sunt breviter, prout ea expiscari potuimus, attingentes[5], haec, quae nostris modo temporibus geruntur, lamentando potius quam dictando subnectamus. Et ne quis nobis crimini ducat, quod tempora regum vel Romanorum imperatorum per successiones suas huic opusculo subtexentes non eorum quoque feliciter vel secus gesta historiae more pariter inseramus, hoc sibi responsi habeat quicumque haec legere animum inducat, nos non statuisse omnia scribere, quae in re publica vel aecclesia gesta sunt aut geruntur, utpote monasterii carcere inclusos nec hominum expertos nec valde curiosos. Ego mihi hanc tantum operam iniunxi, ut nostrae rei publicae consules, hoc *est monasterii nostri patres atque
rectores, cum calamitatibus, quae nos modernis tempori- *p. 140.
bus oppresserunt, stili officio ad posteros transmitterem. Nam idem ipsi[d] nimirum imperatores suorum secum habent precones meritorum, experientia, ut ita dicam, vernacula eis scribenda dictante et falsas opiniones veritate astipulante longius propellente. Verum haec hactenus.

970. Igitur Gozbertus[e] abbas, etsi non morum, studii tamen sui erga locum Herveldensem satis evidens ad nos transmisit documentum, magnam scilicet copiam librorum suo nomine ob monimentum sui attitulatorum. Plurima quoque ornamenta in auro et argento, in vestibus sacris, quibus uterentur in gloriam ingressuri sanc-

a) brunwarth *c.* b) Egilof *c.* c) gosberthus *c.* d) ipse *c.* e) gosbertus *c.*

1) *De Ottone abbate laico huius provisoris tempore vide supra p.* 30, *n.* 4.
2) *Hildesheimensis; cf. supra p.* 34; *Chron. Hildesh. c.* 9, *SS. VII, p.* 852.
3) *Wirziburgensis.* 4) *Qui sedit a.* 956—959; *supra p.* 38. 5) *Cf. supra p.* 345, *l.* 9—12.

tuarium, tabulam quoque altaris composuit[1] *[etc.]*, dicens:
Domine, dilexi decorem domus tuae [etc.] tempore Ottonis *Ps.* 25, 8.
secundi, *[qui Rubicundus dicebatur]*. Quo mortuo, Otto- 983.
nem filium reliquit heredem parvulum; cui patruus Hein-
ricus[a] regnum subripuit. Inde Ludolfus frater Ottonis
idem attemptavit[2]. Sed optimatum maior vis utriusque
conatum repressit. Abbas Gozbertus[b], quia Ludolfo
iuraverat, Ottoni iurare noluit. Ideoque discedens, Bern- 985.
harius ex eiusdem monasterii preposito abbas successit
superstiti. Idem calicem magnum cum duabus ansulis
ex puro auro, electro et margaritis comparavit. Hic
monasterium sibi construxit Montem Sancti Petri; ibi 1003.
cum suis militibus residens rebus monasterii profuse
utebatur, fratribus licentia permissa sibi vivendi in de- *cf.* 1. *Cor.* 11, 17.
terius. Haec tempore Heinrici imperatoris *[sancti]*, ad
quem effrenati monachi contra abbatem conquesti sunt.
Qui mittens ad Altahense[c] monasterium eiusdem loci
abbati Godehardo commisit Herveldense[d] monasterium,
quod tamen non acceptavit, donec paulo post obisset 1005.
Bernharius[3]. Tunc destructis cellis proprietariis, intravit
reformare in melius[4]. Regnum se accepisse dixit, non
monasterium; ideoque plurima preciosa dedit pauperi-
bus. Stolas aureas ducentas conflavit per ignem, aurum
pauperibus distribuit. Godehardus, mortuo episcopo Hil- 1022.
desemensi[5], ibidem episcopus instituitur. Successit Her-

a) hinricus *plerumque c., semel* henricus. b) Gosbertus *c.* c) althahense *c.* d) hersveldense *h. l. c.*

1) *Hucusque integrum textum libelli monachus Hamerslebensis dedisse videtur, abhinc iam pauca excerpsit.* 2) *Ludolfus frater Ottonis II. iam a.* 957. *obiit. Otto III. nullum habuit fratrem. Qua de causa Gozbertus abbatiam a.* 985. *dimiserit (cf. supra p.* 46*), ignoramus.* 3) *Cf. Wolfherii Vit. Godehardi post. c.* 7, *SS. XI, p.* 200 *sq., qui non Godehardum abbatiam oblatam respuisse, sed regem monachis de abbate suo conquerentibus non obsecutum esse dicit.* 4) *Cf. Wolfherii Vit. Godehardi prior. c.* 13, *SS. XI, p.* 177 *sq.; post. c.* 7, *l. l. Nescio, unde evenerit, ut inter imagines abbatum Hersfeldensium in castello Eichen pictarum post Bernharium Libentius, qui postea archiepiscopus Hammaburgensis fuit, depictus esset, his versibus subscriptis, quas edidit Winkelmann, 'Warhafte Beschreibung der Fürstenthümer Hessen und Hersfeld' (Bremen* 1697*) p.* 260:

Post hunc sceptra capit pietate Lubentius omnes
 Inter conspicuos nec gravitate minor.
Quem Brema, literulis postquam polleret et arte,
 Praesulis esse loco iusque subire iubet.

5) *Bernwardo.*

1012. veldiae Arnoldus[1] ex preposito eiusdem loci[2] abbas,
districtae severitatis vir[3], tempore Heinrici cesaris.
1024. Conradus successit cesar tempore eius; apud quem
1031. accusatus abbas Arnoldus deponitur. Rudolfus[a] de mo-
nasterio Stabulaus abbas hic instituitur[4], Italus genere,
mitis pater et benivolus, in Dei servicio vigilantissimus
1035. et previus[b]. Sed paulo post ab eodem Conrado in epi-
scopum Paderburnensem instituitur. Bardo abbas suc-
1031. cedit, qui eodem anno archiepiscopus Moguntinus effici-
tur[5]; ad cuius sepulcrum miracula fiunt.
1035. Meginherus[c] abbas ex monacho eiusdem loci suc-
cessit, vir gravis et bonus, cuius doctrina concordavit
cum vita. Scolam instituit*; omnium artium peritus
1038. fuit. Tempore eius anno Domini MXXXVIII, eius anno
tercio, totum monasterium incendio periit**. Sed Deus

*) *Paulus Lang in Chron. Citizensi, Pistorius, Rerum Germ. SS. ed. 3. curante Struvio I, p.* 1129, *hunc affert locum ex hac historia sumptum: Praedictis quadrant ea, quae Lampertus monachus et nobilis historicus de studio monasterii sui Hirsfeldensis sub abbate Meginhero scribit in haec verba:* Quid dicam de ludo scolari? Ubi adeo circa illud tempus studium flagrabat, ut ex aliis etiam monasteriis quoscunque festivae spei tyrunculos discendi causa illo transmitterent, et mater Herveldia ubique odorem noticiae suae diffunderet nobilitate filiorum in laribus philosophiae a tenero, ut aiunt[6], ungue obversatorum[d].

**) *Wigandus Gerstenberger apud Fr. Chr. Schmincke, Monimenta Hassiaca I, p.* 101. *haec ex Lamperti Inst. Herveld. exscripsit:*
1038. Alß man schreib nach Goddes geburt 1038 jare,
du verbrante das monster zu Hersfelt mit allem
gebuwe gantz unde gar; unde in dem jare dar-

a) Rudolphus *c.* b) p̄mus *c.*; primus *Waitz.* c) Meghenherus *c. h. l.* d) *corr. Waitz;* observatorum *Lang.*

1) *Non Godehardo episcopo ordinato, sed cum hic a.* 1012. *abbatiam dimiserit; cf. supra p.* 50; *Wolfherii Vit. Godehardi prior. c.* 14, *l. l. p.* 178. 2) *Cf. Wolfherii Vit. Godehardi post. c.* 10, *l. l. p.* 203. 3) *De hoc Winkelmann l. l. hos versus habet:*

Arnoldus templi Ioannis nomine dicti
Auctor, cum regni culmen habebat, erat.

4) *Cf. Ekkeberti Vit. Haimeradi c.* 11, *SS. X, p.* 602. 5) *Bardo a.* 1031. *Arnoldo deposito substitutus, post dimidium annum archiepiscopus ordinatus est, ut supra p.* 54. *recte relatum est.* 6) *Cf. supra p.* 277, *n.* 4. 307, *n.* 2. *Cf. Ekkeberti Vit. Haimeradi prol., l. l. p.* 598: inter tot filios matris Herveldiae, qui educati sunt in faustis penetralibus philosophiae.

optimus miraculis multis eos consolatus est ibidem ostensis per merita sanctorum patronorum Wicperti et Lulli[1]. Inter sanatos advenit unus ex illis qui in Collebecce[a], quod interpretatur 'prunarum rivus', coream illam famosam duxerant, tremulus per annos iam viginti tres[2]. Hic ibidem sanus factus, Ruthart nomine, servicio sancti Wigberti se tradidit, gratus Deo et sanctis eius.

Conradus imperator tempore eius obiit. Filius eius 1039.
Heinricus velut alter Karolus in regno successit, virtuosus et pius. Nigro erat, sed venusto aspectu, statura procerus. Nam ab humero et sursum eminebat super omnem populum[3]. Ipse aderat delicatus adhuc et in- 1040. (Iul.?)
unctus rex dedicationi ecclesiae reparatae Herveldiae, quam dedicarunt Humfridus Magdeburgensis, Kasso Nuenburgensis et Hunoldus Mersburgensis episcopi cum consensu Bardonis Moguntinae sedis archiepiscopi *), sub

---

nach, du starp Keyßer Curt, unde ist zu Spira 1039.
begraben.

*) *Hunc locum exscripsit Paulus Lang l. l. p.* 1140, *qui habet:* (Kasso episcopus Citizensis) Interfuit dedicationi 1040. (Iul.?)
ecclesiae novae monasterii Hirsfeldensis et cryptae eiusdem. Ad quam solennitatem ipse invitatus fuit una cum Hunoldo Merseburgensi episcopo atque Humfrido[b] metropolitano eorundem Magdeburgensi, in hoc consentiente Bardone Moguntinensi archiepiscopo, eius loci diocesano. Erat et tunc *(ut Lampertus dicti coenobii Hirsfeldensis monachus et nobilis historicus refert)* praesens per se imperator Henricus tertius adhuc adolescens, qui cepit *(ut infra latius dicetur)* anno nostrae salutis MXL. *Et paulo inferius:* Quem et ipsi Carolo Magno plures assimilant: eam siquidem morum excellentiam, eam in rebus agendis magnificentiam, eam humilitatem, pietatem,

a) collebecse *c.* b) Hunifrido *Lang.*

1) *Cf. Ekkeberti Vit. Haimeradi c.* 11, *l. l.* 2) *Primus omnium Lamp. famosi illius miraculi, quod a.* 1021. *vel* 1020. *vel* 1013. *factum esse dicitur, mentionem fecit. Cf. Will. Malmesb., Gesta regum Angl.* § 174, *SS. X, p.* 464 *sq.; Ann. S. Blasii Brunsvic., SS. XXX, p.* 17; *Ann. Stad., SS. XVI, p.* 313; *Chron. Minor, SS. XXIV, p.* 188; *longam relationem, SS. XXVI, p.* 28 *sq.; 'Romanische Forschungen' VI, p.* 481; *Analecta Bolland., Catal. codd. hagiograph. bibl. Bruxell. II, p.* 382 *sqq.* 3) *Cf. Ovid. Metam. III,* 182: colloque tenus supereminet omnes.

abbate *Meginhero, quem idem Heinricus ut sanctum *p. 141. virum venerabatur et sociabat lateri suo *. Decimas etiam tributorum regalium, donec viveret, concessit [1].

1059. Burchardus episcopus Halberstadensis post haec obiit, *[cui auctor libelli huius crimen imponit iniustae detentionis decimae cuiusdam, quae pertinebat ad monasterium Hersveldense etc.**]*

---

mansuetudinem, affabilitatem atque in dandis elemosynis liberalitatem. Erat autem ipse nigro quidem, sed venusto aspectu, statura procerus. Nam ab humero et sursum eminebat super omnem populum.

*) *Wigandus Gerstenberger apud Schmincke I, p.* 103. *haec praebet:* (Leo IX.) Dußer bobist hilt eyn Concilium zu Mentz unde eynen seenth in geynwirtickeyd des vorgenanten Keyßer Hinrichs unde in biweßen 42 bischöffe. *Alß man das auch leßit in der Croniken von Herßfelt.*

1051. **) *Wig. Gerstenberger l. l. p.* 105. *haec praebet:* Alß man schreib nach Gods geburt 1051 jare, du starp bischoff Bardo zu Mentz, unde quam eyn ander an sine stait genant Luippoldus, der buwete sent Jacobs monster uff den berg bie Mentz [2]. Dußer bischoff Luippoldus hisch tzehinden von den gutern in Doringen, die da worin der tzweyer stiffte zu Fulda unde zu Hersfelt [3]. Deßglichen thet bischoff Burckard zu Halverstad auch den tzweyn stifften itzt genant großin verdryß umbe den tzehinden in syme bischthum gelegin. Darkegin arbeite Sigefridus apt zu Fulda [4] unde Meynherus apt zu Herßfelt, unde sprochin, wie das lant zu Doringen tzehint fry were, unde auch bißher nymants keynen tzehindin von erin gutern in Doringen gegebin hetten, unde was vil errethumps tzuschin den tzween bischoffen uff eyn unde den tzween stifften Fulda unde Herßfelt uff die ander parthie, die tzweydracht werte bie achte jaren [5].

1) *Nihil hac de re alibi relatum est, nec diploma regis ad eam pertinens exstat. Ausfeld hunc locum neglexit, sed cf. apud eum p.* 37 *sq.* 2) *Cf. Ann., supra p.* 63. 77; *'N. Archiv' XIX, p.* 174 *sq.* 3) *Cf. Ausfeld p.* 37 *sq.* 4) *Hic tantum a.* 1058, *Dec.* 25 — 1059, *Dec. monasterio Fuldensi praefuit.* 5) *De decimis quarundum villarum in*

Subsequitur mors abbatis Meginheri[1]. Heinricus 1059.
cesar optimus obiit. Item Egbertus Fuldensis abbas 1056.
inter eosdem obiit. *[Plurimum commendat auctor hos tres.* 1058.
Sed episcopi Burchardi, viri utique sancti, qui et mortem suam predixit, plura bona fecit et miraculis claruit, reprehensio videtur iniusta, et quod crepuerit medius sicque poenitentia ductus sera restituerit quae iniuste invaserat, non consonat veritati].

EX LIBRO SECUNDO EIUSDEM COLLECTA.

Heinricus cesar moriens Heinricum filium parvulum 1056.
reliquit heredem sub matris suae Agnetis, prudentissimae reginae, regimine.

Ruthardus quondam abbas Corbeiensis Megenhero 1059.
successit abbati Herveldiae, vir prudens et magnanimus; imperare, non imperari novit. Ad seculum prudenter se agebat, in spiritualibus mediocriter. Megenherus via contraria incesserat.

Anno Coloniensis archiepiscopus filium Heinricum
matri abstulit, flentibus utrisque. Episcopus cum rege 1062. *(Apr.)*
ad se rerum gubernacula transtulit.

Rex interim Ungarorum Salomon, et ipse puer, ab
avunculo[2] regno pulsus ad Heinricum confugit. Utrique 1063.
alterius soror desponsata fuerat[3]. Restituit ipsum regno, Annone cooperante[4].

Heinricus, cum ad maturam venisset aetatem, relicto episcopo[5], secundum propriam vixit voluntatem, promittensque Karolum Magnum suo seculo sese representaturum, Roboam se representavit. *[De quo satis alibi*
scribitur]. Anno curiae se abdicavit ideo, in ocia se[a] 1064.
recipiens. Adelbertus Bremensis archiepiscopus loco eius, non industriae, substituitur[b].

a) *om. c.* b) *in marg. add.:* Iste est fundator Gozeke.

Wetteravia sitis lis finita est carta Liutpoldi archiepiscopi data a. 1057, *Aug.* 27, *Wenck, 'Hess. Landesgesch.' II, 'Urk.' p.* 44 *sqq., nr.* 35. *Cf. Ausfeld p.* 31 *sq.* 1) *Meginherus non post, sed ante Burchardi mortem obiit; cf. supra p.* 75 *sq.* 2) *Bela I, fratre Andreae, patruo igitur Salomonis, quem Lamp. a.* 1061, *supra p.* 77, *male propinquum Andreae dixit.* 3) *Hoc falsum est. Salomoni quidem Heinrici soror Iutta (Sophia) desponsata erat (cf. supra p.* 78*), sed huic iam a.* 1055. *Berhta Itala sponsa erat.* 4) *Hoc* (Annone cooperante), *quod nec Lamp. supra p.* 85. *dixit, neque Ann. Altah. referunt, confirmatur notitia dedicationis supra p.* 85, *n.* 2. *laudata.* 5) *Annone. Cf. supra p.* 88. 246.

1072. (Dec. 11). Ruthardus abbas senio confectus Heinrico adveniente Herveldiam resignavit. Hartwigus monachus eius loci substituitur per eundem Heinricum[1]. Anno hoc gratum habuit. *[Cuius[2] laudem scriptor non persequitur, quia superstes fuit temporis eiusdem]*. Ruthardus in insaniam post haec versus est[3].

1070. Otto dux Baioariorum[a] accusatur reus in regem.

1073. (Mart. 10). Moguntinus archiepiscopus Sigefridus aderat[4] *[etc.]*.

Eccl. 10, 16. Palacium perditis moribus plenum erat. *Ve enim tibi terra, cuius rex puer est! [etc.]*

1074. (Febr. 12). Imperatrix parvulum peperit regem in Herveldia[5]. *[Sapientibus ista sufficiant, alibi plura requirant]*[b].

a) Baioriorum *c.* b) *minoribus litteris add. in c.:* 1513. *et* Plus habetur in fundatione Pegau, item Gozeke monasteriorum.

1) *Eum scilicet successorem sibi postulante Ruthardo, ut supra p.* 139. *Lamp. dixit.* 2) *Hartwigi scilicet, ut iam Wenck, 'Hess. Landesgesch.' II, p.* 278. *interpretatus est, non Annonis.* 3) *Cf. supra p.* 197. 4) *Scil. in synodo Erfurtina; cf. supra p.* 141; *'N. Archiv' XIX, p.* 189, *n.* 1. 5) *Cf. supra p.* 174.

APPENDIX.

I. EPITAPHIUM LULLI.

Ex codice Fritislariensi saec. XVI in., nunc in archivo regio Marburgensi servato, f. 1'. hoc edidit Falckenheiner, 'Gesch. Hessischer Städte und Stifter' II, p. 167. multis verbis corruptis vel temere mutatis, unde illud repetiverunt H. Hahn[1], *'Forschungen z. Deutschen Gesch.' XXII, p. 423. et 'Bonifaz und Lull' p. 332, E. Dümmler, Poetae Carol. II, p. 649. Sed codice illo reperto idem illud emendatius edidit in 'Forschungen' XXV, p. 177, unde illud repetivimus*[2].

Epithaphium sanctissimi Lulli, patroni nostri.

Lul michi nomen erat, famosa Britannia mater,
Quae me Romanos[a] misit adire patres.
Post sibi me iunxit doctor Bonifacius almus,
Imposuitque humeris infula sacra meis.
Et dum martirio caelestes scandit ad arces,
Manensi ecclesiae me iubet esse patrem.
Hic mihi sit requies, donec vox alma reclamet:
'Pulvis, qui dormis, surge iubente Deo'.

II. NOTITIA DE DECIMIS IN THURINGIA.

In cartulario monasterii Hersfeldensis sive libro copiali, quem dicimus, cui inscribitur 'Liber de libertatibus locorum Hersfeldensium', nunc servato in archivo regio Marburgensi, saec. XII, f. 70 (36. novae numerationis) manu saec. XII. scripta legitur sequens notitia, quam multis mendis vitiatam edidit Wenck, 'Hessische Landesgesch.' II, 'Urk.' p. 24 sq., nr. 17.

a) Venneticos *Falck.*

1) *Qui hoc epitaphium ab ipso Lullo compositum esse non sine causa contendit.* 2) *Sed pro* e *simplici codicis* ae *restitui.*

De decimis in Thuringia.

Omnibus fidelibus Christi notum cupimus fore, 780. qualiter Karolus Magnus imperator anno DCC°LXXX°I°[1] pergens ad Italiam ob remedium animae suae prosperitatemque itineris omnem decimationem in Thuringia tradidit ad reliquias sanctorum apostolorum Symonis et Tathei et ad corpus sancti Wigberhti confessoris Christi. Transacto itaque aliquanto tempore magna inter Oggarium Mogontiacensem archiepiscopum et Bunonem abbatem[2] crevit disceptatio circa episcopalem servitutem . . . .[a] aut eius missi; factaque est contentio magna cum his qui natu maiores[b] illius terrae fuere, qui hoc protestati sunt, sicut prius iuraverunt, quod steuram et decimam porcorum semper vidissent ad illud praefatum monasterium quod Herolvesfelt dici- 843? tur dare; et in hoc pacificati sunt anno DCCC°XLV°, quod quarta pars de decimis frugum canonicę in opus daretur episcopi; et nulla post haec contentio foret inter successores episcopi et abbatis in evum, quin stabilis perduraret, nullumque ius haberet servitii inquirendi neque episcopus neque nuntii eius.

III. INDICULUS RELIQUIARUM HERSFELDENSIUM.

Ex codice antiquo Hersfeldensi, qui periit, sequentem indiculum edidit Brower, Antiquitates Fuldenses p. 153 *sq., repetivit Wenck, 'Hessische Landesgesch.' II, p.* 300.

Sanctus iste N. de legione sancti Mauritii toto manet hic corpore.

Sanctus Constantius integro pausat hic corpore.

Sanctus Cyrillus episcopus et martyr toto habetur hic corpore.

Sanctus Decentius episcopus et martyr toto manet hic corpore.

Sanctus Lullus episcopus requiescit hic corpore.

Sanctus Wigbertus abbas totus hic praesens est corpore.

a) *nulla lacuna in c., sed multa excidisse hoc loco patet.* b) maioris *c.*

1) *Potius a.* 780. *Cf. de hac notitia Ausfeld p.* 26 *sqq.; Dümmler, 'Ostfränk. Reich' ed.* 2. *I, p.* 242 *sq.* 2) *Cf. supra p.* 26, *n.* 3.

Sanctus Laurentius episcopus et martyr integro pausat hic corpore.

Sanctus Florentius episcopus et martyr toto adest corpore.

Sanctus Iustinus sacerdos et martyr totus corporaliter praesens.

Sanctus Iuvinianus confessor totus corporaliter praesens.

ADDENDA ET EMENDANDA.

P. 9, *l.* 22. *lege* Constantini.

P. 10, *l.* 21. *ad* Aldfridus *adde notam* m*) Alfridus *B* 1[a].

P. 24, *l.* 25. *lege: P. ad a.* 836. Otgarius.

P. 61, *l.* 30. *ad* Frisinge *adde notam* o) Frisingae *A* 1.

P. 67, *l.* 30. *lege* consummavit *(litteris sillabae* vit *contractis); l.* 31. *lege* augmentavit *(litteris sillabae* vit *latius positis).*

P. 69, *l.* 30. *lege* rei publicae.

Ad p. 69, *n.* m) *vide quae dixi 'N. Archiv' XIX, p.* 163, *n.* 1.

P. 79, *l.* 47. *lege* SS. VI, p. 361.

P. 87, *l.* 8. *lege* pessimo publico[b] ulcisc. *et pone in nota* b) exemplo *A* 1. 1[a]. *Cf. indicem locutionum sub* publico.

P. 90, *l.* 32. *lege* loca.

P. 93, *l.* 25. *lege* consciverant[h], *l.* 29. dein[i] *(notarum litteris* h. i *mutatis).*

P. 110, *l.* 10. *et* 233, *l.* 22. *et* 298, *l.* 20. *adde in marg.* 1. Mach. 9, 10.

P. 129, *l.* 2. *et* 187, *l.* 17. *adde in marg.* Iob 13, 25.

P. 153, *l.* 20. *lege* fines alienos.

P. 157, *n.* 1. *adde:* Cf. infra p. 213.

P. 159, *l.* 44. *pro* SS. V, p. 225. *lege* infra p. 185. 226. *et adde:* Cf. Adam Brem. III, 33.

P. 180, *l.* 43. *lege* p. 183, l. 15. *et l.* 44 *post* 200 sq. *adde:* 212, l. 6. 224, l. 18. 232, l. 32. 236, l. 2.

P. 188. *ad l.* 6. *adde in marg.* Gen. 24, 63; *ad l.* 32. *adde in marg.* 2. Mach. 5, 16. 4, 48. Is. 59, 3.

Ad p. 197, *l.* 9. *adde notam:* Cf. quae in Vita Annonis I, 24, SS. XI, p. 477. narrantur.

P. 216, *n.* n. *lege* p. 106, l. 15 *et adde* p. 94, l. 8.

P. 223. *in inscriptione paginae lege* A. 1075.

P. 239, *n.* 2. *adde:* Cf. Sifrid. de Balnhusin c. 164, SS. XXV, p. 696 sq.

P. 243, *l.* 24. *ad* redigebat *adde notam* 1*) *Nota haec verba* (Crebris — redigebat), *quae infra p.* 307. *et de Lullo dicta sunt, in Vita Annonis I,* 5, *SS. XI, p.* 469. *mutata esse in* Ieiuniis non adeo quam legitimis se macerabat, *illa igitur falso dicta ab auctore Vitae iudicata esse. Cf. supra p.* x, *n.* 4.

P. 244, *l.* 40. *lege* facta esse.

P. 255, *l.* 29. *pro* ignorasse — credo *lege:* non ignorasse patet infra p. 280, l. 8—10. 293 sq. 296, l. 30.

P. 264, *l.* 23. *lege in marg.* 1. Petr. 2, 13. 14.

P. 297, *n.* 3. *adde:* Rangerius, Vita Anselmi v. 3220 sqq., ed. de la Fuente (Matriti 1870) p. 113.

P. 312, *l.* 20. *dele numerum notae* 1 *post* dignitatis.

INDEX
NOMINUM ET RERUM.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

A.

Adal-, Adel-.

Adalbero, Adelbero.

Adalbertus, Adelbertus, Adelberdus, Adalpertus.

B.

Berht-, Berth-, Bert-.

Bodo, Boto.

H.

K. *Cf.* C.

L.

M.

P.

Pippinus, Pipinus, Bibbinus.

Q.

R.

Regin-, Regen-.

X.

Y. *v.* I.

Z.

INDEX

LOCUTIONUM MEMORABILIUM COMPARATARUM CUM ANTIQUIS.

Opus arduum suscepi, aerumnae ac taedii plenum, ut investigarem, quibus potissimum auctoribus lectis Lampertus ad tantam elegantiam sermonis eruditus sit. Atque id maxime egi, ut dicta bis vel pluries ab eo usurpata afferrem, cum his uno loco collectis efficiatur, ut lectores facilius perspicere possint, ubi auctor non quae vere comperta habebat, sed quae sibi ex ingenio confinxerat, scripserit. Qua de re R. Kubo et J. Dieffenbacher libellis supra p. XLII. allatis disseruerunt. Neque omnia dicta compluries occurrentia neque omnes similes loci antiquorum scriptorum afferri potuerunt nisi totis operibus Lamperti iterum rescriptis. Decies quidem plura quam attuli collegi, sed ex his selegi ea quae maxime ad rem facere videbantur. Neque quidquam perfecti atque absoluti omnibus numeris lectoribus offero. Nisi enim hic labor in infinitum protraheretur, nusquam perfici poterit. Neque vero verecundatus sum has primitias huius laboris exhibere, cum eae etiam utiles fore viderentur.

Iis quae attuli elucet Lampertum hos maxime lectitasse auctores, quos supra p. XLV. primo loco nominavi; his vero adiungendae sunt historiae Iustini et Ammiani Marcellini[1]*, quarum codicem antiquum et optimum olim in monasterio Hersfeldensi servatum fuisse constat.*

Inter locos antiquorum auctorum allatos discernendi sunt hi, quos Lampertus haud dubie memoria tenuit ac repetivit, et alii, quos eum imitatum esse minime contenderem, quorum similes alii multi ex iisdem vel aliis libris

1) *Ammiani Marcellini librum a Lamperto lectum esse patet maxime in clausula Annalium, quam ex huius et Sulpicii Severi clausulis composuit (v. infra sub voce* libuerit*) et ex loco quem infra sub voce* cognomen *attuli.*

afferri potuissent, quod saepe scripto etc. *indicavi. Hos ex iis inprimis libris attuli, quos Lampertum lectitasse constat. Alios ab aliis prudens lector ipse secernet. Vulgatae locos permultos iam supra in margine adscripsi (cf. etiam p.* 358*), hoc loco paucos supplevi. Atque permulta ex libris medii aevi a Lamperto lectis, ut Reginonis, Einhardi, afferri potuissent, sed haec omnia paene omisi, neque ingentem molem librorum patrum ecclesiasticorum in hunc finem perlegere potui, Ciceronis paucos perlustravi*[1].

Locos sub quadam voce graviore in iis contenta alphabeti ordine dispositos attuli, cum alia ratione me uti non posse intelligerem. *O. H.-E.*

A.

1) *In notis attuli supra locos Terentii p.* 133. 143, *Horatii p.* 85. 185. 187. 197. 308. 340, *Ovidii p.* 86. 267. 351, *Vergilii p.* 340, *Silii Italici p.* 116, *Livii p.* 72, *Sallustii p.* 113. 220 *sq.* 308. 312. 314. 326, *Ciceronis p.* 241, *Senecae p.* 257, *Hieronymi p.* 75, *Sulpicii Severi p.* 243. 303 *sq.*, 318, *quos hoc loco repetere nolui.*

ob merita sua primoribus . . . maxime carum et acceptum 186, 30. — tam caram tamque acceptam sibi villam 117, 20. — Cumque esset imperatrici ob vetus meritum suum acceptissimus 137, 30. — Haec enim illi gens erat acceptissima 147, 20. — regi . . . acceptissimus 171, 15. — quibus se multa largicione admodum popularem acceptumque fecerat 209, 20. — quibus paulo ante unice carus acceptusque fuerat 247, 20. — Is . . . regi admodum carus acceptusque erat 254, 15. — regi quoque adprime carum et acceptum 266, 5.

Sall. Iug. 108. ob ingenii multa bona Mauro carus acceptusque; 12. carus acceptusque ei semper fuerat; 9. nobis ob merita sua carus est; 70. hominem clarum acceptumque popularibus; 71. Erat ei Numida fidus acceptusque; 7. hominem tam acceptum popularibus. — *Iuv. I,* 3, 58. gens acceptissima nostris. — *Sulp. Sev. Ep.* 2. cum me . . . unice diligebat.

dato et accepto vicissim sacramento 148, 25. — dato vicissim et accepto iureiurando 202, 5.

Sall. Cat. 44. data acceptaque fide; *Iug.* 81. fide data et accepta. — *Liv. XXVIII,* 35. fide data acceptaque.

inter faustas . . . acclamationes in castra revertitur 221, 20. — nec cum . . . faustis acclamationibus . . . obviam ei procedebant 299, 30.

Suet. Otho 8. inter faustas adclamationes ad principia devenit. — 1. *Mach.* 5, 64. convenerunt ad eos fausta acclamantes.

quem . . . aecclesiae propria industria ipse acquisierat 248, 1. — quae ipse . . . aecclesiae industria sua adquisierat 315, 5.

Et acta res foret, nisi 97, 20. — de eius suorumque omnium salute actum esse 231, 30. — actum esse de salute eius 266, 15.

Terent. Heaut. III, 3, 3. acta haec res est. — *Liv. II,* 48, 4. actumque de exercitu foret, ni; *VII,* 18. actum esse de libertate sua, *etc.* — *Sulp. Sev. Dial. III,* 12. actum esse de suo omnium statu.

bene secum actum crederet 99, 15.

Amm. Marc. XXXI, 14, 3. melius secum actum esse meminit.

tamquam priori conventione nihil actum esset 149, 15. — quasi . . . nihil actum sit conditionibus 200, 25. — tamquam nihil hac conventione actum sit 291, 20. — nec quicquam tantis laboribus actum putabant 183, 30.

Sulp. Sev. III, 12. nihil actum esse morte Priscilliani. — *Iustin. XXII,* 8, 1. nihil actum . . . existumans; *XXXVIII,* 1, 1. nihil actum morte patris existimans. — *Liv. XXII,* 18. ne nihil actum censeret, *etc.*

episcopus . . . infestissimus aderat 107, 15. — omnes infensi infestique aderant 113, 15.

Liv. XXV, 34. adsidue . . . infestus aderat.

nisi iterum vis adhiberetur 85, 30. — etiamsi nulla vis adhiberetur 94, 20. — se necessario vim . . . adhibiturum 110, 1. — adhibita ingens . . . hominum vis 336, 20. — nisi acrior vis adhibeatur 152, 30. — se proculdubio vim adhibituros 262, 1.

Liv. V, 43, 1. ni vis adhiberetur; *VIII,* 20. priusquam ultima adhiberetur vis, *etc.*

Atrocissimae per se legationi adiecta est gravis contumelia 206, 15.	*Liv. V,* 48, 9. rei foedissimae per se adiecta indignitas est.
Castellum . . . uno tantum itinere ipsoque difficillimo adiri poterat 155, 35.	*V. Mart.* 10. una tantum eademque arcta via adiri poterat. — *Liv. XXV,* 13. munimenta . . ., quae nulla ex parte adiri nisi arduo ac difficili ascensu poterant.
quique exactor atque administer huius calumniae vehementissimus extiterat 76, 25. — quos . . . machinationis suae rex idoneos fore administros speraverat 166, 25. — qui . . . sceleris administri destinati fuisse accusabantur 168, 5. — ipse . . . omnium quae ferociter rex meditetur ferocior administer existat 261, 30.	*Cic. Cat. I,* 3, 7. audaciae satellitem atque administrum tuae. — *Sall. Iug.* 29. socius et administer omnium consiliorum. — *Amm. Marc. XIX,* 12, 1. quorum exsecutor et administer . . . ille notarius missus est.
Cuius virtus tantae admirationi apud barbaros fuit 78, 20. — ut hostibus etiam non minus admirationi quam terrori essent 219, 20.	*Iustin. IV,* 1, 16. quantum nunc admirationis, tantum antiquis terroris dederit; *XXIV,* 6, 8. Quae res maiorem . . . terrorem . . . et admirationem stupentibus plerumque adfert.
Huic veniam admissi non alias impetrare poterant 149, 5. — si veniam eis admissi pollicerentur 235, 5. — quibus te . . . oportuerat admissi huius veniam dedisse 249, 30. — utrum . . . veniam admissi postulare . . . adveniret 288, 35. — ut . . . veniam sibi pro admisso . . . precarentur 76, 20. — ut Coloniensibus admissae in se temeritatis veniam daret 196, 20.	
Caeteris (castellis) ilico admovendus erat exercitus 108, 5. — Alii castello . . . exercitum iam admoverat 115, 20. — exercitum . . . ad Fresiam admovebat 123, 25. — Protinus alii castello . . . exercitum admoverunt 161, 20. — statimque alii castello . . . exercitum admoverunt 174, 5. — ut . . . ipsa castra admoto exercitu expugnentur 217, 25. — ad oppugnandam . . . urbem exercitum admovere cogitabat 262, 30. — castella . . . admota militari manu recepit 273, 20.	*Liv. XXVIII,* 46. exercitum admovere Ariminum iusserunt; *XXIX,* 35. exercitus ad . . . tumulum est admotus; *IX,* 25. si exercitus admoveatur, *etc.* — 1. *Mach.* 5, 27. constituerunt admovere exercitum civitatibus; 2. *Mach.* 13, 13. priusquam rex admoveret exercitum ad Iudaeam.
Unde gloria loci eius eo brevi adoleverat 330, 1. — quantum brevi adoleverit diviciis, magnitudine, gloria 343, 25.	*Sall. Iug.* 18. res Persarum brevi adolevit; *Cat.* 7. quantum brevi creverit.
communibus consiliis regem adorti 145, 10. — unanimi consilio eum adorirentur 161, 5. — Hunc adorti . . . urgebant 159, 10. — iunctis precibus adorti sunt eum	*Terent. Heaut. IV,* 1, 9. cesso hunc adoriri; *Ad. III,* 4, 41. adortus est iurgio fratrem.

203, 25. — crebris legationibus . . . adorti ducem 213, 15.	
sic tandem adulta conspiratione 86, 25. — iam adulta conspiratione 101, 5. — adulta iam satisque roborata conspiratione 151, 1. — Adulta postremo sedicione 298, 30.	*Cic. Cat. I,* 12, 31. tam adulta rei publicae pestis.
Aegre nimis id passus rex 167, 25. — propterea aegre patiebatur 319, 1. hoc aegre nimium ferens 337, 20.	*Sulp. Sev. Dial. I,* 13. aegre patiebatur eremita. — *Liv. VI,* 23, 3. id aegre patiebatur . . . miles, *etc.* — *Terent. Heaut. V,* 2, 5. ego haud minus aegre patior id; *Ad. I,* 3, 3. me aegre pati; *Heaut. IV,* 5, 19. ne aegre ferat, *etc.* — *Iustin. XVIII,* 7, 3. quam rem aegre ferentes milites.
Rex . . . gravissimam egritudinem incidit 103, 20. — gravissima egritudine correptus 169, 5. — repente gravissima egritudine correptus est 258, 25.	*Sulp. Sev. Dial. I,* 2. cum gravissima aegritudine coepisset urgeri; *V. Mart.* 7. languore correptus.
quos equitatis tramitem invenerat excessisse revocavit 317, 25. — propositam indeclinabiliter sequens equitatis lineam 243, 35. 244, 1.	*Amm. Marc. XXX,* 5, 5. errantem non reducebat ad aequitatis tramitem; *XXII,* 10, 2. nec argui umquam potuit . . . ab aequitatis tramite deviasse.
condicione, quam principes regni equam iudicassent 114, 10. — lege, quam principes equam iudicassent 120, 10. — partitionem, quam et canonum scita equam iudicassent 143, 10. — quocumque modo ipse equum iudicasset 168, 15. — quae electi . . . iudices equa censuissent 177, 25. — condicione, quam caeteri principes regni equam iudicassent 212, 10. — quamcumque regni principes equam iudicassent . . . sententiam 230, 5. — condicionibus, quascumque principes regni equas iudicassent 297, 10.	*Sall. Iug.* 79. cum . . . aliam condicionem, tantummodo aequam, peterent.
Nec equi nec boni memorem eum esse 67, 1. 321, 20. — nec bonum nec equum esse dicentes 113, 25. — boni et equi servantissimus 117, 15. — his quae plurima preter aequum et bonum fiebant 140, 10. — multa quae preter equum et bonum eius iussu . . . admittebantur 246, 1. — prout ipse bonum et equum iudicaret 144, 1. — contra bonum et equum 258, 20.	*Terent. Heaut. I,* 4, 40. aequi bonique facio; *Phorm. III,* 3, 11. aequum est et bonum. — *Verg. Aen. II,* 427. qui fuit . . . servantissimus aequi. — *Terent. Ad. I,* 1, 39. praeter aequumque et bonum; *V,* 9, 30. id fieri . . . neque adeo ex aequo et bono. — *Sall. Iug.* 15. quibus bonum et aequum divitiis carius erat; 35. fit reus . . . ex aequo bonoque.
nullo qui per aetatem arma ferre posset tam religiosam miliciam detrectante 191, 10. — quoniam arma ferre non possent 116, 15.	*Liv. III,* 52, 3. nullo qui per aetatem ire posset retractante; *III,* 42, 6. omnes qui per aetatem arma ferre possent; *V,* 19, 5. *VII,* 11.

nullo detractante militiam. — *Caes. B. Gall. VII,* 71. omnesque qui per aetatem arma ferre possint.

iactu lapidum, quod genus teli forte locus ipse affatim ministrabat, non tam periculum propulsabant 94, 15.

Liv. IX, 35. nunc tela, nunc saxa, quibus eos adfatim locus ipse armabat, ingerere; *X,* 41. lapidibus propulsant hostem. — *Sall. Iug.* 67. saxa et alia, quae locus praebebat, certatim mittere. — *Lucan. VII,* 574. Ipse . . . tela ministrat.

in cervices iugulosque nostros viam gladio suo affectat 280, 15.

Terent. Phorm. V, 9, 71. hi gladiatorio animo ad me affectant viam. — *Lucan. IV,* 820. Ius licet in iugulos nostros sibi fecerit ense.

ipsum quoque regnum affectare 71, 15. — videns . . . propinquum suum regnum affectare 77, 25. — regnum affectasse infamatus 217, 5. — ut . . . regium nomen regiumque diadema impudens affectasset 285, 1.

Liv. II, 7, 6. regnum eum adfectare fama ferebat; *XXIV,* 25. regnum . . . adfectare conatus est, *etc.* — *Iustin. II,* 14, 14. qui . . . regnum . . . adfectans; *XV,* 2, 5. regnum . . . quod affectabat; *XVIII,* 7, 18. adfectati regni accusatus, *etc.*

eumque miro colebat affectu 288, 5.

V. Mart. 16. semperque Martinum . . . miro coluit affectu.

rebus, quas animo agitabat 147, 10. — his quae animo agitabat 302, 25. — quid animo agitaret 310, 1. — qui semper animo agitaverat 328, 10.

Sall. Iug. 63. quae animo agitabat. — *Liv. I,* 26, 4. hoc animo agitavi; *XLIV,* 18. ea sola . . . animo agitabat, *etc.* — *Iustin. VIII,* 3, 12. quae agitasset animo.

His . . . sermonibus a b. Lullo cunctorum fratrum animos . . . alienavit 324, 5.

Liv. VIII, 35. ea quoque ira alienavit a dictatore militum animos.

seculares alieni semper appetentes 333, 30.

Sall. Cat. 5. alieni appetens.

episcopum . . . et caeteros . . . aliorsum intendere, quam loquerentur 264, 15. — hanc pontificis circa se indulgentiam aliorsum spectare, quam ipsi opinarentur 323, 20.

Terent. Eun. I, 2, 1. vereor, ne illud . . . aliorsum, atque ego feci, acceperit.

Verum ea longe aliter quam ipse spe concepisset cessere 323, 10. 346, 5.

Sall. Iug. 7. Sed ea res longe aliter ac ratus erat evenit. — *Liv. II,* 46, 2. res aliter longe evenit.

Nec diu anceps pugna fuit 116, 20. — Diu anceps erat pugna 197, 1. — aliquamdiu utramque aciem anceps pugna tenuit 72, 5.

Verg. Aen. X, 359. anceps pugna diu. — *Liv. XXI,* 9. Cum diu anceps fuisset certamen; 46. certamen erat aliquamdiu anceps, *etc.*

ancipiti adhuc fortuna 143, 20.

Lucan. IV, 390. fortuna . . . successibus anceps. — *Verg. Aen. IV,* 603. anceps pugnae fuerat fortuna.

graviter ancipiti periculo permoti 148, 20. — ancipiti periculo permotus 183, 5.

Sall. Cat. 29. ancipiti malo permotus; *Iug.* 38. periculum anceps. — *Sulp. Sev. Ep.* 2. ancipiti periculo . . . praeventus. — *Iustin. XXVI,* 1, 10. ancipiti periculo . . . circumventi.

qui . . . homines vivere cogeret ritu angelorum 199, 10.

Sulp. Sev. Dial. I, 4. qui nos Gallos cogis exemplo angelorum vivere.

armati conveniunt 121, 25. — Ad horum vim arcendam vix sibi satis copiarum esse 151, 5. — priusquam . . . ad vim arcendam . . . confluere possent 170, 30. — collibus qui modo ad arcendam vim paululum quid commoditatis habere videbantur 256, 25. — contra quos . . . ius suum progressus ipse ad vim arcendam defendere volebat 259, 15.

in arduis rebus 124, 10. 125, 10. 169, 15. 273, 15.

Hor. Carm. II, 3, 1. Aequam memento rebus in arduis servare mentem.

qui prior alteri arma intulisset 132, 5. — ut exteris gentibus arma inferant 151, 10. — regi . . . arma inferre parabant 280, 35. — dum fratri iamiam arma inferre . . . moliretur 327, 25.

Liv. XXXII, 10. ab eo qui prior arma intulisset; *I,* 30, 8. utri prius arma inferrent, *etc.*

Quodsi armis cogere instituisset 152, 10.

Sall. Iug. 10. quos neque armis cogere . . . queas.

Ea res fratrum animos in spem maximam arrexerat 325, 25.

Sall. Cat. 39. ubi . . . spes oblata est, vetus certamen animos eorum arrexit; 40. in maxumam spem adducti.

quo ille potissimum incentore in hanc seviciam inarserat 76, 30. — quibus potissimum incentoribus tantum malum exarserat 86, 10. — quibus primum auctoribus ea rabies inarserat 233, 20.

Lucan. V, 359. quibus haec rabies auctoribus arsit.

in artum conclusis rebus 143, 30. — cuius omnis spes omnesque copiae in artum coactae fuerant 282, 15. — Verum copiis ita in artum coactis 322, 1. — in artum conclusae spei 337, 25.

ibi acerbiori pene rerum asperitate excipitur 84, 10. — Nec tamen . . . hac rerum asperitate . . . evinci poterat 264, 35. — Vincitur tamen rerum asperitate 326, 1. — tandem victus rerum asperitate 346, 15. — eum . . . nec aliqua rerum asperitate . . . ab sententia deducendum 295, 1.

Cic. de orat. I, 1, 3. in his asperitatibus rerum. — *Sall. Iug.* 67. In ea tanta asperitate.

emensis tot rerum asperitatibus 99, 1.

Amm. Marc. XIV, 10, 6. emensis difficultatibus multis.

ad asserendam libertatem patriae 150, 10. — liberosque nostros . . . in libertatem asseremus 155, 15. — seque in libertatem . . . asseruit 248, 5.

Liv. VIII, 5. quamquam armis possumus adserere Latium in libertatem.

ut quavis condicione . . . innocentiam suam assererent

212, 10. — si . . . innocentiam suam asscrere permittantur 235, 30. 236, 1.

quem . . . innocentiae suae devotissimum assertorem habebat 117, 10. — me deinceps . . . innocentiae tuae vehementissimo assertore 296, 25.

ut rem astu tractaret 124, 15.

Terent. Eun. V, 4, 2. quodsi astu rem tractavit.

Pugna atrox committitur 82, 20. — atrox pugna coorta est 101, 20. — atrox et lacrimabile nimis prelium factum est 103, 15. — atrox cum animo suo certamen gerebat 318, 25.

Liv. VII, 26. pugna atrox concitatur; *X,* 41. Proelium commissum atrox; *II,* 40, 13. deinde atrox proelium ortum; *XXVIII,* 2. atrox sane et anceps proelium fuit, *etc.*

inopinato periculo attonitos 82, 15. — Patris periculo attonitus 97, 35. — Attonitis omnibus tantae rei novitate 126, 25. — rei novitate attonito 241, 35. — Ille insolita re attonitus 206, 25. — ille inopinata re attonitus 296, 30.

Liv. XL, 15. attonitus repentino atque inopinato malo; *II,* 12. 13. attonitus miraculo; *I,* 47, 9. novitate ac miraculo attoniti; *I,* 28, 2. novitate rei moti. — *Sall. Iug.* 64. commotus insolita re. — *Sulp. Sev. Ep.* 1. re inopinata . . . praeventus.

Augustissimum . . . templum 112, 30. — quas . . . augustissimis aedificiis excoluit 244, 15. — augustissimis edificiis nobilitata 330, 5.

Liv. XLII, 3. templum augustissimum regionis eius; *XLII,* 12. augustissimo et celeberrimo in templo.

quem in partem quamlibet . . . inflectat aura favorum popularium 315, 20. — propter ambiciosam pompam aurae popularis 318, 15. — ne iactando . . . incideret in ambitionem popularis aurae 334, 10.

Hor. Carm. III, 2, 20. arbitrio popularis aurae. — *Liv. III,* 33, 7. ut . . . aurae popularis captator evaderet; *XLII,* 30. quia . . . magis aurae popularis erat.

postquam male auspicato rem certamini commisissent 224, 5. — — qui imperitam multitudinem male auspicato ad arma concitassent 269, 30.

Iustin. IV, 5, 3. neque in bello male auspicato amplius perseverandum.

cuius ductu et auspicio bellum gerere . . . cogerentur 233, 25. — non ductu auspicioque principum 272, 1. — ut suo ductu suisque auspiciis . . . vindictam expeterent 300, 25.

Liv. VIII, 12. cuius ductu auspicioque res gestae erant; *VII,* 40. cuius ductu auspicioque . . . legiones . . . fudistis; *X,* 18. Dum ea . . . cuiuscumque ductu auspicioque gererentur; *XXIV,* 8. quorum ductu atque auspicio dimicaretis; *cf. XXVIII,* 16. 38. 41. *etc.*

quod . . . multum a se avertisset animos eorum 107, 5.

Liv. XXVI, 38. quod . . . ab se multorum . . . animos averteret, *etc.* — *Sall. Iug.* 111. ne . . . popularium animos averteret.

animus . . . per aetatem gloriae militaris avidus 181, 20.

Sall. Iug. 63. animus . . . gloriae avidus; 7. adpetens gloriae militaris. — *Terent. Ad. I,* 2, 29. dum per aetatem licet.

omnium . . . sanguinis avidus erat 265, 10.	*Liv. X,* 41. avidos hostium sanguinis. — *Amm. Marc. XXVII,* 6, 1. humani sanguinis avidus; *XVII,* 13, 13. avidus barbarici sanguinis.
ab oppugnatione exterarum gentium animum avocavit 122, 25. — ut . . . hostium animos a suspicionibus fugae suae avocarent 156, 10. — Multum enim animos militum ab eo avocaverat 175, 1.	*Liv. XXXIX,* 57. avertendos animos a suspicione . . . ratus; *XXXVII,* 9. quibusdam ad Antiochum multitudinis animos avocantibus.

B.

se . . . malle beneficiis cum eo quam armis . . . dimicare 88, 5. — malle se cum eo beneficiis certare quam maleficiis 197, 5. — cum beneficiis . . . odio, detractione et conviciis decertare 324, 10. — hic beneficiis, illi odio et detractione certantes 325, 15.	*Eccli.* 29, 9. convitia et maledicta reddet ei, et pro honore et beneficio reddet illi contumeliam.
Rex ad haec benigne respondit 108, 1.	*Sall. Iug.* 11. ad ea Iugurtha . . . benigne respondit.
quoniam Deus tantas rerum procellas benigna vice in sedem reduxisset 182, 25. — quod . . . benigna vice hanc calamitatem ei compensaret 131, 20.	*Hor. Epod.* 13, 7. 8. deus haec fortasse benigna reducet in sedem vice.
Multa illius in pauperes, in peregrinos, in clericos benignitas, mira liberalitas erat 68, 20. — Magna eius in pauperes liberalitas 190, 35. — Multa illius in pauperes, in peregrinos, in clericos, in monachos benignitas, mira liberalitas erat 243, 25.	*V. Mart.* 2. Multa illi circa commilitones benignitas, mira caritas.

C.

nomen caelo prius equatum 84, 30.	*Verg. Aen. XI,* 125. quibus caelo te laudibus aequem.
equis subdunt calcaria 72, 1. 219, 10. 275, 20.	*Liv. II,* 20, 2. subdit calcaria equo; *XXII,* 6. subditisque calcaribus equo, *etc.* — *Ovid. Ex Ponto II,* 6, 38. subdere calcar equo.
longe lateque patentes campos occupant 217, 30. — in medio late patentis campi 238, 15.	*Sulp. Sev. Dial. II,* 4. campos late patentes . . . multitudo contexerat; *II,* 1. campis late patentibus.
canicie veneranda 227, 25. — veneranda canicie 319, 10.	
rursus arma capessunt 97, 10.	*Lucan. IV,* 702. arma capessam. — *Verg. Aen. III,* 234. arma capessant.
nisi mature iussa capessant 186, 15. — Ille . . . iussa ocius capessit 334, 25.	*Verg. Aen. I,* 77. mihi iussa capessere fas est.
ut carne mortuus in eius quo-	*V. Mart.* 16. solo spiritu vivit,

dammodo vivam virtutibus 314, 5. — licet carne mortuus, vivit tamen apud superstites 336, 1.

iam carne praemortua. — 1. *Petr.* 3, 18. mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu.

oportebat te . . . pro castris Domini stare 315, 15. — ut sufficerent pro castris Domini stare 344, 15.

Sulp. Sev. Ep. 3. si adhuc . . . pro castris tuorum stare me praecipis.

ut . . . ad tribunal . . . iudicis . . . causam diceret 76, 1. — si sibi tuto venire, si tuto causam dicere liceret 114, 5. — quo tuto venire, tuto causam dicere liceret 229, 20. — ut causam diceret, evocatus 206, 1. — copiam det . . . tuto causam dicendi 211, 25. — acsi pro excessibus suis ipse . . . causam dicturus 245, 30. — de criminibus, quae obicerentur, causam dicturus 252, 1. — Romae presentati causam dicerent 255, 5.

Terent. Eun. prol. 10. causam dicere prius; *Ad. V,* 2, 42. advorsumne illum causam dicerem; *Phorm. V,* 6, 8. causam ut pro se diceres. — *Sall. Iug.* 69. iussus . . . causam dicere.

hi si causa cecidissent, sibi una cadendum esset 142, 15. — se . . . causa cadere 76, 1. — in perpetuum causa ceciderit 281, 15. — ut et causa in perpetuum cecidisset 286, 20. — si causa cecidisset 291, 20.

Cic. Mur. 4, 9. illum ipsum . . . causa cadere, *etc. saepissime.*

de absentia principum causabatur 182, 1. — causari apud papam cepit de absentia principum 296, 35. — abbatis sui absentiam causatus 241, 25.

quomodocumque res in prelio cecidissent 119, 15. — utcumque res cecidissent 169, 25. 182, 5.

Sall. Cat. 20. necquicquam opportuna res cecidisset. — *Verg. Aen. II,* 709. quo res cumque cadent.

omnia tibi cedent prospere 319, 25. — Cumque eis . . . res prospere cessissent 260, 20. — cum res hoc modo temptata minus prospere cessisset 328, 10.

2. *Mach.* 8, 8. Videns . . . res ei cedere prospere. — *Sall. Cat.* 52. prospera omnia cedunt; 26. Catilinae neque petitio neque insidiae . . . prospere cessere.

sic infeliciter rem cessuram, ut sibi cessisset 76, 10. — Tandem advertens sic infeliciter sibi cedere 122, 20.

Unde . . . necessitati cedendum ratus recesserat 311, 25.

V. Mart. 6. Cedendum itaque tempori ratus . . . secesserat.

ut res certamini committeretur 116, 25. — postquam male . . . rem certamini commisissent 224, 5. — quam se certamini committere 233, 15. — temerarium arbitrati rem certamini committere 268, 5.

cervicem percussori prebui 319, 20.

V. Mart. 15. cervicem percussori praebuit.

quos . . . imminens quoque cer-

Sulp. Sev. Dial. III, 13. quo-

vicibus gladius vehementer angebat 97, 30. — metu gladii imminentis 221, 10. — pene incumbente iam cervicibus eorum hostili gladio 232, 25.

malum, quod cervicibus suis impendebat, animadverterunt 148, 20. — malum, quod cervicibus impendebat, adverterunt 210, 15. — Amici regis . . . cervicibus imminebant 259, 20.

liberis cervicibus durissimae servitutis iugum imponatur 278, 10.

ut a cervicibus suis durissimae servitutis iugum excuterent 272, 5. — qua iugum iniquissimae dominationis cervicibus suis excuterent 150, 15. — iugum, quod cervicibus nostris impendet, excutere conabimur 155, 15.

ne . . . vulnus recens adhuc et necdum in cicatricem obductum novis doloribus exulcerarent 85, 15. — quod dolorem pristinum, qui necdum in cicatricem cutem obduxisset, recentibus iniuriis exulcerassent 185, 5. — ut . . . vulnus, quod prepropere in cicatricem obduci metuebat, recentibus plagis exulceraretur 230, 20. — ut . . . vulnus meroris . . . cito . . . in cicatricem occalluisset 318, 15.

ut ne cicatrix quidem in argumentum lesionis abolitae relinqueretur 126, 20. — nulla tantae calamitatis ne cicatrice quidem superstite 337, 15.

undique circumspectantes gladium et ad quemlibet perstrepentis aurae sonitum . . . interitum formidantes 156, 15.

Ibi primum episcopus circumventum se fraude . . . suorum advertit 207, 15. — dolo eos circumvenire parabant 171, 10. — si suis extrema necessitate circumventis non consuleret 160, 25. — se . . . Heinrici diligentia ita circumventum 303, 10.

unum . . . citato quantum poterat equo premittunt, qui litteras . . . ad regem perferat 86, 35. —

rum cervicibus gladius imminebat.

Cic. Tusc. V, 21, 62. gladium . . . demitti iussit, ut impenderet illius . . . cervicibus. — *Sall. Cat.* 28. quantum periculi consuli impendeat. — *Terent. Phorm. II,* 2, 2. tanta te impendent mala.

Iustin. VI, 9, 7. ut . . . cervicibus veluti iugum servitutis inponeret. — *Act.* 15, 10. imponere iugum super cervices discipulorum.

Gen. 27, 40. cum excutias et solvas iugum eius de cervicibus tuis; *Gal.* 5, 1. iugo servitutis. — *Iustin. XV,* 4, 12. veluti cervicibus iugo servitutis excusso.

Ier. 8, 22. non est obducta cicatrix; 30, 17. obducam enim cicatricem tibi; 33, 6. ego obducam eis cicatricem; 2. *Esdr.* 4, 7. quod obducta esset cicatrix.

Iob 15, 22. circumspectans undique gladium. — *Sall. Iug.* 72. circumspectare omnia et omni strepitu pavescere.

Iustin. VIII, 5, 1. Tunc primum Phocenses captos se fraude Philippi animadvertentes. — *Sulp. Sev. Ep.* 3. illos fraude circumvenis. — *Sall. Cat.* 21. hominem omnibus necessitudinibus circumventum; *Iug.* 7. His difficultatibus circumventus, *etc.*

Liv. III, 46, 5. citatisque equis nuntium ad patrem perferunt; *I,* 27, 7. eques citato equo; *I,* 57, 8.

dux . . . citato equo in primos advolat 96, 5. — citatis equis 116, 25. — citato gradu 97, 35. — citato quantum possent itinere 157, 15. — citato quisque quantum poterat equo 171, 25. — quantum poterant citato cursu 186, 15. — citato quantum possunt gradu 190, 25. — citato paululum gradu properare 218, 25. — citato quantum poterat reditu 232, 1.

citatis equis avolant; *II,* 47, 3. in eam partem citato equo advectus; *VII,* 41. equo citato ad urbem revectus; *VIII,* 6. citato gradu; *XXV,* 25. quam poterant maxime citato agmine; *XXII,* 6. quam citatissimo poterant agmine, *etc.* — *Iustin. II,* 9, 11. citato cursu; *V,* 8, 13. citato itinere; *XI,* 2, 5. citato gradu, *etc.*

Ingens ilico clamor attollitur 314, 15.

V. Mart. 9. clamor populi tollitur. — *Sall. Iug.* 56. undique simul ingens clamor oritur.

sublato undique clamore 171, 25. — sublato in altum clamore 97, 10. — sublatis in caelum vocibus conclamant 218, 25.

Liv. II, 10, 9. clamore sublato undique; *X,* 9. clamore undique sublato; *XXIV,* 38. undique clamore sublato. — *Sulp. Sev. V. Mart.* 13. *et Dial. II,* 4. in caelum clamore sublato.

milites . . . quos . . . et opum gloria et militaris rei industria clarissimos habebat 91, 1. — plerosque ex ipsis et genere et opibus clarissimos 135, 20.

propter claritatem generis eius 66, 10. — propter tanti generis claritatem 274, 25.

Cf. eminere.

Quodsi classica insonuerint 179, 25.

Amm. Marc. XXXI, 5, 8. sonantibus classicis. — *Verg. Aen. VII,* 637. classica iamque sonant. — *Lucan. VI,* 78. classica nulla sonant. — *Ezech.* 33, 6. Quodsi . . . non insonuerit buccina, *etc.*

tamquam militari quodam classico suos . . . hortabatur 82, 25. — Cumque militari quodam classico cunctantes . . . concitaret 188, 15.

Amm. Marc. XX, 11, 19. classico excitante in pugnam.

Papa . . . cognitionem causae a se ad archiepiscopum . . . reiecit 129, 10. — cum rex omnem causarum cognitionem a se ad archiepiscopum . . . reicere soleret 135, 10. — merito ad illorum cognitionem . . . nos reiceret 155, 1. — se tantam rem . . . pontificis cognitioni reservare 281, 10. — Ipse quoque . . . ad cognitionem aecclesiasticarum causarum assedit 332, 15.

Act. 25, 21. ad Augusti cognitionem iussi servari eum.

cupiens ipse in discussione tanti negocii cum archiepiscopo cognitor assidere 129, 30. — ipso papa . . . cognitore causarum assidente 293, 5. — ut . . . intenti cognitores et iusti iudices adessent 165, 5. —

Boet. IV, 4. Si . . . cognitor resideres. — *Cic. Cat. IV,* 5, 9. hoc auctore et cognitore huiusce sententiae.

se cognitore atque arbitro paratus esset . . . satisfacere offensis 207, 20. — se cognitore et iudice presidente 302, 15.

omnibus pene terris magnitudine suarum rerum gestarum compertus et cognitus 112, 15.

Amm. Marc. XXVII, 11, 1. potentia et opum magnitudine cognitus orbi Romano.

Karolum, cui postea ex virtute et magnitudine rerum gestarum cognomen accessit, ut K. M. diceretur 326, 25. — Karolum, cui ex virtute nomen accessit, ut K. M. diceretur 347, 20.

Sall. Iug. 5. Scipione, cui cognomen postea Africano ex virtute fuit. — *Amm. Marc. XIV,* 11, 32. Magni ex rerum gestarum magnitudine cognomentum.

columnae et capita Galliarum 92, 25. — ingens columna et firmamentum rei publicae 266, 10.

1. *Tim.* 3, 15. columna et firmamentum veritatis. — *Cic. Planc.* 9, 23. firmamentum rei publicae.

communis commodi ratione 80, 30. 138, 15. 149, 1. 299, 10. — ratione communis commodi 113, 15. — de communi commodo tractaturi 162, 5. — quae pro communi commodo moliantur 262, 5. — Se non ita . . . communis commodi negligentem esse 195, 30. — hanc singuli communibus commodis vel extremam operam dependerent 274, 5. — qui pro communi commodo arma sumere meditabantur 276, 25.

V. Mart. 1. nostri quoque rationem commodi ducimus.

eo quod pater eius tam ipsi quam maioribus eius sepe . . . commodissime affuisset 124, 5. — servicia, quibus . . . plerumque sibi commodissime affuerat 129, 15. — Cumque regi in pace et in bello . . . semper commodissime affuisset 239, 20. — commode affuit misericordia Dei 327, 25.

abiit opacae noctis tenebris . . . commodissime usus 189, 25. — evadunt, tum peritia locorum, tum obtenebrati aeris densitate, tum equorum velocitate commodissime usi 221, 5. — Cuius rex inundatione commodissime pro se usus 273, 5.

Verg. Aen. VIII, 658. defensi tenebris et dono noctis opacae. — *Amm. Marc. XIX,* 8, 5. obscurae praesidio noctis . . . evado et squalentum peritia locorum comitumque adiutus celeritate. — *Sall. Iug.* 52. plerosque velocitas et regio hostibus ignara tutatae sunt; 46. peritia locorum.

omnes in commune . . . consulere rogitabant 101, 5. — omnes in commune consulere rogavit 313, 5. — omnes in commune acerbe obiurgati 112, 10. — omnes in commune . . . obsecrare 220, 5. — omnes in commune Saxones omnes Turingos

Liv. XXXIV, 49. in commune omnes civitates consulerent. — *Terent. Andr. III,* 3, 16. in commune ut consulas. — *Amm. Marc. XXIX,* 6, 3. consulens in commune; *XXXI,* 2, 7. omnes in commune consultant. — *V. Mart.* 13.

. . . aversabantur 228, 25. — universosque in commune . . . obtestabantur 274, 5. — hortabaturque omnes in commune 300, 25. — quas iniurias . . . in commune omnibus . . . irrogasset 277, 25. — cunctis in commune suffragium ferentibus 314, 25. — Omnibus in commune . . . gratias facit 320, 30.

nomen in commune ab omnibus praedicari. — *Iud.* 27, 7. omnes enim in commune iuravimus.

donec de eis communi consilio deliberaretur 238, 30. — ut de principibus . . . communi consilio deliberaretur 250, 35. — communi consilio . . . deliberaturus 263, 1. — communi consilio . . . decernerent 301, 20.

